

C·IVLIVS CAESAR

SIVE HISTORIAE

IMPERATORVM CAESARVMQVE ROMANORVM

EX ANTIQVIS NVMISMATIBVS RESTITVTAE

LIBER PRIMVS

ACCESSIT C·IVLII CAESARIS VITA

ET RES GESTAE

HVBERTO GOLTZ·HERBIPOLITA VENLONIANO

AVCTORE ET SCVLPTORE



BRVGIS FLANDRORVM

ANN·M D·LXIII

SERIES EORVM QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR.

GVILIELMI PANTINI MEDICI Brugensis, frontispicij operis explicatio, ad HVBERTVM GOLTZIVM HERBIPOLITAM Antiquarium auctorem.

ROMA potens septem subiectis collibus, Orbem
　　Donat potenti Iulio:
Cui flauus flauis Tyberis subterfluit vndis
　　Flauo superbus alueo.
Stat lupa cis colles nutrix, trahit vbera fratre
　　Cum Romulo frater Remus.
Subter & his ales, Mauortia signa Quiritum,
　　Rostro rapax, [illegible]
Et tamen expansis eadem miti[illegible] pennis,
　　Solis ferox rebel[illegible]bus.
Hinc pater [illegible] poten[illegible] genitrice Cupido,
　　Sortem [illegible] Iulio.
Horri[illegible] bella, [illegible] g[illegible]te[illegible], [illegible]a prælia, fau[illegible]
　　S[illegible]nan[illegible] omnia.
Vrbs dabit [illegible] virtut[illegible], Ve[illegible]:
　　Fortuna co[illegible]bi[illegible].
Sors, Iuli, & [illegible] tua te [illegible]cat [illegible]pede f[illegible],
　　Pe[illegible]e robur h[illegible].
Iulius it: terr[illegible]r quacun[illegible] e[illegible]it, & ac[illegible]s
　　Aut o[illegible]ratio, aut [illegible]a.
Germanas ac[illegible] pr[illegible]stratas cernis, & An[illegible]las,
　　Actasque præ[illegible]s Gallicas.
Et proiecta iacet mœrens H[illegible]ania: solus
　　At Orbe regnat Iuliu[illegible].
I[illegible]lius it, vi[illegible], ac vin[illegible]que trium[illegible]
　　A[illegible]at: & [illegible].
Flent, plorant [illegible], [illegible]
　　L[illegible]s.
Luget & Oc[illegible], [illegible],
　　Sp[illegible]ti [illegible]p[illegible].
Sic quoque l[illegible]t non [illegible], HVBERTE,
　　Tua hæc vbi c[illegible]n.
Hactenus in v[illegible] studio, n[illegible]e
　　M[illegible]le sana quæ pr[illegible]e[illegible]nt.
S[illegible]et hæc tua barbaries illa est, fentasque
　　C[illegible], vt voca[illegible]t, si D[illegible]et.
Inclyta Bel[illegible]rum, ac Flan[illegible]rum [illegible] inclyta BRVGAE,
　　G[illegible]LTZI[illegible] labores quæ [illegible].
GOLTZII Romanæ summi quæ [illegible]ata gentis
　　Solertia & ope promouet.

Pro[illegible]o-

Promouet & densis tenebris illustria Regum,
Ac Imperatorum domi
Et foris acta: decus Romanis vnde petitum,
Vt Orbis exstarent caput.
Quò dubitem, GOLTZII superet laus, an'ne Quiritum,
Quam luce donat mortuam.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ
ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΝΑΝΣΙΟΥ ΙΣΕΜΒΕΡΓΕΩΣ ΦΛΑΝΔΡΟΥ.

ΡΩΜΗ λαμπροτάτη πολίων κόσμοιο ἁπασῶν,
Καὶ βασίλισσα μόνη, κράτεος μεγάλοιο τυχοῦσα,
Θαυμαστῇ βλαβεροὺς ἀλκῇ δαμάσασα τυράννους,
Ενθα καθεζομένη ἐπὶ οὔρεος ἐπτακορύμβου,
Παυσομένη καμάτου πάντας βούλεται ἀρχῆς.
Εὖ δὲ καθεσαμένη τὰ ἑαυτῆς, ἀνέρα ζητεῖ
Οὗτινος εὐνοίῃ ἀρετῇ τε πεφραγμένη εἴη,
Μή τι φοβῇ ἐχθροὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἄνδρας ὁμοίους
Οἳ φιλέουσιν ἔριν τε κακήν, πολέμους τε μάχας τε,
Καὶ κραδίηφιν ἑῇ αἰὲν κακὰ μηχανόωνται.
Ως δ' οὐχ ἱεμένη χρονιώτερον ἡγεμονεύειν,
Ασπασίως τε φιλῶς τε ἐὸν κράτος, ἠμὲν ἑαυτῆς
Σκῆπτρον ὅλης ἀρχῆς βασίλειον δῖα προτίεσι
Τῷ μεγάλῳ κλινῷ τῷ Ιουλίῳ εὐμενέοντι
Καίσαρι, ὡς ἑῷ πιστῷ χαρίεντί τε πολλά:
Ανδράσιν ὃς πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων,
Αἰὲν ἅπαντ' ἔχοι ἂν βασιλεῖης ἔργα διοίκειν
Θαρσαλέως τε σοφῶς τε ἄτερ θορύβοιο κακοῖο,
Καὶ φοβεροῖς ἐχθροὺς ἐπιόντας ὅπλοισι δαμάζειν,
Τῷ τ' ἄρ τῆς πόλιος κοινῷ τὴν ὕβριν ἀμύνειν
Δυσμενέων ἀνδρῶν φρεσὶν ἐν κακὰ λυγρὰ νοούντων,
Τοῖς τ' ἄλλων σκήπτροις παρεχόντων πράγματα πολλά.
Ελλαβε τοῦτο πρόφρων ὁ Ιούλιος, ἐννοέων περ
Αὐτοῦ τοῖς ὤμοις ἐπὶ φορτία δεινὰ τίθεσθαι,
Καὶ φθόνον ἀλλοδαπῶν μερόπων τάχ' ἂν αὐτῷ ἐπιεικὲς εἶν.
Ηὔτε δὴ μήτηρ μέλεται ἁπαλοῖο γόνοιο,
Τὸν παίδων ἄλλων πάνυ ἔξοχα ἀμφαγαπάζει:
Ως Καῖσαρ Ρώμην ἄφθιτον ἶφι σαώζει
Δῖος ἀνήρ, μὴ τήνδε κακῶν βλάψειέ τις ἀνδρῶν.
Η παραδοῦσ' αὐτῷ πολυμερμέρου οἴακας ἀρχῆς,
Καί οἱ ὑπεχομένη ἀντὶ σκληροῖο πόνοιο
Λαμπροτάτην φήμην παρὰ ἐσσομένοισι βροτοῖσι,
Εἰς ἀρετὴν προτρέπει κἂν αὐτομάτως προτρέχοντα,
Ιέμενόν τε τυχεῖν δόξης μάλα δηθὰ μενούσης,
Γνώριμον ἠδὲ βροτοῖς πᾶσ' ἔμμεναι ἀλλοδαποῖσι,
Τούς θ' ὑπὸ χερσὶν ἑαῖς ἀπειθέας κρατερῇσι δαμάσσαι:

Καὶ μάλα εὐχόμθυον περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων,
Πάντων τε κρατέειν μερόπων, πάντεσσί τ' ἀνάσσειν
Οσσους ἠελίοιο ἐπαυγάζουσιν ὀπωπαί.
Ταῦτ' οὖν σκῆπτρα λαβὼν ὁ Ιούλιος, ἤρχετο εὐθὺς
Ηθεα παμπόλλου τοῦ πλήθεος φαῦλα διορθοῦν,
Συγκαλέσας φρονίμους συμμήστορας, ἠδὲ γεραιούς:
Ων ἐπικουρεόντων ταχέως εὖ ἥρμοσε πάντα.
Η δὲ λύκαινα γέρον διδύμω θηλάζει ἀδελφώ,
Ρώμυλον ἠδὲ Ρέμον, παρὰ Ρώμη: ἣ ἐκ τόσον ἦρε
Τὴν κεφαλὴν ἐνὶ ταῖς πόλισιν μέγα ἔξοχος ἄλλαις,
Οσσον ὁ ἠέλιος νικᾷ τοὺς ἀστέρας ἄλλους.
Παῖδε τὸ μὲν πρῶτον μάλα νηπίω, αὐτὰρ ἔπειτα
Καρτίστω πόλιος θέμις ἐπαμύντορε ἄμφω:
Η καὶ σφέων σπουδῇ πρώτιστον ἅπασα τέτυκτο.
Πὰρ δὲ τῇ ἄγχι ῥέει ποταμὸς πόλλ' ὕδατα φύων,
Κύματά τ' ἐκχεύων ἀφρώδεα, ἠδὲ θυέλλας,
Θύμβρις ἀφ' ὑψηλοῖο Απεννίου ὀξὺς ἀΐσσων,
Θύμβρις ὁ σκηπτοῦχος, ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων,
Θύμβρις ὁ αἰπὺ ῥέεθρον ἐπιπροϊεὶς ἁλὶ δίᾳ,
Θύμβρις ὁ ὠκύπορος, ῥέων ὡς ὠκὺς ὀϊστὸς
Επτατο ἐκ χειρῶν ἀνθρώπου τοξοβόλοιο.
Νηῦς δ' αὖ ποντοπόρος Κρόνον ἠμὲν ἀγήνορας ἄνδρας
Ενθάδε ἐλθέμεναι δηλοῖ σευ' νηυσὶν ἐῇσιν,
Τῶν πολυευκτοτάτη Ρώμη μάλ' ἄεξεν ἀφίξις
Παντοδαποῖς λαοῖς, δυνάμει τε κλυτῇ ὑπὲρ ἄλλων
Τῶν πολίων, δμήτειρα ὅλης γαίης τε ἁλός τε,
Τὴν πάντες λαοί, πᾶσαί τε σέβουσι γένεθλαι.
Τὼ δ' ἑκάτερθεν ὁρᾷς, Αφροδίτην ἠμὲν Αρηα,
Δαίμονέ εἰσ' αὐτῆς ἐπαμύντορε ἠδ' ἐπικούρω,
Τὴν ἔπι συμμαχικοῖς αἰεὶ ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶντε,
Μή τι κακὸν παρέχῃ αὐτῇ πολυπαίπαλος ἐχθρός.
Τοῖνδέ γε σωζόντοιν, χωρὶς λυπυροῖο φόβοιο
Ισταται, οὐδέ τις ἂν τολμήσαι βλαπτέμεν αὐτήν,
Οὐδὲ κατ' ἄρ σεμνῆς βουλὴν δολόεσσαν ὑφαίνειν.
Εἰωθὼς δὲ φέρειν μεγάλου σημήϊα Ζηνὸς,
Ενθάδε Ρωμαίοισι διοτρεφέεσσι πάρεστιν
Αἰετὸς ὑψιπέτης τανυσίπτερος, ἀγλαὰ νίκης
Σύμβολα βαστάζων μεγαθύμοις, ἠδὲ θριάμβου
Παμμεγέθεος, ζώειν τε ἄτερ στυγεροῖο κελεύων
Πένθεος, οὐδὲ τρέειν μερόπων τινὰ ἐλλοχοώντων,
Οὐδέ γε τολμῆεν τε μένος καὶ ἀγήνορα θυμόν.
Εἶτα κάτω ἐφορᾷς λαῶν φῦλ' ὅσσα τε Καῖσαρ
Αἰχμαλέοις νίκησεν ὅπλοις, κρατερῆφί τε χειρί.
Αχνύμενοι κεῖνται, καὶ σφέων φίλον ἦτορ ἔδοντες,
Οὕνεκα τοῦ βαρέος πολέμου κακὰ μυρί' ἔπασχον,
Ος πολλοῖς αὐτῶν πολυπενθέα θῆκεν ὄλεθρον:

Κελτοὶ

Κελτοὶ δῃρισάμενοι πολυποίκιλον ἔργον Ἄρηος,
Ἠμὲν Βρεττανοὶ ναίοντες ἐπ' ἔσχατα γαίης,
Ἑσπερίων τε γονὴ, καίπερ μαχιμωτάτη οὖσα,
Καὶ ἕτεροι πολλοὶ, τῶν δὴ κράτος ἔπλετο πολλὸν,
Στήθεος ἐκ στοναχὰς, καὶ δάκρυα θερμὰ χέοντες
Ὀφθαλμοῖσιν ἑοῖς, ἀτυχέες παλάμῃ τε βίῃ τε,
Ἠδὲ μαχεσσάμενοι Ἄρεως σφισιν ἀχθομένοιο.
Ὠκεανόν τε μέγαν πολλὴ πείθεσθαι ἀνάγκη
Ῥωμαίων υἱοῖς μεγαθύμων ἀλκιμάχοισι.
Ὡς δὲ ἅπαξ εἰπεῖν, ὅσσον πάνδωρος ἄρουρα
Τίκτει, καὶ ποταμοὶ πολυβενθέες, ἠδὲ θάλασσα
Ἀτρύγετος, πείθει τῷ Ῥωμαίων βασιλῆϊ
Ἡγεμόνων ἄλλων φρονιμώτερα κοιρανέοντι.
Ῥωμαῖοι τοίνυν μὴ δήϊος ἐχθρὸς ἀφαιρῇ
Ὑμῖν τὸ σκῆπτρον μάλ' ὁρᾶτε, θεοὺς δὲ σέβεσθε
Τῶν διὰ νῦν μοῦνοι τῆς γαίης κοίρανοί ἐστε,
Ἠδ' ὑμᾶς τιμᾷ παντοίων ἔθνεα λαῶν.
Δῆμοι δ' ὑμετέρῳ βασιλεῖ ὑπακούεθ' ἑκόντες,
Μηδέ ποτ' ἀντιμάχεσθ' ἢ μὲν λόγῳ, ἠὲ καὶ ἔργῳ.
Οὕτως ὑμείων ἀρχὴ διὰ παντὸς ὑπάρξει
Ὄλβιος ἀρχομένοις τε καὶ ἀρχόντεσσιν ὁμοίως.

IN IDEM,

IACOBI CRVQVII MESSINII PROFESSORIS BRVGENSIS.

CONSONA mens Diuûm cælos moderatur & ignes
 AEthereos, elementaque mundi:
Arbitrio quorum terrena humanaque cuncta
 Stant, nunc interitura vicissim.
Et nihil æternum, nisi quod virtute paratum,
 Fortuna comitante labores.
Sic tu Cæsar habe iussu patris altitonantis
 Imperium sine fine superbum:
Quo te Roma potens, Romanæ gloria gentis,
 En tanto veneratur honore.
Mars iubet esse ratum, probat hoc Cythereia, benigni
 Romulidum AEneadumq; parentes.
Hoc duri casus meruêre, hoc fortia facta,
 Hoc labor, indefessaque vita.
Gallia mœsta gemit, falcatis curribus, eheu,
 Incumbens lacrymosa fatiscit.
Hoc germana dolet, deuicta quoque arma fatetur,
 Oceanus Tethysque Britanni.
Ponte gemit Rhenus, Rhodanus tua iussa capessit,
 Belga refert tibi Scalda triumphos.

Certatim tua gesta canunt Galli, Itali, Iberi,
Certatim tibi lauream adornant.
Quare agè, macte animi, tellus tibi cedit habenas,
Teque patremque Deumque salutat.
Te virtus, te LAVRVS amat, te GOLTZIVS vnus
Miratur, laudat, veneratur:
Ingenio, arte, manu, contestans posteritati
Iulia corda, animosque perennes.

IN IDEM,

IOAN. CASIMBROTTI BRVGENSIS ODE.

VT stetit excelso spectans è vertice montis
Septem distincto collibus,
Roma potens, populi dominantis more sinistro
Mores & crimen arguit.
Arguit inuicto genio, fusoque dolore
Tristis, luget rerum vices.
Quærit opem, & dubiæ quæ sit via certa salutis,
Alto versat consilio.
Interea rupis rugoso in margine prodit
Fortis bellator Iulius.
Euocat illustrem meritis, vt nobile captet
Orbisque Vrbisque imperium.
Accipit imperium, testatur numina Diuûm,
Fausto vt cedat suffragio.
Mars pater, alma Venus, spondent, gnatusq; Cupido,
Felix vouent præsidium.
Cæsar abit, mox arma tonant, queis tendere in hostem
Consuerat dextra vindice.
Fit via vi, rumpitque aditus, omnisque recedit
Longè fœmineus timor.
Dirum carpit iter, rarisque habitata colonis
Sulcata inuadit littora:
Hesperiamque omnem, & gentes discrimine vasto, &
Toto distinctas spacio.
Cogere Romanum imperium, sceptrumque vereri,
Fascesque horrêre Cæsaris.
Et mare contremuit, cælumque solumque subactum
Victori cedunt Iulio.
Sic voti compos, peregrinæ incommoda terræ
Expertus, retro properat.
Dij patrij, quorum auspicijs stat maxima Roma,
Victori applaudunt reduci.

Et pa-

Et patres, primique ducum, lectique Senatus,
Clarique in rostris proceres,
Pontificis titulo, formidandisque thiaris,
Illustrem signant Caesarem.
Commotae extemplò Parcae, fallaxque rotatu
Fortuna, expers constantiae,
Conspicuum populo, suprema in sede locatum,
Virtutem exosae, rapiunt.
Cui nocuere nihil, viuit iam fama superstes,
Et sortem, & mortem negligens.
Viuit, ait, viuit, lauro redimitus & auro,
LAVRINI & GOLTZI auxilio.
Viuit, & aeternos aeui venientis honores
Vobis defert auctoribus.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ
ΑΔΟΛΦΟΥ ΜΗΚΕΡΧΟΥ ΒΡΟΥΓΓΙΕΩΣ
ΥΜΝΟΣ.

Ὕμνει Μοῦσα [illegible]λην Ῥώμην τὴν παμβασίλειαν,
Ἑπτάλοφόν τε, τυραννοκτ[illegible]ον τε, καὶ ὑψιμέδουσαν·
Ἡ ἀρχῶν ἐκ μικροτά[illegible]ων ὑπὲρ οὐρανὸν ἦρε
Τὴν κορυφήν, χθον[illegible] ἐμ[illegible]ς κεφαλὴν ἐλη[illegible]α.
Καὶ γὰρ ἐπεὶ Τροίης ἱε[illegible] πτολίε[illegible]ρον ἐπ[illegible]εν
Ζε[illegible] ὑψιβρεμέτης τὰ ὀλ[illegible]μπια δώματα ναίων,
Αἰνείας ζάθεος, τὸν Δαρδανίῳ Ἀγ[illegible]η
Χρυσείη κυθέρεια Διὸς θυγάτηρ κρ[illegible]ς
Ἐν φιλότητι μιγεῖσα τέκεν Σιμόεντος ἐπ' [illegible]χθη,
Σὺν τοῖς πατρῴοισι θεοῖς μεγά[illegible]ισ[illegible] τε, Τρωίας
Λείψανα τῶν Δαναῶν ι[illegible]γε Λατινίδ[illegible] γαίη
Νηυσὶν ἑῆς, κατὰ κῦμα πολυφ[illegible]ισβοιο θαλάσσης.
Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα, πολλὰ δὲ γαίῃ
Αἱματοέντ[illegible]ς ἐν ὑσμίνῃ κρατερῇ πτο[illegible]εμοι[illegible].
Ἔνθα μετ' Ἀσκανίοιο ἑοῦ κεχαρισμένου υἱοῦ
(Τὸν μὲν ἐωθασ' Ἶλον μητέρες Ἰλίου ἐντ[illegible]
Ἰλιάδες καλέσαι, νῦν δ' [illegible]ου[illegible]μα αὐτῷ [illegible]λος)
Τῇ Πριάμου γενεῇ βασιλείαν ἤρξατ' ἐγείρειν
Καινήν, ἐν Λατίῳ ἐριβώλακι [illegible]ωτιάνει[illegible]ῳ:
Ἶφί θ' ὁμοῦ Τρώων τε ἀνάσσειν τῶν τ' Λατίνων,
Μακρὴν σφὶν πόλιν Ἄλβην οὐ[illegible] ἐ[illegible]πα[illegible]α τεύξας.
Οὐ δὴ [illegible]ιαο βίη, κλυτοῦ ἠμὲν Ἰο[illegible],
Καὶ παῖ[illegible]ς παίδων, καὶ [illegible]ι μετόπισθε γένοντο,
Ἦρξαντ' [illegible]ι τῶδε τριηκοσίους ἐνιαυτούς·
Ἰλία ἕως βασιλίας [illegible]εια παῖς Νυμίτωρος,
Ἀμφὶ Ῥωμύλον ἠδὲ Ῥέμον διδύμαονε παῖδε

Ἔγκυος

Εγκυος οὖσα τέκεν. [illegible] τος
Αυγρὸς Αμούλιος, ὅμμεκ' ἔπν μαλὰ [illegible] μῆνος κηρ,
Θυμβριδος ἐς τα ρεῖθρα [illegible] ρέζεν κατπιδυν ἐκέλευσεν.
Αλλ' Απεννιοιο καθ' ὑψηλοῖο καρηνῶν
Βᾶσα λυκαιν [illegible] ἄμφω θρέψατο μαζοῖς,
Εσσομένω σωσασα δύω [illegible] λαοῦ.
Τον δ' απ [illegible], [illegible] Αρηος
Ρ [illegible] σφε[illegible]ροιο,
[illegible]
Τ [illegible] αιμονες ἄλλοι,
Η [illegible] Κυπρις
Αιδοιν, [illegible], κα[illegible].
Εξ δὲ [illegible] βασιλῆες [illegible]
Συγκλητος δ' [illegible], κ ασυ
Ειρήνη π[illegible] τε [illegible]
Την ὕπατην [illegible], τε[illegible] τε
Δῶκαν ἔχειν, κατ' ετος δ' [illegible].
Τῆς δὲ [illegible],
Ρω[illegible] των
Ν[illegible], [illegible] τε,
Καὶ νικαι [illegible] αγα[illegible].
Η [illegible]
Ει δ' α[illegible] Τ[illegible] ρουσιν
Αστα τ' Αργείων, [illegible],
[illegible] Αιακ[illegible]
[illegible] δ' ηδη γηρα [illegible]
Ε[illegible]α τε νῦν πολέμου [illegible],
Π[illegible] τε [illegible]:
Ω [illegible] τεχνοτάτη μέτρ[illegible] ντα,
Βασιλικ[illegible] ἀρχην
Καισαρι [illegible]
Τρεῖς [illegible] ανδρων,
[illegible] αιχματης.
Ο[illegible] τε δα[illegible],
Ρ[illegible] Σ[illegible].
Ο[illegible] Πυρηναια [illegible],
Ιππομα[illegible] ων πυκ[illegible] γας.
Α[illegible]ματα Κελτα[illegible] Ι[illegible],
Την πόλιν αντι[illegible]
Εντεῦθεν δ' Α[illegible]
Καισαρες [illegible] κακ[illegible].
Οιον γὰρ [illegible] τοιον γε [illegible]
Οι δε [illegible]
Α[illegible] μνημα [illegible]
Δ[illegible]
ΓΟΛΤΖΙΟΣ ηδ' αν[illegible] τηνδε.

IN

IN IDEM,

IOAN. CASTELII CHELVI FLANDRI.

ASPICE, Roma caput, vaſtique potentia mundi,
Collibus hîc ſeptem corpore nixa ſedet.
Illa quidem grauida imperijs, rerumque potita,
Quà nitet Eous, Heſperiusque dies.
Iam velut emerita, atque onere hoc ceſſura quieſcit,
Conſortemque ſui deligit imperij.
Iulius ergò ſacra præclarus origine Cæſar
Illius hîc aſtat cominus ante pedes,
Sacra triumphali redimitus tempora Lauro,
Romanique habitu cinctus ad arma Ducis.
Cui populi faſces iam tradit, & orbis habenas,
Et ſua committit ſceptra tenenda manu.
Noſtra capeſſe libens regna, inquit, &, iſtius idem
Terminus Imperij, terminus Orbis erit.
Hoc etenim duce te mihi longè auguſtius, atque
Auſpicijs ſurgent aurea ſæcla tuis.
Ergò agè, macte tua virtute, agè maxime Cæſar,
Aggredere hoc tanti numinis auſpicio.
Aggredere, ô, magnos inuicto corde labores
Imperij, & curas concipe mente graueis.
Sic te certa tuæ celebris præconia famæ,
AEternusque, mihi crede, manebit honos.
Officijque ſui memor, & tibi grata rependet
Poſteritas meritis præmia digna tuis.
Poſtmodò Diuus enim toto applaudente Senatu
Cælitibus ſuperis annumerandus eris.
Idque olim Idalio cælum teſtabitur aſtro,
Supremo inſtabunt cùm tibi fata die.
Ecce etiam pueros nutrit hîc lupa raua gemellos,
Atque in quos patruus ſæuijt, illa fouet.
Hinc Remus, hinc manibus prægeſtit Romulus, altè
Lactantisque feræ pendet ab vberibus.
Nunc pueri, aſt olim magni primordia Regni,
Et quorum auſpicijs condita Roma fuit.
Haud procul inde caua Tiberinus valle recumbit,
Fultus arundifera membra ſupina manu.
Cuius, vt è pleno theſauros Copia cornu,
Diues inexhauſtas vrna perennat aquas.
At vicina ratis claſſem notat amne receptam
Parrhaſij iuuenis, falciferique ſenis.
Quorum euaſit adhuc tenuis Roma auctior olim,
Et gemina tellus hoſpita creuit ope.

Præ-

Prætercam prudens, extremo in margine quæ ſunt
Hîc ſita cælicolûm numina bina Deûm?
Hinc Mars, inde Venus, veluti Vrbis vterque parentes,
Et quorum ſemper numine tuta fuit:
Mars pater infeſtis præformidabilis armis,
Ipſaque cum puero præpete nuda Venus,
Hanc procul obſeruant oculis, curaque fideli,
Præſentique augent, atque tuentur ope.
Quæque etiam latè geminas Aquila explicat alas,
Quæ ſolet arma Ioui, hic Romula ſigna refert,
Inſignem veluti victrix ſuper alta triumphum
Nubila depulſis hoſtibus vndique, agat.
Inde vides, bello Cæſar quos vicerit hoſtes,
Quaſque armis gentes fortibus exuerit.
Debellata ſedet, lachrymoſaque bella peroſa,
Atque triumphato Gallia mœſta Duce.
Illa etiam Orbe procul ſemota Britannia noſtro
Depreſſo capite hic triſtia fata gemit.
Vtraque victa dolet, ſpolijſque exuta, ſuaſque
Ingemit, heu, duras ſub iuga miſſa vices.
Oceanumque patrem tergo hic vehit horrida Piſtrix,
Dum ſuſpenſus aquis ocia remus agit.
Et famulas ſubmittit aquas, Aquilæque miniſtras,
Ac ſe Romano ſubijcit imperio.
Hic Tagus auriflũus, Rhodanus, Rhenuſque bicornes,
Flexiuagoque piger tramite lapſus Arar,
Schaldaque magnanimis Belgarum nobilis oris,
Atque parùm noto nomine turba minor,
Victricique Aquilæ, & Tuſci nunc Tybridis vndis
Aſſurgunt, domitis & famulantur aquis.
Singula quæ veterum, Lector, tibi ſchemate prima
Fronte libri graphicè picta tabella dedit.

EIVSDEM.

Actis biſſenis ter quinque ad ſæcula luſtris,
Cumque ſecunda gelu nos grauis vrget hyems,
Prodibat GOLTZI Brugis opera, atque labore,
LAVRINI ſtudio, ac ſumptibus, iſtud opus.

IN C. IVLIVM CAESAREM
ſtudio atq; opera M. Laurini Domini de Waterulíet
ab Huberto Goltzio Herbipolita
reſtitutum.

ARNOLDI MOTORII BLANKEBERGANI
Flandri D. Donatiani Brugis Canonici.

ARCTOIS olim terna trieteride in oris
Auſpicijs Martis tutus vbique [illegible]
Omnia præpetibus loca dum præteruolat alis,
Accepit famam Iulius, atque dedit:
Nam Diuûm ad ſedes, ac magni templa tonantis
Hinc ſibi ſtrauit iter, Cæſaribusque ſuis.
Hinc facilem vinci totus ſe præbuit Orbis,
Tantum tunc inſtar Gallia victa fuit.
Fortibus & partum eſt nomen memorabile Gallis,
Quòd tali ad tempus vel reſtitêre viro.
Omnia ſors verſat: mutantur tempora rerum:
Et vix ſtare valent maxima quæque diu.
Credere quis poſſet? conſumpta eſt morſibus æui,
Totaque defecit cum duce Roma ſuo.
Iulius in tenebras, fama ſuper æthera notus,
Abſceſſit: ſolùm nomen inane manet.
O faciles hoſtes, ô candida pectora. ſola
Victorem illuſtrat Gallia victa ſuum.
Maieſtas redijt, veteres rediêre triumphi:
Notaque vix vlli reddita Roma tibi es.
Nunc omnes dominam credunt, rerumque potentem,
Eoæ gentes, Heſperiæque ſimul.
Flandrica Laurus eat circum tua tempora Iuli,
Atque triumphatæ munera gentis habe.
Laudetur Daphnis: Belgarum gloria Brugæ
Laudentur, tantum quæ peperêre decus.
Hoc Nympha Hydrorhoe dum ſe iactabit alumno
Perpetuò felix Oceanitis erit.

ARNOLDI BARZII I.C. BRVGENSIS.

In Laurum Daphnem verſam cùm fleret Apollo,
Hæc in prorupit carmina mœſtus amans:
Qua mihi nulla frui per fata ſuperſtite fas eſt,
Hanc vel in obductam cortice depereo.
AEternùm te noſtra chelys cantabit, & arbor
Viuentis ſpecie munia obibis, ait.

Iure tuo Laurus monumenta perennia Regum,
Iure tuo Laurus quæque trophæa feres.
A te pendebunt Aquilæ, Mauortia signa,
A te pendebunt arma micante cono.
Te redimita gerens victricia tempora, Romam
Curribus auratis ingredietur ouans.
Delphica vt hæc credas oracula, præstat id vnum
Eximium Daphnes posteritatis opus.
Quod non ostentat laceras, ſanieſque fluentes,
Sanguine nec tinctas exhibet exuuias:
Sed rediuiua tibi Romani Cæsaris ora,
Spirantisque hab[illegible]m reddit & effigiem.
AEtati veteris quæcunque numiſmata censꝰ
Restituit, tantum quo stetit imperium.
Hoc in præsentem quasi rem tu tramite ductus,
Te multis ſæclis iam ſupereſſe putes.
Quam nec olympiades multæ, nec lustra pararent,
LAVRINI eſt opera tradita cognitio.
Tradita cognitio, qua quid ne illuſtrius eſſet,
Ingenij hubertas fecit HVBERTE tui.
Hæc coniuncta manus cum dexteritate politæ,
Tanta eſt, vt Belgis inuideat Latium.

IACOBI RAEVARDI I. C. BRVGENSIS, ad Cæsarem rediuiuum.

Viuere te video, verum eſt, nam viuida virtus
Te decus, & patriæ ſuſtinet eſſe patrem.
Sed (fateamur enim) cùm te tua Roma reliquit,
Viuus, & vt viuus, ſemi ita viuus eras.
Aſt ſimul vt vitam tibi GOLTZIVS arte perenni
Integram, veras vertit in effigies:
Cæsar iure modis ſupereſt tibi vita duobus,
Nomine viuis enim, viuis & effigie.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΔΡΟΥΜΑΙΟΥ ΒΡΟΥΓΓΕΩΣ.

Φέρτερος ἀθανάτων, ἐύσκοπος τ' ἀργυρότοξος
Ἔργον θαυμάζων ἔβλεπε ΓΟΛΖΕΙΟΝ.
Ὀψέ ποτε θαμβὸς καλλίστῳ γέγραφ' ὀλύμπῳ,
Νῦν πάλιν ἴφθιμος Καῖσαρ ἐς ἄστρα ἀνεῖ.

IDEM LATINE.

Cælicolum Princeps acri ſpectabilis arcu
GOLTZIACVM admirans aſpiciebat opus.
Tandem perplexus ſtellato ſcripſit Olympo:
Nobilis en rurſum Iulius aſtra petit.

ADOL-

Aureus auratas voluit Pactolus arenas,
Argentum profert India, vt æra Cyprus:
Hubertas, HVBERTE, tua hæc huberrima, multò
Huberius certè fluminis huber habet:
Nam vehit argentum, vehit æs, aurum vehit alueo
Omne, quod AEneadum prisca moneta tulit.
Protegit hoc flumen Laurus viridante sub vmbra,
Vndifluas Laurus consita propter aquas.
Cui non vlla suos vis perturbabit honores,
Non Auster virides auferet imbre comas:
Sed patulis fulgur ramis, sed dira venena
Arcet, & à ripis noxia quæque fugat.
Naiades hoc, Satyri, Dryades, Pan, Phœbus, Athena,
Hoc Charites gaudent flumine, & Aonides.
Vos me, Pierides, quoque in hæc damnate metalla,
Has studio vt venas huberiore colam.

GEORGII CASSANDRI.

Nulla per Ausonias quod præstitit hactenus vrbes,
Hoc nunc, Roma, tibi Flandrica Bruga parat.
Digni perpetua redimiri tempora lauro,
LAVRINI per quos nobile surgit opus.
Nec minus HVBERTI doctissima dextra meretur,
AVREVS vt volitet docta per ora virûm.

MARTINI SMETII FLANDRI.

GOLTZIVS hæc plano sculpsit Germanus in ære,
Quæ pauló antè agili pinxerat ipse manu.
Prælum, operas, atque impensas suffecit opimas
LAVRINVS, Brugæ gloria magna suæ.
Barbara quæ quondam fuit, en Germania nunc est
Nobilis ingenijs, artibus, atque viris.
Quæque olim incultus fuit horrida Flandria siluis,
Tales nunc fructus edere culta valet.
Ne tamen inuideas nobis, docte Itale, nostras,
Quas nunc post alios fata dedêre vices.
Græcia prima artes coluit doctissima cunctas:
Quæ pôst cesserunt, maxima Roma, tibi.
Tu deinde imperium nostras dum mittis in oras,
Huc etiam dotes fersque locasque tuas.
Linguam, inquam, moresque tuos, artesque politas,
Et cultus quicquid splendidioris habes.

Hæc

Hæc vbi nos ſtudio tandem percepimus acri,
  Non nobis ſolis addidiciſſe ſat eſt:
Sed tua dona tibi ferimusque accepta, damusque
  In lucem, vt conſtet pluribus eſſe tua.

ΙΑΚΩΒΟΥ ΠΛΑΓΚΙΟΥ ΒΡΟΥΓΙΕΩΣ.

Φοῖβος ἰδὼν ʹΟΥΒΕΡΤΕ σοφίαν ΛΑΤΡΙΝΈ τε σπουδὴν,
  Φησὶ, τί λήψονται ἀντὶ πόνοιο βαρεῦς;
Εἰπέ τις ἐν χαρίτων, αὐτοῖς δώσομεν ἄεθλον
  Ἄξιον, ἀχρεῖοι μὴ δοκέωσι φίλοι.
Εὐφημοῦσι θεοὶ πάντες πᾶσαί τε θέαιναι,
  Αἰδεῖσθαι τούτους ἀνέρας ὡς ἀγαθούς.
Ζητοῦσιν σπάνιον σπανίοις παραδοῦναι ἄεθλον
  Τοῖς ἑτάροις. πᾶς τις πάγκαλα δῶρα φέρει.
Οἱ μὲν τῇ αὐτῶν κεφαλῇ περικαλλέα μύρτον,
  Οἱ δ᾽ αὖ τὴν δάφνην, ἄγλαα δῶρα θεῶν.
Ὡς μὲν ἅπαξ εἰπεῖν, φέρεται κειμήλια μουσῶν
  Ἄξια, θυγατέρων αἰγιόχοιο Διός.
Ἰούλιος εἰσαχθεὶς Καῖσαρ διὰ φαίδιμα ἔργα
  Οὐρανὸν εἰς εὐρὺν, φοῖβε ἔειπε πάτερ,
Οὔπω τὶς δῶκεν τῶν ἔργων ἄξια καλῶν:
  Αὐτοῖς δὸς μᾶλλον τοὔνομα ἀθάνατον:
Ημιθέων κρατερῶν τ᾽ ἀνδρῶν ὅτι πράγματ᾽ ἔγραψαν,
  Ὧν κλέος ἠδὲ θεοῖς γνώριμον, ἠδὲ βροτοῖς.
Φοῖβος ἔφη σὺν πᾶσι θεοῖσι, δοθήσονται αὐτοῖς
  Αθάνατος ςέφανος, τ᾽οὔνομα ἠδὲ θεοῦ.

ALEXANDRI COLONAEI I.C. BRVGENSIS.

GOLTZIVS arte, manu, digitiſque ſequacibus vſus,
  Hoc tibi conſcripſit, candide Lector, opus.
Gallia miratur, ſtupet Itala terra, ſuorum
  Tot ſibi ſigna ducum, tot ſimulachra dari.
Ecce reuiuiſcunt veteres in imagine Reges,
  Ni manibus tangas, viuere poſſe putes.
GOLTZIVS exſculpſit, dedit æs LAVRINVS: vterque
  Nobilis ingenio, clarus vterque manu.
Ille manu ſummè pollet ſculptrice: benigna
  Hic (ſi animum ſpectes) explicitaque valet.
Ille opera, hic opibus opus hoc confecit: & amplas
  Ingenij vires ambo dedêre ſui.

IN

IN HISTORIAM IMPERATORVM Cæſarumq́;, & Faſtos magiſtratuum Ro. ex antiquis numiſmatib. opera & ſtudio M. Laurini Domini de Wateruliet, ab Huberto Goltzio Herbipolita reſtitutos.

ΑΔΟΛΦΟΥ ΜΗΚΕΡΧΟΥ ΒΡΟΥΓΙΕΩΣ.

Αἱ βίβλοι, τίνες ἐστὶ; τί κεύθετε; θυγατέρες μὲν
ΟΥΒΕΡΤΟΥ ΧΡΥΣΟΙΟ, τὸν Ἑρβίπολις τέκε δῖαι·
Ἐν κόλποις δ' ἰδίοισι τράφεν Λαυρῖνος ἀμύνων,
Δαφνίκομος ΛΑΥΡΙΝΟΣ ὁ δέσποτα τοῦ πτολιέθρου,
Ὃ Φλάνδροι καλέουσιν ἀφ' ὕδατος ἀμφὶ ῥέοντος.
Τὴν Ῥώμην λέγομεν, Ῥώμην τὴν κυδιάνειραν,
Τοὺς πολέμους, νίκας τε, τροπαῖά τε τῶν βασιλήων
Αὐσονίδων, τὰ θέατρα πελώρια, τούς τε θριάμβους,
Ἀρχόντων ῥάβδους, τιμάς τε, καὶ ἱερὰ λαοῦ,
Δαίμονας ἠδὲ θεοὺς ἰδίους, ἀναθήμαθ', ἑορτάς,
Τὰς πόλιος πανηγύρεις, κρατερῶν τε ἀγῶνας,
Ἆθλά τε, χ' ἡρώων περικαλλέ' ἀγάλματ' ἀγαυῶν,
Καὶ πάντως Λατίου τὰ περίκλυτ' ἀείδομεν ἔργα·
Ὥς τοι σημαίνει τὰ νομίσματα μυρία ταῦτα,
Χρύσεα σὺν χαλκοῖσι, τὰ χάλκεά τ' ἀργυρέοισιν:
Ἀρχαίου ξύμπαντα χρόνου, ξύμπαντά γε γαίης
Ἐκ βαθέων ὀρυγέντ', ἀγαθῶν μνημεῖά τε ἀνδρῶν.
Ἡμᾶς Ῥωμαῖοι γοῦν ἵλαθ' (ὧθ' ἵστορες ὑμῶν
Ἐσμὲν) σὺν Κράσσῳ, Λιβίῳ Τρώγῳ τε παλαιοῖς.

IOAN. GELRII RVSSELLANI FLANDRI ad Romam.

Debita quæ ſemper præconia reddere laudum,
  Claraq́ue pro meritis præmia Roma ſoles:
Iam tua LAVRINOS rara manus alma corona
  Exornet, ſed ne frondea dona paret.
Non Iouis, aut Bacchi, Veneris, non Palladis arbor,
  His poterit dignum conciliare decus.
Et ſi longæua circundes tempora lauro,
  Non hoc apta ſatis tempore laurus erit.
Phœbus enim teneris ſibi notus ſemper ab annis
  His pridem LAVRI nomen habere dedit.
Poſt vbi Phœbæas coluiſſet vterque Camœnas,
  Implicuit doctis laurea ſerta comis.
Ergo vt nunc meritum capiant virtutis honorem,
  Aurea laurigera munera fronte gerant:
Per quos tota vires, & per quos AVREVS ille
  Exercet mira GOLTZIVS arte manum:

Qua nitor ille tibi, quem longa aboleuerat ætas,
Redditur & Latio Roma vetusta solo.
Vt tua non tantùm veteris tibi gloria regni,
Et ducibus redeat splendor honosq́; tuis,
Quorum iterum antiquos titulos, celebresq́; triumphos
Cernas, & varijs parta trophæa locis:
Sed quoque nunc priscis ob cusa numismata formis,
Nil sit Romana notius historia.
I nunc, & cultos solos dic esse Latinos,
Et Germana tibi barbara terra fiet.
Qui fuit Herbipoli Germanis natus in oris,
Vt modò sis tanto culta decore facit.
Quo si non meruit statuam de marmore viuo,
Quæ prostet medio conspicienda foro,
Hoc saltem, GOLTZI sis felix, dicito, qui me
Erigis, & penitus nec cecidisse finis.

IACOBI RAEVARDI I. C. BRVGENSIS.

Quem mihi Musa virum memoras? est GOLTZIVS. ille?
Illéne tam insignis qui facit artis opus?
Ecquid agit? viuit? viuit. & imagine viua
Expressit viuam Cæsaris effigiem:
Occultis celebres (ô factum nobile) signis
Fastos Roma tuos hac simul arte notans.
Ille potestatum lauros, fascesque figuris
Lustrat, & innumeris ornat imaginibus.
Dixi, & te docui scrutari rudera Lector,
Quæ doctam cernes restituisse manum.

IACOBI CRVQVII MESSINII FLANDRI bonarum litterarum publici apud Brugenses professoris, in Romam reuiuiscentem.

Sic fatum melius fauet
Humanis studijs, atque laboribus,
Vt nolit penitus mori,
Quæ sunt mole sua visa minarier
Casum, atque interitum grauem.
Vt quondam imperitans gentibus omnibus,
Et virtute potentior
Roma & nobilior, quæ retulit suum
Acceptum superis genus:
Hinc à Marte ferox Romulidum tribus,
Hinc Iuli imperium ab Ioue.
Verùm vt primus honos, atque potentia,

Nec

Nec non ambitio grauis,
Valdè concutiunt Regia ſtemmata,
Et magnum populi decus:
Sic concuſſa diu Roma tumultibus,
Ciuili fremitu ruit.
Sic rerum domitrix, & metus hoſtium,
Olim faſcibus inclyta,
Turpatis titulis, & genere attauo,
Multo tempore ſorduit,
Nec planè auſa fuit tollere lumina,
Seque oſtendere publicè:
Donec pulueribus turpibus eruta,
Ornatum caput extulit.
Quod munus meritò, LAVREA nobilis,
Immortale tibi refert:
Cuius viuida vis perpetuò viret,
Computreſcere neſcia.
Sic æterna iubet LAVRVS Apollinis,
Sic vult AVREA SAECVLI
HVBERTAS decorans priſtina marmora.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ΕΙΣ ΡΩΜΗΝ ΑΝΑΒΙΩΣΑΝ.

Οὐ θαυμαςὸν ἐὰν ἡ Ρώμη ποτνὶ ἀνίςῃ,
Ἡ δὴ ἐς πολλὰ ἔτη ἐν σποδίᾳ ἔλαθεν.
Οὔνομα γὰρ ταύτῃ ἀπὸ τῆς Ρώμης τε βίας τε
Αἷς οὐδ' ἂν θάνατος βλάψειεν οὐδὲ μόρος.
ΜΑΡΚΟΣ ἀθρόην ἐς ΤΑ ΛΑΥΡΙΝΟΣ κόνιν ἐκκατέσεισε
Πρῶτος, ἐλευθερόων ἐκ ῥυπόωντος ἄχους.
Ευτ' ΟΥΒΕΡΤΟΣ ἰὼν δαιδάλλει ΧΡΥΣΕΟΣ εἶδος,
Εἶδος κάλλιστον, σεμνοτατόν τε ῥέθος.
Αττα ἴδε κέρατι πλήρει σοὶ ΧΡΥΣΕ' ΑΙΩΝΟΣ
ΕΥΦΟΡΙΑ πλήρει φίλτατε χειρὶ χέει.

IDEM LATINE.

Nil admirandum ſi ſplendida Roma reſurgat,
Quæ latuit multo puluere tecta priùs.
Huic etenim nomen virtus dedit atque poteſtas,
Queis nec mors vnquam fatáue obeſſe queant.
Huic MARCVS cineres LAVRINVS diſpulit atros
Primus, & ereptam ſordibus expolijt.
Pòſt formam accedens HVBERTVS GOLTZIVS ornat,
Formam perpulchram, corpus & eximium.
En pleno cornu quæ largiter AVREA SAECLI
HVBERTAS plena fundit amice manu.

ADOL-

ADOLPHI MEKERCHI I.C. BRVGENSIS.

Roma vetus quondam miseras perpessa ruinas
Concidit, & Romæ diruta Roma iacet.
Colligit hanc, priscamque nouæ (mirabile) Romæ
Restituit Romam Flandrica Bruga suam.

MELCHIORIS BARLAEI ANTVERPIANI.

Conciderant fato, quoniam rapit omnia fatum,
Iulius, Hubertas, Romulidæq; duces.
Iuppiter indoluit, mœstusq; est ista locutus:
Omnia (quid faciam?) mors animata rapit.
Audijt hæc postquam diuinæ GOLTZIVS artis,
Quod mors non lædat nos faciamus, ait.
Inuidit fatum, tenso demissa sed arcu
Irrita sunt damno tela repulsa suo.
Despondensq; animum, cùm cæla subisse papyrum
Viderat, in multos non abolenda libros,
Vincimur exclamat, vincens licet omnia, Tempus,
Nam modò concedent, dixerat, æra mihi.
Viuito Roma tuis igitur cum gentibus, in vos
Nunc aliquid tempus, mors neque iuris habent.

IMP. CAESARI FERDINANDO AVSTRIO PIO FELICI PERPETVO AVGVSTO

HVBERTVS GOLTZIVS HERBIPOLITA VENLONIANVS

S. P. D.

Certas quaſdam nationes omni tempore ceteris omnibus longè ingenio atq; prudentia anteſtetiſſe, nõ mihi dubium ſit, quin Sacratiſſima Maieſtas tua tantarũ vſu rerum exercitata, pro ſua incredibili quadam ingenij ſagacitate facilè in animum inducere, ſibique perſuaſum habere poſſit: in quibus primas tenuiſſe Chaldæos & Ægyptios, inde Græcos, poſtea Romanos, omnium verò poſtremò Germanos, pro ordine & ſucceſſione monarchiarum, veteres hiſtoriæ atque antiquitatũ reliquiæ demonſtrant. E quibus ipſis id etiam perſpici facilimè poteſt, prudentiam in hominibus ingeniȷ́que acumina, ſucceſſu ipſo temporum, maiora ſubinde rerum incrementa cepiſſe: vſque dum adulta paulatim, ad poſtremum quaſi in arcem ipſam ſcientiæ Romani imperij viribus perducta fuerunt. Nec ſanè eius rei, ſi quæras rationem aliam, quàm in prouidentia populi Ro. cõſtituas: qua ſuam rempublicã prouinciaſq; omnes, moribus, inſtitutis, latíſque legibus prudentiſſimè gubernarunt, inque pulcherrimum ordinem deſcripſerunt: quantiſcunq; tandem initiò rerum difficultatib. atque impendiis exhauſti conflictatíq; fuerint, quoaduſq; ſibi tantum monarchiæ robur munire atque ornare potuerunt. Nullum enim magnum & memorabile imperium vlla in natione vnquã niſi è duris extitiſſe initiis meminimus. Eandem Roma quoq; fortunam habuit, priuſquã

se illi tota daret: nam vti est à Marcellino memoriæ proditũ, quum primùm orbem vniuersum Roma nominis sui splendore percelleret, vt se perpetuæ pacis fœdere icto in summũ honoris culmen subuectam sisteret, quæ ferè disiunctæ aliàs, tum vérò vtraque VIRTVS & FORTVNA conspirauére. Quòd si id temporis alterutra abfuisset, nunquam profectò tanta imperij moles ad perfectũ peruenisset. Cuius quidem veluti incunabula ad annos trecẽtos multis circa prælijs, ijsq; sub ipsis adeò vrbis mœnibus, debellata, infesta, atque implicata fuére. Adultæ verò iam ætas firmior, post superata tot tamq; grauia bella, ad septentrionem Alpes transgressa, in occidentem fretum vltra Herculis prouecta est. At postquam inde iam in virili robore staret, tum verò ex omnibus planè orbis partibus laureas triumphosque rettulit. Senectus verò quum id denique cõferret, vti hostes sola nominis fama perstrictos sępenumero profligaret, facilimè hinc euenit, vt in ea nominis auctoritate, velut imprimis securo atque oportuno felicitatis portu, conquiesceret. Quum itaque vrbs omnium præstantissima, gentes indomitas, moribus feras, natione barbaras planè subegisset, institutis & legibus ornasset, fundamenta simul æternæ pacis ita iecisset, vt conuelli q̃ difficilimè possent, tum verò demum in morem piæ sollicitæque matris in Cęsares tanquam optimos filios suos, omne sui patrimonij ius, rerumque summã transduxit. Quid enim intestinis bellis miserè per tot annos exagitata vexataque totius corporis sanitate, ad quietem atque ἰατρείαν quasi quandam oportuniùs sibi comparare aut comminisci poterat, quàm vt afflicta exuctaque membra in posterum deinceps vni alicui è suorum numero liberorum vicissim curanda fouendaque traderet: qui superiorum temporum calamitatibus edoctus, id sedulò caueret, ne iterum partium contentione, vti anteà, Reipub. veluti corporis compages miserrimè dissoluta fatisceret.

Quem

Quem verò alium C. Iulio Cæsare præstantiorem, omnibusq; imperandi artibus ornatiorem, ac rerum gestarũ gloria clariorem reperisset, cui prima potissimũ gubernandi rudimenta tutiore præsidio cõmitti posse viderentur? Ille igitur maximo orbis bono à Deo ipso tantis rebus administrandis delectus, præclaras naturæ suæ dotes in eo ita explicuit, vt vrbem imperiumq; Romanum cõstituerit sapientissimè, tempora, religiones, leges scitissimo ordine describendo, singulari prudentia atq; industria in omnem partem adhibita, suo denique atque solido robore ad nominis perpetuitatem fundauerit. Qua quidem virtute atque scientia gubernandi nihil inueniri posse præstantiùs & Aristoteles acutissimus rerum æstimator, & res per se ipsa satis declarat: vt omittam illud de œconomico Xenophontis: *Imperare liberis & volentibus Dei ipsius numen attingere.* planè vt mihi optimo iure Rei pub. gubernatores saluberrimis quibusdam fontibus comparare posse videar, vnde in tot hominum milia sani consilij recteq; sapiendi riuuli manarint. Quæ res illis præclara ista nomina peperit, vt HEROES, PATRES PATRIAE, CONSERVATORES CIVIVM, VRBIVM, POPVLORVM'VE audierint, marmoreisque honoribus consecratos titulos ad vltimam posteritatem transmiserint. Nempe hæc illa est horum effectrix *Sapientia*, quam Regum omnium excellentissimus Salomon à solio suo Regio nunquam abesse summis votis exoptabat, quamque suis in prouerbijs hũc in modum loquentem inducit: Meo afflatu aucti gubernant principes, & per me potentes iustitiæ patrocinium obeunt. Quandocunque igitur in administratione rerum rationes omnes, & momenta consiliorum *Sapientiæ* regula metimur, continuò necesse est cõsequi pulcherrimam ac salutarem illam rerum omnium εὐταξίαν, & tanquam è copiæ cornu beatissimo rerum abundantiam latè diffundi. Per eos igitur qui hæc ipsa & sa-

puerunt, & re ipsa præstiterunt, principes viros, Dei Opt. Max. prouidentia atque benignitate, Romani imperij monarchia instituta, atque in hunc ipsum cuius modò speciem admiramur, perducta est ordinem, quæ priores omnes magnitudine atque diuturnitate imperij anteit. Quum itaque ab ineunte adolescentia per annos aliquot variarum lectione historiarum, quæ vel veterum memoriam, vel res nouas, siue externas siue domesticas celebrarent nõn infima fortassis industria atq; sagacitate vsus, rerũ noticia animum excoluissem: idq; me demùm profectò assecutum esse ac deprehendisse profiteri possim, non aliunde certiora rerum gestarum documenta, atque inductiones secundum historias, quàm ex antiquitatum reliquijs, omniumq; præcipuè è numismatis antiquorum percipi atque hauriri posse, mirifica tum verò in animum quoque meum incessit cupiditas illustrandæ antiquitatis amore accensa, vnà cum alijs aliquot, vtriusq; illis quidem tam illustris quàm tenuioris conditionis hominibus nummis illis conquirendis vndique, noscendisque pro mea virili incumbere. Quod cum facio sedulò, magis magisq; indies ea mihi de illis confirmatur opinio, vt non solùm existimem numismata monumentis historiarum esse plena, sed etiam perinde, vti rerum gestarum testificationem fidelissimam continerent, ita veterum errata atque indiligentiam scriptorum clarissimè cõuincere: planè vt ita in animum inducam, multoque id nunc etiam edicam certiùs, sicuti alijs olim in libris à me proditum memini, si se pleriq; commentatores, atque interpretes veterum auctorum seu Græcorum seu Latinorum, paulò accuratiùs in hac antiquitatis cognitione exercitassent, solidiorem profectò ad perpetuum honorem, frugemq, aliorum industriæ atque laboris sui fructum fuisse capturos, eademque effecturos opera, facilimè vt fœdas auctorum dissensiones, veterum præcipuè

num

nummorum teſtimonio optimè compoſuiſſent: quum præſertim nuſquam illi ſibiipſis repugnantes atque aduerſi reperiantur: quosq́ue conſtat ſingulari quadam attentione, ſummaq́; auctoritatis prærogatiua, Senatuſconſulto in perennia rerum geſtarũ monimenta eſſe procuſos: vti hæc ipſa meritò veras atque expreſſas rerum figuras, mutosq́; teſtes appellare liceat, qui ad rerum memoriam multo quàm charta atque atramentum, quâ ad longinquitatem temporum fideliùs, quâ ad veritatis teſtificationem, non pauló tutiùs conſeruandam nati factíque fuerint. Quippe ea geniti natura omnes ſumus, vt in ſcribendo ſæpe nos affectus tranſuerſos agant, multaq́ue paſſim à pleriſque tum dicantur tum ſilentio obducantur ad gratiam partium, quò eos animus videlicet vel inclinarat, vel abduxerat potentiùs. Id quod veriſſimè Liuius, eò nimirum inclinari fermè ſcribentium animos, vt multa ex vano hauriant. Vt omittam interim quanta labes comparata ſit hiſtoriæ tum incuria perfidiaq́ue eorum, qui de antiquis exemplaribus noua negligenter deſcripſerunt: quò factum eſt, vt dum frequenter hîc quiddam omiſſum, illic adſutum, ſæpe gloſſema quodpiam de margine in ipſum hiſtoriæ quaſi contextum tranſductum ſit: magnæ demùm auctorũ controuerſiæ ex eo fonte extiterint: quas quidem ſi quis alio pacto rectiùs minui, certioremq́; fidem aliunde ſe adſerere, quàm ex lemmatis & argumentis vetuſtorum numiſmatum poſſe putet, mea quidem ſententia vehementer erret. Hiſtorias enim ad fidem nummorum oportet, non è diuerſo nummos ad illarum rationem accommodare: propterea quòd hi ſint penè ſimul cum re ipſa nati, ipſiſque hiſtoriis, vti vetuſtate, ita & fide potiores, vel ob id ipſum maximè, quia non temerè adulterari citra perſpicua doli argumenta poſſunt. Nec mihi ſit dubium, quin omnem planè rerum Romanarum ſeriem è ſolis per ſe numiſmatis

 hau

haurire atque percipere potuissemus, etiamsi, quod Deus nolit, scriptæ nos historiæ defecissent, si non & longinqui temporis labes, & barbarorũ atrox atque Ro. nominis deletrix iniuria, magnam numismatum partem posteritati intercepissent. Quibus illud quoque postea accessit incommodum, vt in reliquias ipsas ignorantia simul & auaritia hominum miserum in modum sæuierint: qui simul atque numisma aliquod siue aureum siue argẽteum nacti essent, cùm in rei signatæ non minùs quàm omnis antiquitatis crassa ignoratione vnum materiæ precium censerent, ad fabros statim argentarios videlicet vt conflarent, detulerunt. Quo factum est, vt memoria antiquitatis tam malè vndique accepta, manca penè ad nos peruenerit, quæ alioqui integra magno cum fructu ac voluptate spectari potuisset. Nam id feriendis nummis summo studio Romani perfecerant, vt quidquid dignum censerent, quod ad posteritatis memoriam transmitteretur, id in numismatis quamscitissimè deformatum darent. Quod ego hoc in libro perpetua quadam historiarum deducta serie, quòd ad Iulij Cæsaris res gestas attinet, sub aspectum ita subiecturum esse confido, vt omnibus iam perspicuum esse possit, non ociosas figuras, sed rerum gestarum monimenta, & ea quidem sæpe ab historiographis aliis intacta, his veterum nummis comprehendi. Nam vt cetera prætercam, apud quem auctorum legimus Cæsarem in Augurum collegium fuisse cooptatum? quod nummi non semel nobis inculcant. Vbi legimus L. Munacium Plancum Præfectum vrbis fuisse nisi in nummis nostris? Quumque vel Romani & antiqui scriptores Cæsaris nostri patrem Lucium appellent, in numismatis certè, vti & in antiquissimorum marmorũ inscriptionibus non Lucius, sed disertè Caius vocatur. Qualia permulta planè & in aliorum Imperatorũ historiis & ipsis Consulum aliorumq;

Ma-

Magiſtratuum Faſtis arguentur, illis ex libris quos deinceps in animo habeo in publicum emittere. Nam illud S. tuæ M. ſtudioſiſque omnibus teſtatum eſſe cupio, nihil me antiquiùs ducere, quàm fidem meam ſummo ſtudio atque diligentia ſemel liberare. Recepi autem iis in libris quos in nomine Illuſtriſſimi Regis Romanorum Maximiliani filij tui his annis ſuperioribus euulgaui, facturum me, vti iſto ipſo cuius nunc initia damus exprimendi modo, omnes paſſim antiquitatis amantes vetuſtorum numiſmatum exemplaribus circumfluerent. Idq́; vt quamprolixiſſimè præſtarem, priuſquam me ad tam præclarum opus moliendum darem, nullis ſumptibus, laboribus, vigiliis peperci, quin relictis omnibus, quidquid alicubi eſſet, quod in celeberrimis Europæ regionibus noſtro inſtituto oportunũ haberetur, atque adſeruaretur, per Germaniam, Italiam, Gallias, diligenter, ne dicam curioſè, prorſus exquirerem. Quumq́ue per Germaniam iter facerem Italiam cogitans, percommodè accidit, vt tuam ibi S. M. in conuentu principum Germanorum, qùi anno M. D. LIX. ineunte, Auguſtæ Vindelicorum indictus habebatur, à prima ſalutatione benigniſſimam aduerſum me meaque ſtudia experirer. Quum enim mihi inſtructiſſimos illos tuos antiquitatũ theſauros recludi iuberes, meq́ue ſingula quantum vellem, quantumq́; opus haberem inſpicere ac tractare patereris, magnas ea re mihi commoditates comparaſti, in tam facili copia tot Græcorũ ac Romanorum numiſmatum, tam Conſularium, quàm à Cæſaribus cuſorum, nihil vt inſtituto meo perſequendo oportuniùs accidere potuerit. Cuius quidem benignitatis nomine, cùm me tuæ S. M. vehementer obſtrinxeris, aptiſſimùm eſſe exiſtimaui cuicuimodi gratiæ reponendæ loco, haſce quaſi quaſdam primitias operum meorum, quod ad Cæſarem attinet in S. M. tuæ nomine euulgare: quo ſe

patrono certissimè tutissimeq; niti atq; tueri posse viderem. Quis enim ea Cæsaris monumenta quæ Cæsari placerent, cauillari auderet? Aut cui ea magis in oculis ferre consentaneum sit, eius inquam Cæsaris monumenta, qui Romanæ istius auctor genitorque monarchiæ fuit, cuiusque nomen omnes ab eo principes quasi hæreditario ac successorio iure sibi manciparunt, perinde ac si & ipsi quoque in familiam atque gentem Cæsaris, ipsis suscepti imperij auspicijs adoptati fuissent. Quum itaque Dei prouidentia clarissimum Cæsaris nomen, pulcherrimaque Monarchiæ successio ad S. tuam M. pertineat, eiusdemq; benignitate, præstanti prudentiæ laude, aliisque præclaris naturæ in tuas laudes profusæ dotibus, maximo Reipublicæ bono & commodo luculenter instructus atque ornatus sis, simulque historiarum atque antiquitatis cognitione, quæ sapientiæ omnis momenta continet, & abundes ipse, & præclarè in ea versatos præcipuo fauore complectaris, fit, vt magna me fiducia teneat, hunc meum laborem referendæ gratiæ vice S.M. tuæ non ingratum fore, quo me pignore ad paratissima tuæ M. obsequia quoad vixero dehinc totum lubens dico consecroque.

Brugis Flandrorum
Kal. Septemb.
M.D.LXIII.

MPERATORI MAXIMO FERDINANDO AVGVSTO, IOAN. SAMBVCVS PANNONIVS TIRNAVIENSIS.

ANTA sit monimentorum vetustatis vtilitas, atque etiam voluptas, n solùm memoria litterarum, sed quoque antiqui operis numorum dium, & cum historijs contentio, satis ostendit. Quot enim historiæ præclara exempla aut valde obscura essent, aut nisi horum testimo- ac lumine accenderentur, prorsus laterent? vt meritò ἀντίστροφος co- itio ταῖς ἱστορίαις esse videatur. Consulares historiæ damno de Liuij li- is accepto fuissent cæcæ, nisi Cassiodori quædam diligentia, nunc verò am marmorum reliquiæ nobis animum addidissent, atque in copu- ndis cum Annalibus numorum testimonijs spem ostendissent breui pauca lateant fore. Multas ego, & memoria reliqui temporis dignas storias vel de meis numis, vt Tua Maiestas optimè nouit, amore & t peregrinationibus collegi, quæ commoditate patriæ, rerumque mea- m aliquando, & cum tua celebritate legentur. Certè qui de ratione ilitari, & signis eius, de triumphis. &c. scripsère, ipsisque libris tan- m, non etiam peruestigationi marmorum, & numismatum studue- int, dum obeuntis Solis imperium cum Oriente miscent, nec con- etudini mutatæ plus, quàm vocum notionibus tribuunt, longè in- rdum à scopo aberrare cum intelligentium visu animaduerto: quod si aliquando nec admoniti varia & pertinaci sua professione corrigent. tque illud T. M. testatum firmumq; habeat, nisi diuturna inspectio- e vniuersæ antiquitatis, & ad lectionem recta & artifici comparatione, audem ab hoc nomine qui ferat iustam, fore neminem. Perpetuum e- im à libris subsidium, illustrem & iucundam reddit cognitionem: sed nspectio, & tractatio monimentorum, adeoq; iudicium dextrum & fa- ile, nisi illa efferat, inq; vitam probam reuocet, vt à fictoribus hodie aua- is secura sit scriptio, æternitatem labor non modò non intuebitur, sed ne diuturnitatem quidem assequetur vllam. Ea re T. M. in cogendis omnis generis numismatis, non leuem curam, maximos sumptus ponit, multosque suo exemplo ad has cogitationes indies excitat. Quos inter hic Hubertus Goltzius est, homo Germanus, sed voluntate ac industria media in Roma natus: qui ingenio, longinquis itineribus, singulari in- dustria, manuum facilitate, vsuque, plurimùm est consecutus: idque non meo testimonio, quod in hac professione non omnino nullum est, sed omnium per Italiam, vbi ista præsertim vigent, Galliam, & Germa- niam virorum celebri fama, atq; literis autoritatem qui sibi constituêre. Nam cùm in Gallias rediissem, tertioq; Italiam inuiserem, apud omnes

c v eius

eius diligentiam gratam,& memoriam frequentem ſentiebam: ac nihil quod ad illuſtrandam hanc pulcherrimam, totque annis deſertam cognitionem pertinere ratus eſt, vſpiam neglexit: ilicò ædibus nobilium perueſtigatis, omnia inſpicere, intima, & quæ pro foribus, & temerè locata ſunt,voluit, annotauit,inque vſum atq; ordinem ſeuocauit. vt nullum in Europa locum ſciam, quem ſibi reliquum fecerit, & vbi præſens non fuerit, multò verò magis accurata eius, & multis extollenda nominibus inquiſitio quò non pertinuerit. Offert T. M. ſpecimen illuſtre, & (niſi me indulgens amor fallit) hoc in genere adhuc præcipuum, longeque maiora daturus eſt,ſi vita illi, tuæque M. gratia,ad quam hoc ſuo opere nititur,commodè ſuppetat. Varium eſt ſtudium & ampliſſimum, ſed quod à priuatis,niſi T. M. ſimiles accedant,ſuſtineri vix queat. Commendo igitur M. T. Goltzium,vtque patrocinio iuſto comprehendat, ſupplico: ac ſpondeo, multis partibus rem ac inueſtigationem antiquitatis Hubertum breui cumulaturum, cuius ego ſenſus & conatuum indicia non pauca nuper Brugis apud nobiliſſimum & vetuſtatis amantiſſimum Marcum Laurinum Dn.à Watervliet,ipſe vidi.Tuam M. Deus nobis conſeruet, vtque perpetuus ſit erga τὰ παλαιὰ καὶ ἀξιομνημόνευτα fauor, Deum comprecor.

Datum Antuerpiæ .I X. Kal. Octob.

M. D. LXIII.

ERRATA QVÆDAM CORRIGENDA.

Pag. 154. verſu.8 lege Cæſare
Pag. 199. verſu.43. lege VII AN. AIMILIVS
/. F. /. N. LEPIDVS
Pag. 217. verſu 29. lege Conſulatu
ibid. in col. prima, verſu.35 lege feriundo.
Pag. 220. verſu.17. lege primæ
Gg. colum.ſecunda, Bellona in bigis.lege.xi.1.
ibid.verſo,colum.prima, Cæſar Id. Mart. occiſus, lege xxi. 1.
Gg ij col.prima,verſu.27. lege Ilignea.
ibid col ſecun. Fulminis figura. lege.xxxiiij.9.
aa iij col.prima, verſu.16. lege Manderſchet
ibidem, verſu.21. lege Schorrzius
aa iij verſo col.prim.verſ.18.lege Maſſelortanus
ibidem, verſu 44. lege Græuenſtain
bb col. ſecunda, verſu.22.lege Kneurlinget
bb ij col. prima, verſu.7. lege Roberrellus
ibid.verſo,col.prima,verſu.4. lege Dominica
bb iij col. ſecunda, verſu.35.lege Antinous
ibid. verſo,col.ſecunda,verſu.11. lege Octauius
bb iiij col prima,verſu.7. lege Antoninus
ibid. verſu 46. lege Triſſa
ibid. col. ſecunda, verſu 34. lege Franciſcus Valeriola, Medicinæ Doctor
ibid.verſo,col.ſecunda,verſu.3. lege Vertranius
cc iij verſo,verſu.2. lege Περιπλέκοντα
ibid verſu.10. lege Οἴομ
dd iiij verſu 35. lege numiſmatis

IN HI-

HVBERTI GOLTZII HERBIPOLITAE VENLONIANI IN HISTORIAM IMPERATORVM CAESARVMQ. RO. EX ANTIQVIS NVMISMATIB. RESTITVTAM PRAEFATIO.

SI cui mortalium vel tantillum ſupra vulgus ſapere cõtigit, hoc facilè præſtat cùm ratio ipſa, tum iudicium à natura inſitum, vt quanquã re ipſa quidem aliter in plerisq; & maiori forſan hominũ parte euenire ſoleat, ſentiat tamen & intelligat, animum melioremq; & interiorem ſui partem corpori & ſenſibus exterioribus mentò præeſſe atq; imperare debere: quòd pars illa longè præſtantior, & diuinæ particeps auræ, ſi commiſſo ſibi totius hominis imperio, proq; ſuo quo in hoc micro coſmo fungitur munere, nihil niſi adhibita in conſilium fidiſſima cõſultrice ratione, qua ſola prædita eſt, agat aut inſtituat, efficit, vt & pars illa inferior atq; ignobilior, quã corpus appellari diximus, in rebus prudenter & moderatè gerendis (in quo maxime virtutis & ſapientiæ vis & laus eluceſcit) neſcio quid diuinũ & ſupra hominem præ ſe ferat. Quæ alioqui ex elementis concreta & cõcinnata, vbi mentis & rationis imperio conſilioq; deſtituta, ignaua cupiditate & ocio implicatur, nihil arduum, nihil præclarum, nihil laude dignum, ſed ea quæ ventri tantùm & gulæ, ac ſomno brutæq; voluptati inſeruiunt, meditari, conſectari, & præſtare animaduertitur. vt hoc ipſo à pecudum ingenio & natura quàmminimũ abeſſe videamur: quos tamen Deus erecto vultu cælos, & res æternas intueri iuſſerat, non in humũ pronos ventri & gulæ iucunda exquirere. Ita vt meritò cum pecudibus & brutis nihil cõmune, niſi quantum alendo & ſuſtinendo corpori impendi neceſſe eſt, habere nos deceat: ſed animũ & mentem, cuius originẽ diuinitùs nobis infuſam intelligimus, ita in nobis præeſſe, omniaq; ſic adminiſtrare & moderari, vt dum membra cuncta ſenſusq; exteriores vniuerſi ipſi obtemperant & famulantur, honeſtis artibus & actionibus ſtudiisq; præclaris incumbentes, ad virtutẽ ipſam, ſolidamq; & veram laudem cõtendamus: ne nulla noſtri memoria poſt mortem relicta, quaſi nunquã nati decedamus: quales Salluſtius ac ſi nõ fuiſſent, fuiſſe cenſet: ſed potiùs re aliqua præclara vtiliq; ad poſteros tranſmiſſa, non vixiſſe ſolùm, ſed nec nobis nec aliis inutiles vixiſſe teſtemur. Vt enim homo humanitate omni exuta, homini (quod dici ſolet) lupus eſt: ita viciſſim dum mente ac ratione duce atq; imperãte humanitatis officia exequitur, homini, ſibiq; quaſi numen quoddam ac Deus. Et ſicut præſens hæc vita caduca prorſus & breuis eſt, & rurſum nihil magis fluxũ quàm valetudo, robur, forma, & decor, aliæq; corporis cum ipſo mox corpore delapſuræ dotes, non minùs quàm ipſe in quo illæ inſunt homo verè bullæ: ita animus, & quæ in animo præcipuè eluceſcit virtus, æterna & immortalis eſt. Quo maiori nobis ſtudio elaborandum, nõ tam vt robore aut aliis corporis dotibus excellamus, quàm vt virtute & rectè factis (quæ nomẽ famamq; pariunt immortalem) ad verã laudem viam nobis ſternamus. Quæ quidem iam olim à teneris vnguiculis accreſcente intellectu, & iudicio ſimul cum ætate ſenſim matureſcente mecũ in animo reuoluens, frequẽter votis anxius inſignium huiuſmodi virtutis ornamentorũ me fieri quandoq; participem exoptaui. Et quia omnẽ operam, induſtriam, ac ſtudium naturæ quadam inclinatiuæ geniiq; impulſu ad pingendi artem olim applicuerã, ad eamq; artem nõ vtilem ſolùm, ſed & neceſſariam quoq; aliquam ſaltem Poëtices, hiſtoriæ, & partim ipſius Philoſophiæ cognitionem eſſe ſatis intelligerẽ, nulla tunc profectò illius cognitionis adipiſcendæ cõmodior mihi ratio videbatur, ſedula & diligenti antiquitatis indagatione. Cui ſtudio cùm me totũ tradidiſſem, eoq; nihil vberiùs, nihil ſuauiùs re ipſa cõperiſſem, illud tunc etiam præter voluptatẽ illam acceſſit emolumenti, vt excellentiſſimis præceptis & exemplis, tam Philoſophicis quàm hiſtoricis & Poëticis, rudis etiamnum intellectus mediocriter informaretur. Vnde tandem euenit, vt feruore quodã ſingulari propenſior erga hoc ſtudium mihi redderetur & accenderetur animus,

ſimul

simul etiā iudiciū ipsum magis ac magis excoleretur, cōfirmareturq;. Quod studiū cùm mihi cū plurimis nec parui nominis, nec mediocris fortunæ aut eruditionis viris cōmune esset, nō solùm ad ipsorū noticiā viam mihi aperuit, sed & quotidiana ferè arctissimaq; cōsuetudine & necessitudine cū iisdē cōiunxit. Qui cùm nō semel, nec ita nuper me rogarint, hortati sint, & pro suo in me iure flagitarint, vt quā ego hoc in studio cognitionē ipsis cōsecutus videbar, quamq; beneficio picturæ adiutus haud magno cum labore pluribus & innumeris facilè communicare posse videbar, eam alijs non inuiderem: addentes, turpissimū, imò iniustum fore, si quæ nec magna, nec egregia aliqua laude digna ducerē, ipsi verò permagna & rei antiquariæ studiosis non minùs grata quàm vtilia existimarent, mecum intermori sinerem, vel in lucem proferre recusarem. Maximè quū non pauci quidem passim reperientur, qui eruditione & antiquitatis cognitione excellerent, nulli tamen aut pauci admodum, qui ipsi ea cognitione instructi fideliter, & nitidè, graphiceq; penicillo aut calamo eandem antiquitatem ad viuum quasi oculis subiicere possent. Voluisse sanè complures aliquid tale præstare, absoluisse tamen aut præstitisse paucos, aut potiùs, quod illi affirmabant, nullos: propterea quòd ipsi grauioribus addicti studiis artem pingendi nō addidicissent, & proinde dum indoctorū ineptorumq; artificum, qui ipsi authorū suorum mentem non assequerentur, opera vti coguntur, factum est, vt quæ ab ipsis quanquam alioqui peritissimis hoc in genere hactenus tentata sunt, aut in lucem emissa, nec ipsis authoribus, nec alijs paulò exactioris iudicij hominib. satisfecerint. Horum itaq; ego tum authoritate tum ratione inductus, quicquid diuturno indefessoq; labore, peruigili studio, & assidua inuestigatione sum assecutus, præsertim in re nummaria, animū induxi meum in publicū producere, omnibusq; mecū huiusce studij cultorib. amatoribusq; cōmune facere: mercedem nullam maiorē, aut laudem expectaturus, quàm vt hæc qualiacunq; tum amicis impulsorib. hortatoribusq; grata habeantur, tum rerū quoq; earundē studiosis nec iniucunda, nec verò inutilia censeantur.

AD LECTOREM.

QVAECVNQVE toto hoc libro continentur numismata, in plura, vti vides Benigne Lector, distributa sunt Capita, secundum eos qui in infima cuiusq; tabulæ ora signati sunt, numeros: quæ quidem Capita nunc singulas, nunc plures etiam tabulas cōplectuntur, ita vt primum quodq; ex his capita ipsa & vultus tam Lepidi & Antonij q̃ Cæsaris tibi exhibeat: sequētia verò partes auersas siue diuersa rerum simulachra & symbola, quæ in posteriore numismatum parte spectantur, tibi proponant: in eum ordinem quà eius fieri potuit à nobis digesta, quē temporis & rei gestæ ordo, & ipsa argumentorū similitudo exigere videbatur. vt quęcunq; ad religionem siue res sacras spectarent, in vnum caput: quę verò ad res profanas, rem militarem, res gestas, magistratus, aut aliud aliquod argumentum pertinerent, alia in alia capita congesta sint. Subiectaq; ipsis tabulis paucissimorū verborum sententia, quid potissimùm vnaquæq; illarum contineret indicauimus, non inutili, nec tibi, vti spero, ingrato consilio. Quod superest litteræ illæ numerales, siue notæ arithmeticæ his tabellis, quæ in ipsa tabulæ ora siue margine dextris singulorū numismatū lateribus affixæ sunt, inscriptæ, significant quem quæq; in suo Capite ordinem teneant: ita vt semper cū nouo Capite numerus primanus repetatur. Characteres aūt Græci α. β. γ. δ. & reliqui in eisdem tabellis numeris illis subiecti, amplitudinē siue exilitatem ipsius nummi demonstrant: vt scilicet intelligas, nummū cui talis aliquis character adscriptus est, ea esse magnitudine, quantum est interstitium inter primā siue supremā lineam putam scalæ istius quæ hic inferiùs app est, vsq; ad illam lineam cui idem character inscriptus erit, quem ipsi nummo asscriptū videris. Ad quam mensurā exigenda erunt, quęcunq; & in sequentib. deinceps libris à nobis publicabuntur numismata. Alij verò characteres, tabellis quæ nummis incumbunt siue impositæ sunt inscripti, metallum indicāt, quo nummi sub ipsis repræsentati cusi sunt: ita vt AV auro, AR argento, Æ ære nummū percussum tibi significet. Et quibus plures huiusmodi characteres suprascripti erunt, hos [eo]dem metalli generibus signatos intellige: si duo, duobus: si plures, tribus. Notæ aūt arithmeticę in iisdem illis tabellis sub dictis characterib. metallicis adscriptæ in auersarū partium tabulis, indicant cui capiti siue faciei ex præcedentibus ea pars auersa respondeat, & attribuenda sit. Quę quidem notæ numerales si plures erūt,

totidem etiam capitibus hoc ſymbolum cui inſcriptæ erũt ſubijci credas. Exemplum tibi ſit nummus tertius in prima tabula ſecundi capitis nummorũ Iulij Cęſaris, qui habet Æneam Anchiſen patrem humeris,& Palladium dextra geſtanté cum litteris Græcis,cui inſcriptum eſt Æ.24. Hunc igitur nummũ ſcias æreum eſſe,& caput habere,quod in ſecunda tabula primi Capitis nummorum Cæſarianorũ vigeſimum quartũ in ordine inuenies. Item nummus octauus in eodem ſecundo Capite,qui habet Cæſarẽ ante Martis aram ſedentem,cui inſcriptum eſt AV.44.& AR.48. Hunc ſcias tam auro q̃ argento procuſum,& duobus ſubijci capitib.,ſcilicet quadrageſimo quarto & quadrageſimo octauo,q ſunt in quarta tabula primi illius Capitis. Quod ni à nobis ita factum fuiſſet,prę̨miſſis ſemel & in vnũ Caput ſeorſim coniectis quotquot in nummis occurrebant capitibus, quæcunq; vel in aliquo à ſe inuicẽ differebant, ſingulis nummis ſua fuiſſent iungenda capita ſiue vultus: nec ſine maximo temporis diſpendio nulloq; cũ fructu,& ſummo cum faſtidio,idem caput ſæpiùs repræſentandum: quando ſæpè,imò vt plurimùm vni capiti x.& plura ſubinde diuerſa ſubijciuntur ſymbola:& viciſſim vnũ idemq; ſymbolum poſt plura nonnunq̃ ſpectatur capita: vti paſſim hoc ipſo in libro videre eſt. Sicubi autẽ in his partium auerſarum tabulis ſub notis metallicis iam dictis,non quidem notas arithmeticas,ſed litterã aliquam A.B.C.aut ſimilem conſpicies,tum quidem nummus ſubiectus nõ ad aliquod capitum præcedentium referendus erit,ſed ad vnũ è ſymbolis in eadem tabula contentis eadem littera notatũ,ſiue proximo illud loco ſitũ erit,ſiue remotiori: ita vt duæ illæ partes coniunctæ,vnum numiſma conſtituant. Et vbi plures iſtiuſmodi litteras ſuperſcriptas videbis,intellige partẽ illam ad plura ſymbola ſimilibus litteris notata referri debere,quę ſingula ad illam partẽ relata tibi numiſma efficient. Exempli loco fuerit,primus nummus in ſecunda illa numiſmatum Cęſarianorũ tabula,cui A ſupraſcriptũ eſt,in quo eſt Æneas patrem geſtans,quę altera pars eſt nummi proximè ſequentis ſimili littera A notati,qui tibi Veneris caput exhibet. Item quintus nummus in eadem tabula,in quo ſunt tres illæ figuræ,ſignatus B.qui eſt pars altera illius,quæ ſeptima eſt in eadem tabula ſignata B D in qua ſpectatur ſimiliter caput Veneris cum litteris L. B V C A. Cui eidem capiti ſubijcitur & aliud ſymbolum in eadem tabula xj.loco repręſentatum,in quo eſt elephas,& litteræ D I C T. Q V A R T. cui littera D eſt inſcripta,vti & huic capiti Veneris. Porrò ſi quibus in nummis characteres ipſos inſcriptionũ non omnino expreſſos aut perſcriptos,ſed veſtigia tantùm litterarũ minutiſſimis punctis leuiter annotata animaduertes,intellige archetypum ipſum ex quo nummus ille primùm deſcriptus eſt,vetuſtate ipſa,temporisq; aut alia aliqua iniuria vel intertrimento ita labefactatum fuiſſe vel eroſum,aut ærugine alijsve ſordibus tenaciùs inhærentibus obductum,vt litteras caducas fugientes aut latentes legere vel impoſſibile vel difficile admodum fuerit. Quod ipſum ſic in exemplarib. iſtis numiſmatũ exactè reddere fidei meæ eſſe credidi,potius q̃ ex coniectura etiam probabili & veriſimili id quod defeciſſe effluxiſſeq; videretur ſubſtituere. Huius rei tibi exemplum erit, nummus ille Græcus qui Cap.IIII.locum.iij.obtinet,cui ſic inſcriptum eſt: ΠΟΥΒΛΙΟΣ ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ, additis tantùm veſtigijs dictionis illius ΡΟΥΦΟΣ,quæ in archetypò apparebant,& ita perſcriptum fuiſſe probabile eſt: Sulpicios enim Rufos fuiſſe cognominatos nouimus. Quæ ratio cùm alijs in locis,tum & nummo.xj.Capitis quinti à nobis obſeruata eſt,vti & in omnibus qui in poſterũ à nobis edentur libris obſeruabitur. Ita vt rationem inſtituti mei planè ac dilucidè iam tibi cõſtare putem,ſi tamẽ & hoc te priùs monuero,in Capite.VIIII.numiſmatũ M.Antonij, omnes illas partes ſiue Legionũ ſigna,quę ſunt in prima & ſecunda tabula,& itẽ parte tertiæ illius Capitis vſq; ad Legionem Trigeſimam,referri debere ad Triremim illam quæ eſt ſecundo loco in illo ipſo Capite,quo loco Legionis Secundę ſigna à nobis conſultò prętermiſſa ſunt,vt locũ huic Triremi, ad quam omnes illæ partes referri debent,daremus. Et ne quid eorũ quæ vel ad ipſorum numiſmatũ intelligẽtiam aliquid conferre poſſunt,vel ad hiſtoriam Cęſaris quoquo modo pertinẽt,meritò à nobis deſideres,benigne Lector,ſimul & quò temporis ratio tibi exactiùs cõſtaret,operęprecium me facturũ credidi,ſi ea,quę ſeries eorum quę hoc opere cõtinentur ipſo libri initio præfixa tibi indicat, ſubiungerem: & inter cetera tabulam genealogicam gentis Iulię,eamq; Faſtorũ Cõſularium partem quæ ad tempora Cæſaris noſtri maximè pertinet. Vale Lector, & faue.



C. IVLII CAESARIS
NVMISMATA.



C. Iulius Cæſar Imperator.



C. Iulius Cæsar Imp. Pontifex Maximus, Consul iterum & tertiùm, Dictator primùm & iterum.




C. Cæsar Augur Pont. Max. Imp. quartûm, quintûm & sextûm.
Cos. tert. quart. & quintûm. Dict. tert. quart. & perpetuô.
PARENS PATRIAE.



C. Cæsar Dictator perpetuò. Post mortem in Deos relatus,
DIVVS IVLIVS.




Diuus Iulius. Et Imp. Cæſar Diui F.





Origo prosapiæ Iulij Cæsaris à Venere per AEneam.
Ratio nominis CAESARVM, ab Elephanto occiso,
qui Punica lingua CAESAR dicitur.



Statuæ & ſimulachra Veneris Genetricis,
Victricis, & Felicis.



C. Iulij Cæsaris Victoriæ ac Trophæa de Gallis, de Germanis, alijsque gentibus.




C. Iulij Cæsaris Res gestæ in AEgypto bello Alexandrino, & alibi.



C. Iulij Cæsaris Victoriæ, Triumphi, & Ouatio.



Coloniæ ſub Iulio Cæſare deductæ.
Agri Veteranis aſsignati.



Triumuiri & Quatuoruiri Monetales sub Iulio Cæsare, Auro, Argento, Ære, flando, feriundo.



M. Antonij, Lepidi, aliorumque, sub Iulio Cæsare Magistratus, Dignitates, & Officia.



Varia Religionis Sacerdotiorumque insignia, atque instrumenta sacra.





Tripodes, Sellæ, aliaque tam sacrorum quàm ciuilium Magistratuum, Dignitatumque insignia.



C. Iulij Cæſaris Diuinitas, Templa, Aræ, & Statuæ ſacræ.

C





BRVTI ET CASSII ALIORVMQ. C. IVLII CAESARIS
PERCVSSORVM ET CONIVRATORVM
NVMISMATA.



C. Iulio Cæsare à Bruto & Cassio cum coniuratis interfecto
LIBERTAS REIPVBLICAE RESTITVTA.



Bellum ciuile Mutinense inter D. Albinum Brutum
& M. Antonium.



Bellum ciuile Philippense contra Brutum & Cassium
cæterosque Cæsaris percussores & coniuratos.


M. AEMILII LEPIDI NVMISMATA.




M. Lepidus Imperator Pontifex Maximus
Triumuir Reipublicæ constituendæ.



M. Lepidus Imp. iterum Pontifex Maximus
Triumuir R. P. C. primùm & iterum.







M. Lepidi AEdilitas, operaque publica in ipsius AEdilitate refecta.
Eiusdem sub Iulio Cæsare Præfectura vrbis.



M. Lepidi cum M. Antonio & C. Cæsare in Repub. constituenda, vlciscendaque Iulij Cæsaris morte, concordia.



Triumuiratus R. P. C. inter Lepidum, Antonium & Cæſarem
iteratò initus.
Lepidus Pontifex Maximus, Antonius Augur, Cæſar Pontifex
cum ſignis inſtrumentisq́ue pontificalibus auguralibusq́ue.



M. Lepidi Res gestæ, Victoriæ, & Triumphi ex Hispania, statuæque equestres.



Alexandriæ & Prouinciarum Africæ, quæ diuiſo in Triumuiratu Imperio, Lepido obtigerat, adminiſtratio.



Tripodes, Sellæ, aliaq; magistratuum, honorum, & Sacerdotiorum insignia. Lepidi habitu Pontificali, Vestæ, aliorumq; Deorum statuæ & simulachra.



M. ANTONII
NVMISMATA.



M. Antonius Imperator, qui & Imperator Reipublicæ conſtituendæ appellatus eſt.



M. Antonius Imperator iterum & tertiùm
Triumuir R. P. C.



M. Antonius Imperator, Augur,
Triumuir R. P. C.



M. Antonius Augur, Imp. tertiûm, Consul designatus iterum & tertiûm, IIIvir R. P. C. cum Cleopatra Regina coniuge.



M. Antonius Augur, Imp. quartûm, Cos. deſign. tertiûm, IIIvir iterum R. P. C.





M. Antonij cum M. Lepido & C. Cæſare in Republica conſtituenda, vindicandaq; Iulij Cæſaris morte, concordia.



M. Antonij, Lepidi, & Cæſaris Triumuiratus Reipublicæ conſtituendæ. Antonius Augur, Lepidus Pontifex Maximus, Cæſar Pontifex, cum ſignis inſtrumentiſq; auguralibus pontificalibuſq;.



Triumuiratus R. P. C. inter Antonium, Lepidum, & Cæſarem, iteratò initus.
Tripodes, ſellæ, aliaque honorum & Sacerdotiorum inſignia.



Solis, Iouisque Ammonis seu Lyb[illegible] capita,
Antonijque habitu augurali statua.




L. Antonij fratris M. Antonij, aliorumque magistratus & officia.




M. Antonij in Asia aduersus Parthos & Armenios res gestæ, Victoriæ, & Trophæa. Ventidijque, qui ab Antonio in Parthos missus fuerat, Triumphus Parthicus.




Legiónum Romanarum, Cohortiumque Prætoriarum & Speculatorum
Aquilæ & signa militaria.
Exercituumque & Prætorianorum
fides & concordia.




Duodecim primarum Legionum Ro. è triginta
Aquilæ & ſigna militaria.



Reliquarum . XII . Legionum à duodecima ad quartam & vicesimam Aquilæ & signa militaria.



Reliquarum Legionum ad tricesimam vsque
Aquilæ & signa militaria.




Legionum Antiquarum, item Classicæ, Lybicæ, & Hispanicæ, Aquilæ & signa militaria.




M. Antonij in AEgypto res gestæ.
Eiusdem cum Cleopatra
Regina coniugium.



Numiſmata in honorem M. Antonij à Cæſarienſibus & Luguduni percuſſa.





NOBILI ATQVE ERVDITO MARCO LAVRINO, DOMINO DE VVATERVLIET, PATRONO SVO, HVBERTVS GOLTZIVS HERBIPOLITA, S. D.

RHETORICA

QVANQVAM abſoluto primo hoc Imperatoriorum numiſmatum libro, Laurine ornatiſſime, vel ardentiſſimo deſiderio tuo, quo nihil tibi hactenus fuit optatius, quàm vel tandem exire aliquid operis haud infeliciter tuo potiſſimùm hortatu, tuiſque auſpicijs inſtituti, magna ex parte à me ſatiſfactum facilè mihi perſuaſerim: ſimul etiam non immeritò videri poſſim auſpicatiſſimis hiſce laborũ meorum primitijs, datam fidem, conceptamque de me opinionem aliquatenus impleſſe: mihíq; deinceps vix dubitem polliceri, opus non infauſtis auibus cœptum, ſecundioribus indies adiutum ſucceſſibus, (modò ſupremi numinis aſpiret clementia) aliquando ad optatum finem perductum iri: neutiquam tamen me aut iſti in te animo ſatiſfeciſſe, aut omnino grati hominis officio perfunctum eſſe, apud me ſtatuere potui, niſi præterea gratiam omnem & honorem, qui abs rei antiquariæ ſtudioſis (quibus hîc, vti ſpero, non infructuoſè deſudatum erit) mihi quoquo modo affluere poſſet, in te nomenq́; tuum, quà eius fieri poterit, vel lubentiſſimè patiar deriuari. Quod haud obſcurè profectò fiet, ſi omnes intelligant, te quidem primum & præcipuum opificem, & tanquã patronum ſiue nauclerum huius operis ducendi, me verò tanquam inſtrumentum quoddam, aut certè remigem, cuius opera tantùm, ſiue adminiculo, te ad gubernacula ſedente, totiusq́; operis clauum tenente, è medijs infinitarum difficultatum fluctibus & procellis, ad optatum portum appellere cõceſſum ſit. Nam quemadmodum hoc mihi de tua humanitate, tuoque candore facilè auſim polliceri, haud inuitum nobis hoc daturum, te ſine commodo inſtrumento, ea quæ tu iam olim de tali opere cudendo, animo concepta habuiſti, difficulter admodum in effectum deducturum fuiſſe: ita & ego non poſſum non officioſè agnoſcere, me tali deſtitutum patrono, tali duce atque auſpice, nõ dicam optatum euentum, ſed ne felicem quidem tantis meis conatibus atque auſis ſucceſſum, vnquam vel ſperare potuiſſe. Nam vt grauiſſimos, meiſque facultatibus longè impares præteream ſumptus, tot ac tantæ ipſo ſtatim operis initio primiſq́; aggreſſibus vndique ſe obiecêre difficultates, vt non ſine maximo cùm rei, tum nominis diſpendio, contra fidem alio quodam libro ante annos aliquot à me datam, aliquoties coactus fuiſſem vel primis conatibus ſubſiſtere, ipſoque, quod aiunt, portũ naufragium facere: ni tu, tanquam numen aliquod præſens & propicium, animum collabentem, ac tantũm non deiectum, conſilio, hortatu, eruditione, omni denique ope & ſubſidio ſubinde ſubleuaſſes, erexiſſes, fulciſſeſque. Hinc meritò gratiſſimæ acceptiſſimæque mihi fuêre litteræ illæ tuæ, quas tu ante annos quattuor Brugis Antuerpiam peropportunè ad me dediſti: quæ nihildum tale cogitanti, multò minus expectanti, ad promotionem operis à me animo concepti, omne ſtudium omnemque operam tam benignè & liberaliter offerebant: & quò ea mihi paratiora magiſque ad manum eſſent, propoſitis haud pœnitendis conditionibus, Antuerpia Brugas euocabant. Quod quidem conſilium, vtpote inſtituto meo non tam cõmodum, quàm neceſſarium, obuijs, quod aiunt, vlnis amplexus, relicto haud grauatim nobiliſſimo totius inferioris Germaniæ emporio, vbi annos duodecim continuos plus minus vitam haud illiberaliter exegeram, in Flandriam cum vniuerſa ſtatim familia Brugas, inter cætera totius Belgicæ oppida vel olim celeberrimas, ad te commigraui. Eadem ratione factum eſt, vt & mox poſtea haud inuitus, eademque animi

alacri-

alacritate paruerim seriò & accuratè monenti, non esse quòd sperarem me absolutius aliquid in hoc argumento præstiturum, nec proinde solidam aliquam inde laudem consecuturum, ni comparata prius idonea tanto operi materia. Proinde cùm angustis nimium partim inferioris nostræ Germaniæ, partim Belgicæ finibus circumscriberer, longius etiam in exteras prouincias huius rei ergò mihi excurrendum, Germaniam videlicet, Galliam, & Italiam: quæ cùm omnigenis antiquitatis monumentis felicius longè atque vberius, quàm aut nostra hæc Belgica, aut inferior Germania instructæ sint, copiosiorem proculdubiò proposito operi materiam suppeditaturas. Quod cùm mihi facilè persuaderi passus essem, primùm apud te quadrimestri eo amplius spacio, infinitæ cuiusdam multitudinis numismatum antiquorum, tam Græcorum, quàm Romanorum, tam Imperatoriorum, quàm Consularium (quæ tu non minori iudicio, quàm sumptu & labore conquisita, pari studio & religione conseruas) exemplaria, nō solùm te præsente & inspectante, sed & singulos calami ductus, singula lineamenta curiosius obseruante, maxima cum diligentia excepi. Quæ quidem prima numismatum delineatio, tanti mihi ad hanc rem fuit momenti, vt nihil vnquam magis. Nam præterquā quòd hac ratione factum est, vt parata iam non pœnitenda futuro operi materia, minus mihi fuerit temporis ponendum in ijsdem quorum apud te exemplaria descripseram, postea apud alios imitandis: hoc quoque ex illa tam varia & multiplici numismatum apud te delineatione accessit compendij, quòd parta iam non omnino nulla antiquitatis cognitione, facilè mihi deinceps fuerit etiam longissimè à te remoto, non solùm symbola ipsa, rerumque simulachra & argumenta numismatibus expressa, probè & fideliter reddere, sed & fugientes caducasq; tam Græcorum quàm Latinorum nummorum inscriptiones & titulos legendo assequi. Hinc postea etiam in ipsa Italia plures istiusmodi nummi mihi oblati, prius à nullis, vel certè paucissimis lecti, nedum intellecti, & proinde neglecti, à me calamo fideliter & dilucidè descripti & delineati, à clarissimis quibusdam, & primis in hoc studio viris, anteà tantùm non contempti & abiecti, nunc summo in precio habentur & seruantur. Testis mihi huius rei præter cæteros, clarissimus ille Andreas Lauredanus Patricius Venetus, alijq; complures, tum Patauij, tum Romæ, tum Neapoli, tum alijs alibi per Italiam locis. Absoluta iam igitur quadrimestri illa numismatum tuorum delineatione, vel media vrgente hyeme, per niues, & intensissima frigora, te potissimum quanquam currenti calcaria subdente, maxima alacritate animiq; cōtentione, primò vniuersam ferè percurri Germaniam: inde superatis Alpibus, per celeberrima quæque Italiæ loca & oppida, Neapolim vsque profectus sum. Ab hac rursus diuerso per Italiam itinere, per Ligures, per Insubres, in Galliam Transalpinam transiens, per Prouinciam, Galliam Narbonensem, Allobroges, Lugdunensem, AEduos, perque innumera ferè, eademque nobilissima Galliæ loca, perlustratis vbiq; non ociosè, nec oscitanter, quibuscunq; venerandæ antiquitatis vestigijs & monumentis, post octauum decimum quàm iter ingressus eram mensem, Brugas tandem Christo O. M. reduce reuersus sum. Et quemadmodum me nec ipse difficillimi longissimiq; itineris labor & molestia, vnquam à proposito deterrere potuit, quò minus quod in me esset, aliquid ad hoc studij conferrem: ita nec à te vel grauissimis comparcitum est impendijs, quò minus ea quibus ad iter haud illiberaliter & securè conficiendum opus esset, prouidè & liberaliter subministrares. Nam vt de viatico taceam, tuis potissimùm literis, tuaq; opera, apud primos quosque in vniuersa ferè Europa viros, aditus mihi concessus est: quorum sanè beneuolentia atq; humanitate factum est, vt quemadmodum de te liberè ausim profiteri, non temerè alium in hac nostra Europa, vel inter eos qui fortunarum splendore, & facultatum magnitudine te longè superant, reperiri posse, qui ad instaurandam, illustrandam, atque à temporis iniuria vindicatam, in cōmunem Antiquariorum rem & vsum, è profundissimis tenebris in lucem & vitam quodammodo reuocandam hanc rei antiquariæ partem, tantum publicè contulerit operæ, quantum tu hactenus ferè vnus, vt hinc

maximo

maximo tuo merito, vel omnium calculis & ſuffragijs, immortalis tibi, nominiq́ue tuo ab omnibus antiquitatis cultoribus debeatur honos & gratia: Ita & de me citra omnem arrogantiæ vel oſtentationis notam, non iniuria poſſim gloriari, à nemine hactenus in hoc noſtro orbe, tam multa tamq́; varia omnis generis numiſmata, ſiue aurea, ſiue argentea, ſiue ærea, tam Græca, Romana, quàm prouincialia, peregrina, & barbara, inſpecta, attrectata, imò delineata, quàm à me intra paucos hoſce annos factum ſit: quando per eas quas recenſui prouincias, vix vllum fuerit tam inſtructum, tam reconditum, tam deniq; ſecretum ſupellectilis antiquariæ, potiſſimùm autem nummorum antiquorum, ſcrinium aut armarium, quod vel tandem mihi non patuerit, quodq́; à me non fuerit vel curioſiſſimè perluſtratum: vt qui quoſcunq; etiam primarios tam Eccleſiaſticæ, quàm profanæ dignitatis viros, atque adeò ipſam Imp. Maieſtatem, tam propenſos atque inclinatos erga me meumq́; hoc inſtitutum expertus ſim, vt non ſolùm inſpectione numiſmatum ſuorum me dignati ſint, ſed & in communem omnium paſſim antiquariorum vſum, etiam exemplaria ipſorum calamo à me excepta, communicare minimè recuſarint, atq; inter hos nonnulli, qui ſua prius ægrè ab alijs vel inſpici paſſuri fuerant. Ita accidit, vt poſt prædictam decem & octo plus minus menſium, per varias diuerſiſſimasq́; regiones & prouincias peregrinationem, vel plura volumina multis omnigenum numiſmatum milibus referta, domum ad te reportarim. Quæ quidem poſt tam longæ expectationis tædia, obuijs amplexibus à te, fratreq́; tuo Guidone Laurino excepta, vel ipſo primo aſpectu vſqueadeo grata fuêre, vt ſumptus in eam rem ad illum vſque diem impenſos, quamuis ingentes, exiguos tamen aut planè nullos cenſueris, poſtquam accepto tali theſauro, quod omnem facilè æſtimationem ſuperaret, ſpem expectationemq́ue tuam non tam impletam, quàm ſuperatam vidiſti. Nec his contentus, qui eſt animi tui candor & beneficentia, non es arbitratus ſolidum hoc tibi fore gaudium, niſi quicquid id erat, quantum in te eſſet, omnibus ſtatim eiuſdem tecum ſtudij ſectatoribus per me commune faceres. Omnibus igitur quæ tibi tanto operi idonea & neceſſaria viſa ſunt, quamprimùm ſuppeditatis, à me viciſſim indefeſſa diligentia, ſummaq́;, vt ita dicam, laboris improbitate, non tantùm primus hic liber feliciter ad calcem perductus, poſt multam multorum expectationem diu votis expetitus, in lucem tandem prodijt: verùm etiam interea temporis dum hic ſub prælis ſudat, non pœnitendi à me progreſſus facti ſunt & in altero illo (quem meritò primum emitti oportebat) faſtorũ Conſularium libro: quem à te tam è faſtis Capitolinis, quàm nummis Conſularibus, mira quadam ordinis congruitate atque elegantia concinnatos atque digeſtos, plures iam menſes præ manibus habeo, ita vt vel intra annum, modò cœptis D.O.M. aſpiret, facilè promulgandos ſperem: opus, ni me fallit coniectura, omnibus quidem ſtudioſis longè gratiſſimũ, ijs autem qui vetuſtioris hiſtoriæ cognitionem cum numiſmatum ſtudio coniungere volent, pluſquam neceſſarium. Cui quidem poſtquam ſupremam manum impoſuero, ad Auguſtum ſtatim, reliquosq́ue deinceps ad Domitianum vſque Cæſares, redire decretum eſt: qui & ipſi cùm iam pridem in ſuum redacti ſint ordinem, opinione forſan citius in publicum prodibunt. Interea quod à te in Conſularibus Imperatorijsq́ue Ro. numiſmatibus ad Iuſtinianum ferè vſq; iam præſtitum eſt, poteris & in doctiſſimis illis argutiſſimiſq́ue Græcanicarum prouinciarum & ciuitatum nummis quàm commodiſſimum & maximè appoſitum ordinem diſpicere, quem & in his exprimendis ſequamur. Quorum quidem publicationem, tum propter raritatem ipſam, tum propter argumenti atque artificij varietatem atque elegantiam, (quibus Ro. illa numiſmata, vt multum ab his differunt, ita & omnium ferè iudicio longè ſuperantur) cùm ſciam auidiſſimè à non paucis paſſim deſiderari, non ingratum fore putaui, ſi eam. xij. primis Cæſaribus ſubiecero, aut prius forſan, poſt Auguſtum videlicet, aut Neronem certè, emiſero. Quibus omnibus ſuo quæq; tempore & ordine, modò vitam tandiu proroget qui ſolus vitæ auctor & fons eſt, ſub aſpectum publicũ deducendis, eris mihi magni cuiuſdam numinis loco:

K neque

neque cōmittes, vti ſpero, vt poſt tam ſplendida & magnifica promiſſa, opera illa tua & ſtudio, quæ mihi primo hoc volumine tam benignè præſtitiſti, deſtituto, meritò obijci poſſit illud: *Quid dignum tanto tulit hic promiſſor hiatu?* Aut illud, ſi mauis: *Parturiūt montes. &c.* Ego viciſſim, cùm non ignorem quàm parum, aut potius nihil ſine te poſſim, ſubtractaq́; ope tua, quàm mihi non ſemel ab incœpto reſiliendum fuiſſet, foretq́ue deinceps: profiteor ſanè haud inuitus, me in his omnibus vix minimum aliquid meum agnoſcere, cunctaq́; tibi vni facilè accepta ferens, omni & gratia & honore, quæ quoquo modo huic operi deberi poſſe videbitur, tibi animo perquàm lubenti cedo. Certus interea te nihil tale expetentem, nedum expectantem, præter publicum antiquitatis ſtudioſorum cōmodum & vtilitatem, aliud nihil hac in re tibi propoſuiſſe, neutiquam in hoc à maioribus gentilibusq́; tuis degenerans. Nam vt cæteros prætercam, quid M. Laurino patruo tuo, Collegij Diui Donatiani Brugis quondam Decano, ſuauius, benignius, aut hoſpitalius reperiri poterat? qui dum in viuis ageret, ipſe haud vulgariter eruditus, eruditorum omnium feliciumq́; ingeniorum admirator atque obſeruator eximius, eorundem apud ſuos fautor & Mecœnas vnicus penè extitit: quod & plurimi, nō parui in re literaria nominis viri, ſcriptis ſuis poſteritati teſtatiſſimū reliquêre. Quid iterum Hieronymo Ruffaldo auunculo tuo, S. Vedaſti etiamnum apud Atrebates Abbate, candidius atq; humanius? quem præter ſpectabilem, nulliq́ue non compertam in egenos & Chriſti membra pietatem, ſingularis quoque in viros doctos ac ſtudioſos affectus & ſtudium, ac denique propenſa in quoduis hominum genus liberalitas, meritò ſummis & imis gratum & charum reddidit. Quid denique, ne omnes recenſeam, Maximiliano à Bergis conſanguineo tuo amitino, Epiſcopo Cameracenſi illuſtriſſimo, generoſius, beneficentius, aut in eos quos præter vitæ morumq́; probitatem & pietatem, etiam doctrina commendat, propenſius? Qui cùm inter cæteros iſtius prouinciæ Proceres vel primum pro ſua dignitate in Curia locum facilè obtinere poſſit, neglecto tamen ſplendore aulico, probi paſtoris officio perfungi præoptans, cuſtos gregis ſibi cōmiſſi vigilantiſſimus, ne latum quidem, quod aiunt, vnguem, ab ouilis ſui conſpectu, niſi quantum res & vſus exigit, diſcedere curat. Vnde etiam ſpes eſt nomen iſtorū pro ſuis in rem literariam meritis, ſimul etiam Laurinæ gentis memoriam, plurimis doctiſſimorum huiuſce tempeſtatis hominum monumentis celebratam, apud poſteros pluribus etiam ſæculis ſuperfutura. Quod & ego, Mecœnas optime, pro maximis tuis in me beneficijs, & tibi per me repoſitum velim, ſi quàm id tu de me, deq́ue omnibus in vniuerſum rei antiquariæ ſtudioſis longè optimè meritus es, tam id mihi in manu eſſet. Verùm quando ne minimas quidem vices, quas pro tua in me beneuolentia mereris multò maximas, remetiri valeo, illud ſaltem me conſecuturum ſpero, ne apud eos, quibus tuus ille animus, tuumq́ue in me ſtudium perſpecta atque explorata ſunt, ingratitudinis aut ambitionis notam incurram. Interim hoc à te petens, vt hoc meum quale quale non vſquequaq; inofficioſum epiſtolium, animi in te mei minimè ingrati pignoris loco apud te eſſe patiaris, donec, ſi non parem meritis tuis, pleniorem certè, & exactiorem, pro maximis plurimiſq́ue tuis in me beneficijs, gratiam referendi vberior & commodior ſeſe offeret occaſio. Pariter & illud poſtulans, vt quando animū iſtum tuum tam generoſum, planè cognoui ſtrennuum omnis laudis & gloriæ contemptorem, ſaltem in mei apud maleuolos purgationem, nominiſq́ue conſeruationem, epiſtolium hoc calci iſtius libri affigi æquo animo concedas. Quod ſupereſt, quemadmodum & me, & mea omnia tuæ illi mihi probè perſpectæ humanitati cupiam eſſe quàm commendatiſſima, ita viciſſim eadem arbitrio tuo, tuiſq́; imperatis iam olim eſſe addictiſſima expoſitiſſimaq́; omnino tibi perſuadeas velim. Vale Patrone vnicè obſeruande, idemq́ue omnis antiquitatis cenſor atque aſſertor præſtantiſſime.

Brugis Idibus Ianuar. M. D. LXII.

AVCTOR LECTORI.

POETAE, vt ſcribit Lyricus, aut prodeſſe volunt, aut delectare: ſed ego eos imprimis laude dignos cenſuerim, qui cum delectatione vſibus humanis quàmplurimum ſimul afferunt vtilitatis & commodi. Quare, benigne Lector, ne tibi inanis atq; ocioſa prorſus foret hæc numiſmatum ſpectatio, quando ita demum eam cum voluptate fructus etiam non minimum allaturam credidi, operæprecium duxi, vitam & ſeriem rerum à Iulio Cæſare geſtarum, è probatiſſimis antiquiſſimisq; quibuſque ſcriptoribus concinnatam, hic ſubtexere. Ita fiet, vt numiſmatibus & hiſtoria inter ſe collatis, dum alterum alteri plurimùm & lucis & intellectus conferet, primùm nummi ipſi fructuoſius à te ſpectentur, quorũ argumenta, alioquin obſcura, ex hiſtoria adiuncta facilius à te intelligentur. Rurſus, hiſtoria maiori cum fide ſimul & voluptate tibi lectitabitur, poſtquam videris antiqua illa numiſmata, non ſine publicæ auctoritatis ſuffragio ſignata, cum hiſtoria ipſa per omnia ferè conuenire, fidemque adeò ipſi hiſtoriæ plurimùm aſtruere. Dumque quod hiſtorica narratio animi ſenſibus factum aut geſtum aliquando proponit, idem elegantiſſimis appoſitiſſimisque argumentis, rerumque ſimulachris & ſymbolis, in ipſis numiſmatibus oculis repræſentatum, coràm tanquam nunc gereretur, tibi ſpectare videberis. Quare ſiquidem in præcedenti numiſmatum delineatione, palato tuo aliquatenus à me ſatiſfactum fuerit, ſpero te, beneuole Lector, nec hunc hiſtoriæ contextum ſtomacho faſtidienti excepturum.

Sis felix.

A

C. IVLII CAESARIS

VITA ET RES GESTAE.

PER HVBERTVM GOLTZIVM HERBIPOLITAM VENLONIANVM.

IVLIAM gentem per AEneam Veneris & Anchisæ filium, cuius in parentem Deosque Penates nota GENS IVLIA.
est pietas, à Dijs ipsis, Ioue nimirum & Venere, ori-
ginem ducere, & ipse Cæsar aliquando gloriatus
est, & ab historicorum vetustissimis literis prodi-
B tum: auctore gentis totius Iulo, AEneæ & Creusæ
filio, vt quibusdam grauissimis scriptoribus visum
est, qui eundem & Ascanium fuisse credidêre. Alijs
non leuioribus auctoribus, Iulum AEneæ ex Ascanio nepotem fuisse pla-
cuit. Hoc inter omnes conuenit, Latij regno penes Lauiniæ filium relicto,
Sacerdotium amplissimum, Sacrorum cæremoniarumq; curam & admi-
nistrationem, apud Iuli sobolem permansisse, à quo sunt Iulij. Hæc gens
postea, Alba (quæ relicto Lauinio Regni Latini tunc sedes erat) diruta, à
Tullo Hostilio cum alijs plerisque clarissimis Latij familijs Romam tradu-
cta, Patribusq; inserta, serius ad magistratus, illustrioresq; dignitates eue-
C cta, diu tantùm non priuata honestaq; vita contenta remansit, inter ma-
iorum gentium Patritios tantùm non postremis annumerata. Sub annum
demum ab Vrbe condita ducentesimum sexagesimum quartum, Consu-
latum, Decemuiratum, aliosq; dehinc omnis generis honores & magistra-
tus nacta est: ita tamen vt intra mediocritatem & opum & rerum gesta-
rum, diu consisterent. Tandem C. Iulius Cæsar, qui patriam antea ab exa-
ctis Regibus ad sua ferè tempora liberam, primus subegit, occupato vi & ar-
mis principatu, Regnum genti suæ, si nomine minus, re ipsa certè quodám
modo restituisse visus est. Fuit in gente Iulia & Cæsarum familia, quo
cognomine primùm vsum tradunt Sex. Iulium Cæsarem, qui anno bel- CAESARES.
D li Punici secundi vndecimo, M. Claudio Marcello T. Quinctio Crispino
Coss. Siciliam Prouinciam Prætor obtinuit, ab hoc in vniuersam familiam
cognomen defluxisse. Cognominis rationem alij aliam tradunt: quidam,
quòd qui primus Iuliorum sic dictus est, cæso matris vtero natus sit: alij,
ab elephanto occiso, qui lingua Punica Cæsar dicitur. Quorum sententia
vt probabilior videri possit, facit, quòd matris vtero cæsos proprio & Ro-
mano vocabulo Cæsones dici certum sit: tum quòd ipsa terminatio dicti-
onis Cæsar, Romanis auribus insolita, Punicum nescio quid sonet, vt A-
milcar, & similia nomina. Certè inter Cæsaris nummos non pauci spe-
ctantur cum nota elephanti: inter ceteros vnus, Punicis litteris circa ele-

phantũ inſcriptus: vt meritò videri poſſit Cæſar, ea ratione ſuæ familiæ co- A
gnominis originem publicare voluiſſe, præſertim nullo alio euidente ali-
cuius rei geſtæ argumento, quare elephantum in nummis ſuis ſignarit.

C. IVLII CAESARIS ORTVS ET NATIVITAS.

Ex hac gente & familia genus trahens C. Iulius Cæſar, Romæ natus eſt, C. Mario. VI. L. Valerio Flacco Coſs. patre C. Iulio Cæſare viro Prætorio: auum habuit item C. Cæſarem, nullo magiſtratu geſto inſigné: proauum verò Sex. Iulium Cæſarem Conſularé, eius Sexti qui primus Cæſar dictus eſt, filium: matrem autem Aureliam C. Aurelij Cottæ filiam, apud quam puer educatus eſt. Ceterùm mortuo Piſis, dum manè calcearetur, patre,

CAESAR FLAMEN DIALIS.

Flamen Dialis annum agens .XVI. factus, ob vxorem Corneliam Cinnæ IIII. Coſs. filiam, ad arbitrium Sullæ non dimiſſam, & ob Marij per Iuliam B amitam affinitaté eidem Sullæ Dictatori ſuſpectus & inuiſus, Sacerdotio & gentilitijs hæreditatibus ab eo priuatus eſt. Cumq́; latè vagante Sullæ potentia & crudelitate, Cæſar mutatis per ſingulas ferè noctes latibulis, quanq̃ quartana interim febri vexatus, nũc prece, nunc precio, furori eius ſe ſubtrahere cogeretur: tandem Mamerci Æmilij, & Aurelij Cottæ, virorum clariſſimorum affinium ſuorum, Sullæ verò amiciſſimorum, ſimul etiam virginum Veſtalium aſſiduis validiſſimisq́; precibus, à Sulla tantùm nõ coacto cõdonatus eſt, hoc addito, Cæſari multos ineſſe Marios, eumq́; pro quo tam pertinaciter intercederent, optimatum partibus exitio quandoque futurum.

CAESARIS PRIMA MILITIA.

Exinde omnes militiæ numeros ſub M. Thermo in C Bythinia, ſub P. Seruilio Iſaurico in Cilicia ſtrenuè impleuit. Mortuo deinde Sulla mox Romam redijt: ibi quaſi vitandi ocij cauſa, Cn. Cornelium Dolabellam virum Conſularem & Triumphalem repetundarũ, non ſine laude eloquẽtię, accuſauit, ita tamen vt eo abſoluto, nõ minus inuidię ſibi conflaret: cui vt ſe ſubduceret, Rhodum, tanq̃ litteris & Moloni Rhetori operam daturus, ſeceſſit. Quò dum hyberno tempore nauigare feſtinat, captus à Cilicibus piratis circa Pharmacuſam Inſulam, poſtq̃ dies quadraginta & amplius in eorũ poteſtate cum vno atque altero comite permanſiſſet, allata à ſeruis amicisq́;, quos in id dimiſerat, pecunia, quinquaginta talentorum ſumma ſe redemit. Liberatus, ſtatim magno ſtudio nauibus D in portu Mileſiorum inſtructis, deductisque, prædones perſecutus, in poteſtatem redactos, iugulari, crucibusque affigi iuſſit. Quod dum apud eos maneret, quaſi per ludum iocumq́; facturũ ſe non ſemel minatus fuerat. Infeſtabat per id temporis proximam cõtinentem Aſiam crebris populationibus Mithridates, quare ne per ocium Rempub. ſociorumq́; diſcrimé ſolus negligere videretur, in Aſiam tranſgreſſus contractis ſubitò auxilijs, pulſoque Regis Præfecto, Prouinciam metu & periculo liberauit.

CAESAR TRIBVNVS MILITVM.

Romam deinde reuerſo, primus honor populi ſuffragio Tribunatus militũ obtigit: in quo Tribunitiam poteſtatem, cui Sulla multũ detraxerat, ſummo

A mo studio restituere contendit, eiusq; restituendæ auctores omni ope iuuit. Hinc Tuberoni Prætori Quæstor datus, in Hispaniam profectus est. Sed inde missione ante tempus à Senatu petita, tanquam parum idoneam extendendæ famæ materiam nactus, cupiens vberiore rerum gerendarum occasione inclarescere, Romam rediit: vbi visus sibi per somnium cum matre concumbere, in amplissimam spem erectus est, tanquam sibi hoc visum orbis imperium portenderet. Mox multis molestijs suspicione coniurationis Pisonianæ purgata, qua cum primarijs aliquot viris magna quædam moliri, atque ipsius Reipub. statum peruertere voluisse visus erat, Ædilis cum M. Bibulo creatus est. Quo magistratu non B tam communibus collegæ & suis, quàm proprijs impensis magnificentissimè profusissimeque administrato, Vrbe insuper plurimis sumptuosissimisq; ædificijs exornata, populi fauorem sibi mirè conciliauit: ita vt communium etiam impensarum gratiam solus assequeretur. Hinc in spem venit, opera Tribunorum plebis ex Plebiscito, Ægyptum Prouinciam extra ordinem se facilè obtenturũ, quòd Alexandrini Regem suum, socium & amicum populi Rom. expulissent. Sed quò minus eam assequeretur, optimatum factione impeditus est: vnde & in vindictam inuidiamq; Senatus, C. Marij statuas, imagines, & trophæa de Cimbris Teutonibusque, à Sulla paulò antè disiecta, restituit: aliaque quamplurima in odium opti- C matum tentauit. Ægypti obtinendæ spe frustratus, superatis facilè duobus potentissimis competitoribus, Q. Catulo, & Isaurico, qui & ætate & dignitate longè antecellebant, summo populi studio, & suffragiorum consensu, sed non absque profusissima largitione, in locum Metelli Pij defuncti, Pontifex Maximus creatus est. Eodem medio mox Prætor factus, detecta coniuratione Catilinaria, vniuerso Senatu supremum supplicium in coniuratos decernente, ipse solus suadere ausus est, ne capite in eos animaduerteretur, sed vt bonis publicatis municipatim custodiendi traderentur: persuasurus procul dubio, plerisq; iam in suam sententiam pertractis, nisi nutantes iam & inclinatos, acerbissima & vehementissima oratione D confirmasset erexissetq; vir grauissimus M. Cato. Quanquam ne sic quidem de sua contentione quicquam remisit, priusquam ab equitibus, qui ad Senatus præsidium astabant armati, strictis intentisque gladijs peteretur: ita vt eum quidam assidentium obiectu togæ atque amplexu vix periculo eriperent: tum demùm destitit, & curia diu abstinuit. Metello deinde Nepoti Tribuno plebis turbulentissimis legibus collegarum suorum intercessionem, ac Rempublicam perturbanti, non fautorem modò, sed & propugnatorem sese præstitit: tam pertinaciter, vt & ipse & Metellus decreto Senatus magistratu abire iuberentur. Sed non prius ius dicere & magistratum gerere desijt, quàm vi & armis compelleretur: tum demùm

A ij dimis-

QVAESTOR.

AEDILIS.

PONTIFEX MAXIMVS.

PRAETOR.

dimiſſis lictoribus, abiectaq; prætexta prætoria, clàm domum ſe recepit. A Multitudinem autem, quæ biduò pòſt ad eum confluxit, operam ſuam in tuenda dignitate vltrò offerentem, tumultuoſiusq; inſtantem, oratione compoſita ſedauit. Quæ res non minus grata Senatui, quàm inexpectata accidit: quare & per viros clariſſimos actæ ſunt ei gratiæ, & in curiam reuocato, verbisq; ampliſſimis collaudato, magiſtratus reſtitutus eſt. Haud ita multò pòſt grauiori implicitus ſuſpicioni, aliud diſcrimen ſubijt: delatus apud Nouium Nigrum Quæſtorem, & apud Senatum, à L. Vectio & Q. Curio indicibus, tanquam conſcius & particeps coniurationis Catilinariæ: quo multùm permotus Cæſar, nec tantum dedecus ferendum ratus, implorato innocentiæ ſuæ teſte Cicerone, cui tum Conſuli ipſe vltrò B quædam de coniuratione detexerat, repulſis acerrimè accuſatoribus, diſcrimen euaſit: Vectio in carcerem coniecto, atq; adeò ipſo Nouio Quæſtore, quòd maiorem magiſtratum apud ſe accuſari paſſus eſſet: Q. verò Curius præmijs à Senatu decretis, quòd coniuratorum conſilia primus detexiſſet, priuatus eſt. Prætori Hiſpania vlterior ſortitò obuenit: in quam ille properè, non expectato dum Prouinciæ ordinarentur, profectus eſt: Prouinciamq; ad Oceanum vſq;, domitis Calecis, Luſitanis, alijsq; gentibus, pacatam, & populo Ro. fidelem reddidit, primúsq; eam gentem ſubegit, Inſulas etiam nonnullas in Oceano cepit: vnde & Imperatoris titulo, ob rem bene geſtam, honoratur. Rebus itaque feliciter geſtis, compo- C ſitáq; Prouincia, non expectato etiam ſucceſſore, præter morem, pari qua venerat feſtinatione, Prouincia decedit: triumphúmq; petiturus ſimul & conſulatum, Romam reuertitur. Verùm triumphum petitioni conſulatus obſtare intelligens, cùm niſi legibus ſolutus vtrumq; aſſequi poſſet: quò minus aūt legibus ſolueretur, plures obſtarent: triumpho in præſens poſtpoſito, conſulatum ſolùm petere inſtituit, quem non ſine largitione à L. Lucceio competitore cõmuni nomine facta, cum M. Bibulo, multùm inuito ac reluctante Catone & optimatibus, adeptus eſt, opera potiſſimùm & ſtudio tam Pompeij, quàm Craſſi. Hos Cæſar pridem ex conſulatu maxima diſſenſione geſto inter ſe diſſidentes, ſumma contentione primùm D ſibi mutuò reconciliauit: cumq; & opibus & auctoritate ceteros facilè ſuperarent, quò ſibi aduerſus optimatum factionem robur aliquod & præſidium pararet, ſimul etiam & futuræ dominationi, quā iam animo conceperat, quædam quaſi fundamenta iaceret, horum ſibi potentiam quoquo modo iungendam putauit. Cum Craſſo autem illi vel antea ſatis pulchrè conuenerat, eumque prorſus ſuarum partium habuerat, cùm paulò ante Ædilitatem, eiuſdem conſpirationis participes fuiſſe crederentur. Craſſi etiam interuētu & ſponſione, creditorum, qui ſe Prætorem in Hiſpaniam Prouinciam properantem remorabantur, importunitatem à ſeſe reppulit, Pom-

HISPANIA PROVINCIA.

IMPERATOR.

CONSVLATVS CAESARIS.

A Pompeium autem omnibus studijs, omniq; officiorum genere sibi conciliare non cessauit. Cum vtroque denique pactus est, ne quid in Repub. ageretur statueretúrve, quod alicui ex ipsis non probaretur. Hac quasi conspiratione fretus Cæsar, hisce fultus subsidijs, multis contra ius & æquum, contra morem & præter exemplum actis, consulatum suum aduersarijs grauem, & obtrectationibus obnoxium, reliquis verò suspectissimum reddidit. Inter cetera consulatus sui acta, quibus populum sibi deuinxit, optimatum verò ordinem offendit, fuit lex agraria: hanc ille diu multumque repugnante Bibulo collega, summa contentione, nec sine armis, suffragantibus vbique & per omnia, vti conuenerat, Crasso & Pompeio, LEX CAESARIS AGRARIA.

B tandem pertulit. Hac lege diuisi sunt populo omnes agri publici, electis per Cæsarem in id XXviris, qui eam agrorum diuisionem ex lege facerent. Ager etiam Campanus eodem decreto trium liberorum & plurium parentibus, distributus est: Capuaque ipsa Colonia deducta, & Iulia Fœlix appellata. Præter hanc agrariam, & alias quamplures leges tulit, plerasque quidem vt populo non ingratas, ita patribus satis iniquas: quanquam initiò consulatus, vt & optimatum partibus studere velle videretur, professus se nihil promulgaturum, quod non in rem ipsorum foret. Equitibus autem, qui vectigalia omnia populi Rom. redemerant, quò & illum ordinem sibi deuinctum haberet, tertiam partem eius quod ex redemptione AGRI DIVISI. CAPVA COLONIA IVLIA FELIX

C vectigalium debebant, remisit: quod illis sæpè à Senatu flagitantibus, Catone præter alios pertinaciter reluctante, semper negatum fuerat. Omnia denique acta Pompeij, quæ Senatus antea rata habere dubitauit, nemine prorsus repugnante, confirmauit. Ita vt vnus & solus quasi Rempublicam ad nutum potius administrare, quàm boni Consulis officio fungi videretur: adeò vt collegam Bibulum promulgationi legis agrariæ obnunciantem, vi & armis foro pellere veritus non sit: quem ita terruit, vt reliquo consulatus tempore, ad extremum vsque anni diem domi latitans, publico abstineret, nec nisi per edicta partes suas tutaretur, Cæsarisq; actis obnunciaret. M. quoq; Catonem virum grauissimum, & vel præcipuæ pro-

D pter morum seueritatem & constantiam auctoritatis, sibi minus assentientem, per lictorem in carcerem abduci iussit. L. deinde Lucullum & ipsum liberius dissentientem ita minis suis perculit, vt supplex veniam à Cæsare petierit. Ciceroni etiam maximis in Rempublicam meritis clarissimo, & clàm & palàm iniquissimus, Clodium illi inimicissimum fouit & sustinuit, atque à patribus ad plebem traduxit, Tribunatumque ei confecit, vt sic demùm Trib. pleb. factus, perniciem Ciceroni facilius machinaretur. Omnibus deniq; perterritis & consternatis, nemine contrauenire audente, quæuis quibuslibet dilargitus est. Consul etiamnùm Galliam Cisalpinam lege Gabinia cum Illyrico & tribus legionibus à po- GALLIAE ET ILLYRICVM

PROVINCIAE CAESARI DECRETAE.

pulo accepit: Comatam deinde, siue Transalpinam, cum altera legione, A à patribus: metuente nimirum Senatu, ne & hanc se inuito populus daret. Galliam autem prouinciam, tanquam futuro triumpho, cui auidissimè inhiabat, maximè præ ceteris oportunam, sibi potissimùm elegerat. Sed antequam consulatu abiret, & in prouinciam proficisceretur, vt rebus suis vndecunque prospiceret, haberetque per quos absens partes suas tueretur, L. Pisonem sibi in consulatu successurum, ducta in vxorem Calpurnia ipsius filia, socerum sibi deligit. Cn. quoque Pompeium, præter cetera officia, arctiori sibi affinitatis vinculo deuinciendum ratus, Iuliam filiam, quamuis prius Q. Seruilio Cæpioni desponsatam, illi nuptui tradit: atque ex hoc Pompeium deinceps primum sententiam rogare cœpit, cùm B antè Crassum soleret. Pompeius vicissim socero quouis modo gratificari studens, foro armatis militibus completo, vt populares Cæsaris leges confirmarentur, vtque imperium in quinquennium, cum prouincijs Gallia Comata, Cisalpina, Illyrico, & quatuor legionibus, ei decerneretur, vel præcipuus auctor fuit, accedentibus vbique Crasso & Pisone socero.

IMPERIVM QVINQVENNALE CAESARI DECRETVM.

Ceterùm consulatu iam defunctus Cæsar, cognitione de actis suis, quæ à L. Domitio & C. Memmio Prætoribus in disquisitionem vocabantur, Senatui delata, festinabundus in prouinciam proficiscitur: obtento prius, vt dum ipse Reipub. causa abesset, reus ne fieret: iam enim L. Antistius Trib. pleb. eum postularat. Hinc metuens ne sibi absenti negocium fa- C cesseretur, néve quippiam aduersum se à Senatu decerneretur, nihil magis studuit, quàm annuos magistratus quoquo modo sibi obnoxios reddere. Quinimò è competitoribus & candidatis nullos suo suorumq; suffragio iuuit, cum quibus prius non pepigisset, dignitatem suam absente se defensuros. His fultus subsidijs, quò vires suas etiam aliunde augeret, præter eas quas à Senatu populoque acceperat, nouas statim pro arbitrio conscripsit legiones, quasdam publico, alias verò priuato sumptu. Inter ceteras vnam ex Transalpinis, quam vocabulo quoque illarum gentium, Alaudam appellauit, instructam tamen & eruditam disciplina cultuque Romano, quam & ciuitate postea donauit. Hæc & prima, & non obscu- D ra, quasi regnum affectantis animi, dedit indicia. Ceterùm cùm primo in prouinciam ingressu omnia pacata inuenisset, metuens ne in pace degenti, rerum gerendarum, & triumphi tam impotenter desiderati, occasio materiaque deesset, omnem prorsus occasionem belli, etiam iniusti & periculosi, captabat, omnibus sine discrimine insultans, propriaq; auctoritate suisq; auspicijs, non expectato Senatus decreto, bella vel contra fœderatos suscipiens. Vtebatur autem tum in itineribus conficiendis, tum reliquis, celeritate quadam admirabili: ita vt octauo postquam Roma discessisset die, ad Rhodanum vsque peruenerit. Primum autem

bellum

BELLVM HELVETICVM.

A bellum Cæsari cum Heluetijs Tigurinisque fuit. Hi hominum multitudini non sufficiente solo patrio, incensis oppidis, vicis, ædificijsq; proprijs, suasore primùm & duce Orgetorige, inter Heluetios facilè nobiliss. locupletissimoque, domo profecti, vberius solum quærere, sedesque suas aliò transferre instituerant. Adiunctis itaque sibi gentibus finitimis, Boijs scilicet, Rauracis, Tulingis, & Latobrigis, primùm Rhodano traiecto, per Allobroges, qui in fide populi Ro. erant, pars prouinciæ Galliæ, iter facere constituunt: transitu quidem prius à Cæsare petito, sed vt non statim negato, ita nec obtento. Cæsar enim cùm parùm tutum, ac præter dignitatem populi Ro. iudicaret, pati tantam hominum multitudinem per pro-
B uinciam suam iter facere, nihil prius habuit, quàm pontem Rhodani rescindere, cæteraq; quæ transitum impedire quoquo modo possent, anteq̃ Heluetijs postulata negaret, quàmprimum expedita & parata habere, deliberare se interea simulans. Post paucos igitur dies Heluetiorum legatos ad se redire iubet, ductaq; interim ijs locis quæ transitui videbantur maximè oportuna, fossa, muroq; .XVI. pedum, à lacu Lemano ad Iuram montem vsque (qui Sequanos ab Heluetijs diuidit) exstructo, præsidia disponit, castella communit. His constitutis, Heluetij responso à Cæsare longè alio quam expectarant accepto, omnibus quæ Rhodano transeundo necessaria erant, comparatis, instituto per Allobroges pergunt itinere. Cete-
C rùm cùm hîc vel in primo conatu à Romanis repellerentur, transitumq; vel difficilem, vel omnino interclusum conspicerent, iter in Sequanos, Heduosque conuertunt. Quod vbi Cæsari nunciatum, T. Labieno munitioni præposito, magnis itineribus in Italiam profectus, duas ibi de nouo legiones conscribit, tres item circum Aquileiam ex hybernis deducit, & quàm breuissimo per Alpes itinere, cum quinque his legionibus in vlteriorem Galliam contendit, pulsis ex itinere pluribus prælijs Alpestribus aliquot gentibus, quæ è locis superioribus Romanos transitu prohibere conabantur, Centronibus scilicet, Carocelis, & Caturigibus. Interea Heluetij, concesso sibi à Sequanis (intercedente Dumnorige Heduo, qui Or-
D getorigis Heluetij filiam in vxorem duxerat, & gratia apud Sequanos plurimùm valebat) vt per fines eorum exercitum ducerent, iam angustias & fines Sequanorum transierant, Heduisq; appropinquabant. Sed cùm populabundi contra quàm conuenerat, fines & agros eorum transirent, Hedui Legatis ad Cæsarem missis, auxilium aduersos Heluetios petunt. Cæsar æquissimum ratus amicis populi Rom. subuenire, veritus etiam ne si & hi conspiratione facta, Heluetijs se iunxissent, bellum sibi aduersus omnes grauius suscipiendum foret, facilè petentibus auxilium concessit: Heluetiosq; in transitu Araris (quod Sequanorum flumen est) impeditos inopinatosq; aggressus, tertia copiarum parte, quæ nondum flumen transierat,

ierat,cæsa profligataque, ponte opere subitaneo in Arari excitato,exercituque traducto,reliquos qui iam traiecerant, repentino suo aduentu ita terruit, vt vltrò sedes, in quas se reciperent,à Cæsare peterent. Quas cùm nisi datis obsidibus se daturum negaret, illi indignati tali responso, cum Cæsare manus conserere ausi, cùm secundioribus aliquot prælijs animis efferrentur,tandem fugientes Cæsar ad carros & impedimenta vsque persequutus, difficili & laborioso prælio superat, impedimentisque & castris ipsorum potitur. Heluetij ea clade accepta, pars conditionibus sibi à Cæsare præscriptis, in suas sedes domosq; paulò antè à se vastatas atq; incensas, reuersi sunt. Alij Rhenum versus, vnde antiquitus egressi creduntur, proficiscentes, ab amicis socijsq; populi Ro. per quos iter habebant, partim capti, atque ad Cæsarem perducti, partim in itinere interfecti sunt. Numerus autem tam Heluetiorum, quàm aliarum gentium, qui domo profecti,huic bello interfuêre,fertur fuisse.CCCLXVIII. milium: eorũ verò qui prælio superfuerant, domum à Cæsare redire iussi, C.&.X. milia. Hoc itaque victoriarum principio, ac velut instrumento, in speciem quidem tanquam socijs & amicis populi Ro. Heduis petentibus gratificaturus, reuera autem gloriæ propriæ augendæ, rerumque gerendarum cupidine ductus Cæsar, bellum in Germanos parat. Cuius quidem occasio altius repetenda.

BELLVM GERMANICVM.

Sequani &Aruerni dum simul de Galliæ potentatu cum Heduis pluribus annis certant, Germanorum auxilia mercede conducta ad se accersiuerant. Hi Rheno transito,homines natura feri,vbertate Gallici soli,& cultu delicijsque Gallicis illecti, cùm pauciores primùm,forsan XV.milia transissent, Iulio Cæsare Galliam prouinciam obtinente, facilè ad centum &.XX.milia transierant, Heduos,eorumque clientes continuo bello vnà cum Sequanis,à quibus patrijs sedibus euocati fuerant,incessentes.Hinc Hedui pluribus ab eis prelijs superati,magna calamitate accepta, Sequanis nobilissimos quosque suæ gentis obsides dare cogebantur,quos Ariouistus Germanorum per id tempus Rex, prælio ad Amagetobriam superatis superbè & crudeliter imperabat, barbarè in eosdem sæuiens, si quid præter eius sententiam ab Heduis fieret, aut statim ad nutum non fieret. Ceterùm cum Sequanis ipsis quamuis victoribus nihilo agebatur mitius,q̃ cum Heduis victis: quòd Ariouistus non contentus tertiam partem agri Sequanici,qui vel totius Galliæ optimus erat,occupasse, de altera tertia eos decedere iuberet,vt &viginti quatuor milibus Harudum,qui paulò antè è Germania ad ipsum venerant, sedes pararentur. Atque hòc grauior erat Sequanorum quàm aliorum conditio, quòd Ariouisto Germanisq; intra fines suos receptis,ne in occulto quidem queri, nedum auxilium implorare audebant. Sic vt imperium eius & Heduis victis,& Sequanis victoribus,graue iuxta atque intollerabile esset. Hæc Hedui simul & Sequani

A Sequani,habito totius Galliæ concilio,eoq; iam dissoluto,per Diuitiacum Heduum (vtpote liberum iureiurando, quo se obstrinxerat vniuersa Heduorum ciuitas,nec obsides repetituros,nec populi Ro. opem imploraturos) secretò posteà Cæsari exponunt,auxiliumque aduersus hæc à Cæsare populoque Rom. petunt: quod nisi maturè præstetur, periculum esse, ne Heluetiorum exemplo Germani quoq; Rheno transito, vniuersam mox Galliam occupare conentur.Cæsar benignè responso dato,pollicetur hanc rem sibi curæ fore. Concilioq; dimisso statim Ariouistum(qui paulò antè Cæsare etiamnum Consule, ipsoque adeò Cæsare auctore,in amicum sociumq; populi Ro.acceptus,& Rex declaratus fuerat)per legatos ad se euo

B cat. Legatis ab Ariouisto superbè responsum, posse Cæsarem si quid vellet, ad se venire. Cæsar missis secundò legatis, obsides Heduorum repetit, néve Heduos, Heduorúmve socios vlla iniuria lacessat, vllámve in posterum hominum multitudinem Rhenum transducat, edicit: ni pareat, sociorum populi Ro. iniurias se non neglecturum. Ad hæc non minùs arroganter & ferociter quàm priùs Ariouistus respondet. His ad Cæsarem perlatis,eodem ferè tempore Hedui Treueriq; per legatos conqueruntur. Hi quidem Sueuorum pagos centum ad ripam Rheni consedisse, iam transituros,nisi impediantur. Illi verò,Harudes fines suos Ariouisto conniuente & permittente populari. His permotus Cæsar, primò magnis itineribus,

C diurnis nocturnisq;, Vesontionem maximam Sequanorum vrbem, quò & Ariouistus ex aduerso tendebat, præoccupat: præsidioq; constituto, rei frumentariæ, commeatibus, alijsq; quæ huic bello videbantur necessaria, parandis instruendisq;, dies aliquot ibidem moratur. Interea fama de incredibili Germanorum virtute, corporum mole, & virium præstantia, ad exercitum Cæsaris perlata,militem Romanum vsqueadeò terruit, vt plurimi metu perculsi, alij aliud caussati, missionem petere non dubitarent. Quo intellecto Cæsar,conuocato Centurionũ omniumq; ordinum concilio,habita oratione pauidos verbis castigat & increpat: hoc addito,si ceteri pugnam detrectent,se vel cum sola decima legione,de cuius fide & virtute

D minimè dubitabat, hostem intrepidè aggressurum. Hac oratione cõuersi mirabiliter militum animi, magnaque alacritas in locum prioris trepidationis successit. Ita confirmatis omnibus,duce Diuitiaco Heduo,in Ariouistum Cæsar proficiscitur. Ille cognito Cæsaris aduentu, colloquium,de pace acturus, petit. Vbi ad colloquium ventum, cùm Cæsar cuncta quæ priùs per legatos,tum quoq; præsens imperaret, Ariouistus contrà obtemperare nollet,illis etiamnum colloquentibus, equitatus Ariouisti propiùs accedens,colloquium dissoluit. Post diem vnum atque alterum Ariouisto iterum colloquium postulante,vt cœpta inter eos absoluerẽtur,Cæsar per legatos tutius ea se cõfecturum existimans, legatos ad Ariouistum mittit:

quos ille ſpeculandi animo ad ſe veniſſe cauſſatus, cathenis oneratos in carcerem conijci iubet. Hinc Cæſar caſtris propiùs admotis, Germanos crebris inſultibus laceſſere non deſijt, facto etiam in munitiones ipſorũ impetu, donec tandem iritati, caſtris ad pugnam capeſſendam ſe properent. Copijs itaq́, vtrinque eductis tanto impetu concurſum eſt, vt pilis, quibus iaciendis locus non fuerat, reiectis, ſtatim gladijs cominus acriter pugnatũ ſit. Germani demùm in fugam verſi, non priùs fugere deſtitère, quàm ad Rhenum ventum eſſet: Cæſar fugientes perſequutus, magna edita ſtrage, campos longè lateq; armis cadaueribusq́; occiſorum reſperſit. Ariouiſtus ceteros in fuga præcurrens, nauiculam fortè in ripa nactus, Rheno traiecto, euaſit. Reliqui ferè omnes, paucis qui partim natatu, partim lintribus flumen tranſierant, ſeruatis, ab equitibus Rom. interfecti ſunt. Cæſorum numerus octuaginta milia fuiſſe fertur. Fuêre autem in Ariouiſti exercitu Harudes, Marcomanni, Tribocces, Vangiones, Nemetes, Seduſij, & Sueui. Prȩlio facto captiui duo à Germanis recepti, M. Valerius Procillus, & M. Titius, quos Ariouiſtus ad ſecundum colloquium à Cæſare miſſos, tanquam exploratores in vincula coniecerat. Audita hac Germanorum ſtrage, Suenui, qui ad ripam Rheni conuenerant, minimè ſibi cunctandum rati, ſtatim Rheno relicto domum reuerſi ſunt. Territos & diſcedentes Rheni accolæ inſecuti, plurimos ex his occidêre. Duobus hiſce bellis vna æſtate confectis, poſtquam exercitum Cæſar maturè in hyberna in Sequanos deduxiſſet, in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus eſt. Plurimis interim è Roma ad ipſum viſendum, ſalutandumq́ue quotidie eò confluentibus, alijs quæcunque poſtulabant magna facilitate concedens, alios largitionibus maximis ex hoſtili pecunia, quæ affatim ex præda ſuppetebat, proſequens, nihil omittebat, quò ſibi omnium animos ac ſtudia quoquo modo conciliaret. Hyeme ad hunc ferè modum exacta, partim frequentibus rumoribus, partim ex Labieni litteris, quem Cæſar in Gallia Tranſalpina hybernis præfecerat, intelligit Belgas, qui tertiam Galliæ partem incolebant, defeciſſe. Belgarum quidam, vt & aliæ Galliæ ciuitates, populo Romano confœderati erant, quidam verò nullo fœdere iuncti. Hi ſucceſſibus Cæſaris permoti, veritique ne pacata vniuerſa Gallia, in ipſos Cæſar arma conuerteret, ſollicitatis finitimis ſibi populis, datis acceptisq́ue hinc inde obſidibus, aduerſus Romanos inter ſe conſpirant: nihilò magis illos in ſua Gallia tolerandos, quàm Germanos Heluetiosq́ue dictitantes. Ducem huic bello Adram præficiunt. His nuncijs permotus Cæſar, conſcriptas in citeriore Gallia duas legiones, ineunte ſtatim æſtate in vlteriorem Galliam cum Q. Pedio legato mittit: ipſe cùm primùm potuit ſubſequutus, omnium opinione celeriùs ad hoſtium fines peruenit. Rhemi qui ceteris Belgis in conſpiratione non con-

BELLVM BELGICVM.

A B C D

A consenserant, per legatos se suaq; omnia Cæsari permittunt, parati obsides dare, ceteraque imperata facere, ceteros Belgas in armis esse nunciant. Ille Rhemorum obsidibus acceptis, simul de viribus & numero ciuitatum quæ conspirauerant ab ijs edoctus, quò tantam hominum multitudinem distineret, Diuitiaco Heduo negocium dat, vt in Bellouacos (qui & ipsi Belgæ sunt) copias suas ducat. Ipse Axonam flumen, quod est in Rhemorum finibus, cum exercitu traijcit: castraque, præsidio ponti imposito, ad flumen locat. Q. autem Titurium Sabinum in altera ripa cum sex cohortibus relictum, sua ibi castra munire iubet. Ceterùm Belgæ, dum coactis omnibus copijs ad Cæsarem tendunt, Bibractis Rhemorum oppidi expu-
B gnatione ex itinere frustrà tentata, (quòd oppidanis Cæsar subsidia miserat) Rhemorum agros, vicis ædificijsq; passim incensis, depopulati, equestribus aliquot prælijs à Cæsare lacessiti & superati, tandem vadis repertis Axonam flumen & ipsi transire conantur, castellum cui Titurius Sabinus trans flumen præerat oppugnandi consilio. Sed Cæsar confestim exercitu per pontem in alteram fluminis ripam iterum traducto, impeditos in flumine aggressus, magnam hostium cædem facit, ita vt corpora cæsorũ aggesta, reliquis transitũ faciliorem præstarent. Sic interfectis qui iam primi transierant, ijs autem qui transire conabantur facilè telorum multitudine repulsis, Belgæ vbique spe sua frustrati, deficiente frumento, cognitoque
C Diuitiacum Heduum finibus suis accedere, communi consilio in suam quisque domum vnde digressi erant, reuerti constituunt. Secunda itaque vigilia magno cũ tumultu nulloq; ordine castris effusi, fugæ verius quàm profectionis speciem dedêre. Cæsar autem nunciata sibi à speculatoribus Belgarum fuga, præmisso cum omni equitatu Q. Pedio & L. Aurunculeio Cotta legatis, T. verò Labieno cum tribus legionibus subsequi iusso, fugientes per plura passuum milia vsque ad serum diei persequutus, incredibilem stragem edidit: posteriorib. quidem Belgarum, Romanorum impetum fortiter sustinentibus: prioribus autem exaudito à tergo clamore, turbatis ordinibus sese præcipites in fugam dantibus. Post hæc Cæsar
D Nouiodunum Suessionum oppidum, ipsosque Suessiones obsidibus armisque omnibus prius traditis, in deditionem accipit. Hinc Bellouacos, & hominum multitudine & auctoritate inter Belgas ferè primos, Diuitiaco potissimùm atque Heduis intercessoribus, sexcentis obsidibus traditis, armisque omnibus collatis, in fidem recipit. Hos sequuti Ambiani, se suaque omnia Cæsaris arbitrio permittunt. His gentibus contermini Neruij, Belgarum ferocissimi bellicosissimique, syluas incolebant densissimas. Hi ceteris Belgarum suam exprobrantes ignauiam, quòd se Romanis dedidissent, filijs, vxoribus, mulieribus, ætate prouectioribus q̃ vt bello habiles essent, omni denique suppellectile intra paludes, æstuaria,

BELLVM ADVERSVS NERVIOS.

&profundissima nemora abditis, Atrebatibus Veromanduisq; populis sibi A
finitimis in societatem communis belli pertractis, vltrò Romanos castra ad Sabim fluuium munientes, nihil dum tale expectantes, maxima celeritate, ac incredibili animorum promptitudine duce Boduognato adorti, equitatu Cæsaris in fugam verso, duabus legionibus circumuentis, Centurionibus pluribus etiam intra castrorum munimenta occisis, magna deniq; strage edita, omnino eo prælio superiores euasuri fuerant, ni Cæsar tandem in aciem procedens sua virtute maturè subuenisset, confirmatisque militum animis res labantes restituisset, atque alia ex parte Labienus hostium castris antè potitus, in tempore cum subsidio adfuisset. Sic prælio horum superuentu redintegrato, acerrimè dimicatum est. Tanta autem B
Neruiorum cædes facta est, illis potissimùm nusquam loco cedentibus, sed strenuè vel ex tumulo coaceruatorum cadauerum se defendentibus, vt è sexaginta hominum milibus, vix quingenti superfuerint. Hoc nuncio accepto, qui se in syluis æstuarijsq; continebant, statim per legatos se suaque omnia Cæsari dedunt. Ille in fidem receptos, suis finibus, suisque oppidis vti permisit. Neruios Aduatici excepêre. Hi Neruijs opem laturi, audita ex itinere ipsorum clade, domum se recipiunt: oppidisque reliquis & castellis omnibus relictis, se suaque omnia in vnum oppidum situ munitissimum conferunt. Id Cæsar expugnare omni ope aggreditur. Aduatici crebris excursionibus factis, leuibusque aliquot prælijs cum Cæsare com- C
missis, tandem vbi machinas & opera propiùs sibi admoueri vident, legatos de pace mittunt: armorumque parte è muris in fossam proiecta, tertia verò parte retenta & celata, à Cæsare in deditionem accipiuntur. Verùm nocte proxima resumptis ijs quæ sibi retinuerant armis, incautos opprimi posse sperantes, castra Romanorum petunt. Ceterùm cùm excubias non fallerent, indicio ignibus facto, præsidia ex proximis castellis accurrunt, pugnatumque est quam acerrimè, ab Aduaticis præsertim, quibus in sola virtute omnis salutis spes reposita erat. Cæsa sunt Aduaticorum quatuor milia, reliquis in oppidum retrusis: postridie oppidum ipsum nemine defendente captum, militibusque intromissis cum suis ciuibus diuenditum, D
quorum numerus relatus milium quinquaginta trium. Sub idem tempus Cæsar per P. Crassum legatum, Venetos, Vnellos, Curiosolitas, Osismos, Sesuuios, Aulercos, Rhedones, aliasque ad Oceanum Galliæ ciuitates, in potestatem ditionemq; populi Ro. redegit. Transrhenani verò populi his rebus gestis permoti, obsides tradere, ceteraque imperata facere paratos, Cæsari missis legatis nunciant. Ille in Illyricum Italiamq; properans, exercitum in hyberna deducit in Carnutes, Andes, & Turones, ciuitates ijs locis vbi bellum gesserat finitimas. His tot tantisque rebus gestis, subactisque plurimis diuersissimisque gentibus, populo Ro. antea ne vel no-

A nomine cognitis, quindecim dierum ſupplicatio, nequicquam M. Catone & Fauonio reclamantibus, Cæſari decreta eſt. Interea hyemante in Gallia Ciſalpina Cæſare, clariſſimi quique & primæ auctoritatis viri è Roma Lucam, quæ & ipſa Galliæ Ciſalpinæ erat, maxima frequentia confluxêre, tum ad viſendum eum, tum ob res proſperè geſtas gratulaturi. Ex his pleroſque, maximè qui magiſtratus petituri, aut geſturi videbantur, donis & munerib. largiſſimè proſequutus eſt. Imò qui magiſtratus dignitatesq; ambiebant, eo potiſſimùm largitore populi ſuffragia emercabantur: ſiquidem hac ratione ſe vel abſentem dignitatis ſuæ propugnatores apud Senatum populumq; habiturum homines ſibi obnoxios ſperabat Cæſar. Hoc

SVPPLICATIO CAESARI DECRETA.

B etiam conſilio, metuens ne quod L. Domitius Prætor nequiuerat, Conſulatum adeptus perficeret: Craſſo & Pompeio, quos vel hac de cauſa Lucam ad ſe euocauerat, vt Domitium excluderet, ſecundi Conſulatus petendi auctor fuit: miſſis etiam Romam militibus, qui illos in petitione Conſulatus ſuis ſuffragijs iuuarent. Quibus poſtea iterum Conſulibus declaratis, repugnantibus plurimis, imprimis M. Catone & Fauonio, imperium Cæſari in alterum quinquennium prorogatur. Sub id temporis Ser. Galba, quem Cæſar decedens, cum legione duodecima, & parte equitatus, in Antuates, Veragros, Sedunoſque (quæ gentes in ſummis Alpibus degebant) hyematum miſerat, ſecundis aliquot prælijs commiſſis, caſtellisque

IMPERIVM CAESARI IN ALTERVM QVINQVENNIVM PROROGATVM.

C eorum expugnatis, eaſdem gentes ſubegerat, datisq; obſidibus & pace facta, conſtituerat in ipſorum agro, vico ſcilicet Veragrorum Octoduro, hybernare. Sed Romanis ſupinius tanquam in pace agentibus, atque in ea quæ hybernis erant neceſſaria intentis, caſtrisque, quod præcipuum erat, loco iniquiore poſitis, vniuerſa penè legio, Veragrorum Sedunorumq; inſidijs oppreſſa eſt. Sed Galba inſidijs per exploratores maturè detectis, barbaros iam caſtra oppugnantes, eruptione ſubitò caſtris facta, adortus, circumuenit, parteq; plus tertia interfecta, periculum omne à caſtris repulit. Horum autem qui caſtra obſederant, non minor quàm triginta milium numerus fuiſſe perhibetur. Galba cæſis fugatisq; hoſtibus, mutatis caſtris

D hybema in Allobroges transfert. Dum hæc geruntur, Cæſare in Illyricum profecto, alterum ſubitò in Gallia bellum emerſit. P. enim Craſſus qui in maritimis Galliæ ciuitatibus hyberna habebat, cùm rei frumentariæ penuria premeretur, Præfectos & Tribunos in proximas quaſque ciuitates commeatus petendi cauſa miſerat. Veneti qui & auctoritate, & maximè rei nauticæ vſu & peritia ceteris præſtabant, legatos & milites Rom. primi retinere auſi ſunt. Horum perfidiam vicinæ quæq; ciuitates, omni ora maritima facilè in ſuam ſententiam pertracta, imitatæ ſunt: hac ſe potiſſimùm via obſides ſuos à P. Craſſo recepturos arbitrati. Miſſis igitur cõmuni omnium nomine legatis, vltrò obſides à P. Craſſo repetunt, ſi ſuos re-

BELLVM VENETICVM.

remitti velit. Cæsar his intellectis, iussis priùs in mediterraneis Galliæ, nauibus, remigibus, alijsq; quæ huic bello videbantur necessaria, comparari, cumprimùm per anni tempus licuit, in Galliam, & primùm in Venetos tendit. Illi ex aduerso audito Cæsaris aduentu, quæcunq; ad bellum sustinendum opus esse videbantur, sedulò procurant, sociasq; & vicinas ciuitates ad cõmune bellum sollicitant, accersitis etiam è Britannia insula sibi opposita auxilijs. Cæsar quanquam in summis difficultatibus, hanc tamẽ tantam iniuriam minimè sibi negligendam existimans, vt gentes eas distineret, néve sibi cum omnibus simul decertandum foret, partito exercitu legatorum alios aliò mittit. D. Brutum adolescentem classi, quam partim construxerat, partim vndique contraxerat, præficit: & secundo Ligeri in Venetos tendere iusso, ipse eòdem cum pedestrib. copijs subsequitur. B Ceterùm oppidis aliquot captis, reliquos verò propter situm in extremis promontorijs, nec peditibus, nec nauibus aditum nisi admodum difficilem præbentibus, sic vt oppugnari commodè nõ possent, classe crebris tempestatibus vexata, tardiusque proinde & difficilius accedente, bonam æstatis partem absumpsit. Verùm postquam iam classis Rom. aduenit, quamuis & magnitudine & armamentis Venetorum nauibus longè impar, virtute tamen & industria Romanorum, simul etiam quòd celeribus & expeditioribus nauigijs vterentur, factum est, vt Venetorum naues, quę propter corporis sui molem in summa tranquillitate ne contis quidem & velis remisq; nisi ægrè admodum propellebantur, facilè à Romanis expugnarentur, cùm singulas ex illis fuga disiectas Romani persequerentur. C Pugnatum est ab hora quarta vsque ad vesperam, paucissimis è Gallorum nauibus noctis interuentu seruatis. Hoc prælio vniuersum hoc Venetorũ bellum, totiusq; adeò oræ maritimæ confectum est: reliquis omnibus qui eo se prælio abstinuerant, se suaq; omnia Cæsari dedentibus. Cæsare his rebus gerendis apud Venetos intento, Q. Titurius Sabinus Vnellorum gentem, in quos à Cæsare missus fuerat, simul etiam Aulercos, Eburonices, Lexouios (qui interfecto Senatu, quòd bellum detrectaret, Vnellis se iunxerant) duce Virodouice, qui Vnellorum genti præerat, castra Romanorum oppugnare tentantes, cùm simulato prius timore castris aliquandiu se continuisset, omnibus tandem portis eruptione facta, cecidit, profligauitque, paucis qui fuga euaserant superstitibus. D Hoc prælio feliciter commisso, reliquæ ciuitates quæ desciuerant, Titurio se dedunt.

BELLVM AQVITANICVM.

P. verò Crassus, quem in Aquitaniam proficisci Cæsar iusserat, Sontiates primùm, post varia aliquot prælia superior, oppido eorum ex itinere oppugnato, illis quidem fortiter resistentibus, sed eruptione per cuniculos frustra tentata, armis obsidibusq; tandem traditis, in deditionem accepit. Post hos cum Vocontijs, Tarusatibusq; Crasso aliquantò plus negocij fuit, quòd

A quòd auxilijs à citerioris Hispaniæ ciuitatibus accersitis iuuarentur, ducibusque, qui sub Q. Sertorio plures annos stipendia meruerant, ac longa militia edocti, disciplinaq; Rom. eruditi, rei militaris peritiam sibi parauerant, vterentur. Hi quòd Romanos vijs obsessis commeatuq; intercluso, facilè sine prælio vinci posse crederent, castris se continebant. Sed Crassus summa suorum alacritate castris illorum expugnatis, Gallos per munitiones sese deijcientes, & fuga salutem quærentes, apertis campis assequutus, cæsis quàmplurimis, vt ex numero quinquaginta milium vix quarta pars superesset, & hos in potestatem redegit. Hoc rerum successu intellecto, reliquæ ferè omnes Aquitaniæ ciuitates, paucissimis exceptis, obsidibus B sponte missis, Crasso se dedunt. Sic omni ferè Gallia pacata, soli restare videbantur Menapij, Morinique. Hi nondum legatos de pace ad Cæsarem miserant, sed omnibus suis in syluas paludesque collatis, Cæsarem obfirmatis animis expectabant. Qui dum ad initia syluarum castra molitur, subita barbarorum è syluis eruptione, Cæsariani in opere dispersi facto impetu turbantur. Sed Cæsar armis properè sumptis, dum in syluas refugientes auidiùs per loca impeditiora insequitur, quanquam plurimis hostium interfectis, plerosque tamen è suis desiderauit. Cumque syluas illorum cædere, & è cæsa materia vallum extruere in animo haberet, tempestatis interuentu, simul ipsa operis difficultate re desperata, opus incœ-C ptum intermittit: agrisq; & vicis Menapiorum ac Morinorum, qui se in penitiores syluas receperant, vastatis atq; incensis, exercitum in Aulercos, Lexouiosque, quos æstate proxima Titurius subegerat, in hyberna ducit.

Romanis in hyberna profectis nunciantur Tenchteri & Vsipetes, Germaniæ populi, magna cum hominum multitudine Rhenum transisse, tum quòd à Gallis accerserentur, tum quòd à Sueuis, quæ longè maxima bellicosissimaq; Germanorum gens est, agris auitis pulsi nouas sedes quærerent: quas cùm toto triennio per diuersa Germaniæ loca diuagati, non inuenissent, tandem ad Rhenũ ijs ferè locis quæ Menapij incolebant, consedêre: Menapijsque transitum aliquandiu impedientibus, simulato re-D cessu, iterq; tridui emensi, prẹter opinionem reuersi, oppressis interfectisq; Menapijs, nauibusque eorum occupatis, Rhenum transeunt. His Cæsar intellectis, Gallicæ leuitati minimè sibi confidendum ratus, ad exercitum properat: delectuq; habito, omnibus bello necessarijs comparatis, rectà in Germanos tendit. Hi iam longiùs euagati, ad Eburones Condrusosque, qui Treuirorum clientes erant, peruenerant. Sed postquam Cæsarem iam appropinquare intellexêre, missis legatis, tum alia multa declarant, tum pacem à Cæsare, locumq; vbi sedes figere possint, petunt: aut saltem quem armis ipsi ceperant, vt eum sibi per Romanos tenere liceat, rogant. Ceterùm nihil eorum quæ à Cæsare postularant assequuti, postridie datis indu

BELLVM GERMANICVM ALTERVM.

cijs

ciјs frequentes redire iuſſi,equitatum Cæſaris qui agmen antecedebat,cõtra inducias impetu in inopinatos facto,pluribus interfectis,equisque ſuffoſſis,ad ſuos refugere cogunt. Hoc hoſtium dolo indignatus Cæſar, Germanos,qui poſtridie,vt conuenerat,frequentes cum ſuis Principibus,tum ſui purgandi cauſa,tum vt de inducijs agerent, in caſtra ſua venerant, eandem timens perfidiam,vniuerſos retineri iubet:copijsq; omnibus eductis, acieq; triplici inſtructa, octo milium itinere quamcelerrimè confecto, ad caſtra Germanorum nihil minus expectantium peruenit: factaque ſubitò à peditibus irruptione,nullo illis arma capiendi relicto ſpacio,maxima inter carros & impedimenta ſtrages eſt edita, fugiente paſſim reliqua multitudine mulierum & puerorũ,qui ſimul domibus relictis Rhenum tranſierant. Germanorum fuiſſe perhibent. CCCCXX. milia. Bello Germanico confecto, Cæſar quò ſe Germanis terribiliorem redderet, ſuisque illos rebus timere doceret, omnino Rhenum ſibi tranſeundum exiſtimauit, maximè Vbijs inuitantibus. Hi ſoli Tranſrhenanorum,legatis obſidibusq; ſponte miſſis, fœdus cum Cæſare fecerant, auxilium aduerſus Sueuorum iniurias implorantes: aut ſi id Cæſari minus commodum eſſet,exercitum ſaltem Rhenum traducat,rogant: ſatis hoc fore ad terrendos Germanorum animos,qui imperium Romanorum Rheno terminari,Romanosq; Rhenum traijcere minimè auſuros ſibi perſuaſiſſimum habebant. Verùm Cæſar hanc gloriæ augendę occaſionem minimè ſibi negligendam ratus, cùm nauibus, quæ ab Vbijs copioſè offerebantur, exercitum tranſportare, nec æquè tutum, nec ex dignitate populi Rom. eſſe exiſtimaret, ponte Sublicio opere militari magna celeritate,induſtriaque,in latiſſimo, profundiſſimo,ſimulq; rapidiſſimo flumine excitato,exercitum facillimè traducit, primus Romanorum ducum eum limitem tranſire auſus. Rheno tranſito, præſidium ad vtramq; pontis partem relinquit. Equitatus Vſipetum & Tenchterorum bona pars trans Moſam prædandi & com meatuum cauſſa in Ambiuaritos à ſuis miſſa, ſuperiori prælio non interfuerat. Hi mox cæde & fuga ſuorum cognita,trans Rhenum ad Sicambros perfugerant. Hos Cæſar vt profugos à Sicambris per legatos ſibi dedi poſtulat: quod cùm illi facere recuſarent,in Sicambros exercitum ducit,plurimis ciuitatibus ex itinere per legatos in fidem amicitiamque acceptis. Sicambri Tenchteris Vſipetibusque auctoribus,intellecto Cæſarem aduentare,omnibus ſuis in ſyluas ſolitudinesque comportatis,finibus ſuis exceſſerant. Hinc Cæſar ſedes eorum vacuas offendens,ædificijs frumentiſque incenſis, in Vbiorũ fines poſt paucos dies reuerſus eſt. Vbi accepto & Sueuos oppidis ſuis emigraſſe, ſuaque omnia,coniuges,& liberos,in abditiſſimas vaſtiſſimasque nemorum ſolitudines conuexiſſe, ceteros omnes qui armis portandis habiles eſſent, vnum in locum conueniſſe, ibique prælio decer-

Margin notes: A; B; C; CAESAR PONTE FACTO RHENVM TRANSIT.; SICAMBRI.; D; SVEVI.

A decertare paratos suum aduentum expectare, satis sibi laudis partum existi mans, liberatis metu Vbijs, terroreq; Germanis iniecto, auxilium suũ Vbijs aduersus Sueuos pollicitus, dies.xviii. trans Rhenum moratus, in Galliam ponte rescisso exercitum reducit. Cæsar cùm id quod restabat æstatis, antequam exercitum in hyberna deduceret, per ocium neutiq̃ sibi transigendum putaret, in Britanniam nauigare constituit, tum eius gentis & regionis visendæ cognoscendæq; causa, tum gloriæ ampliandæ studio: quam non mediocrem expectabat, si vt primus Romanorum Rhenum traijcere ausus fuerat, ita & occidentalem Oceanum, Atlanticũq; pelagus classe primus ingrederetur: insulaq; Britanniæ maxima (quæ non tam cognita, q̃ au B ctorũ inter se dissentientium scriptis celebrata erat, quibusdam etiam non tam re q̃ nomine vsquam extare credentib.) subacta, terminos Imperij Ro. etiam in alterũ quasi orbem propagasse videretur. Cumq; ex mercatorib. de magnitudine & statu Insulæ nihil explorati cognoscere posset, priusquã se periculo committat, C. Volusenum cum naui longa omnia exploratum, simul etiam aditus & portus cogniturum, præmittit. Ipse in Morinos, vnde breuissimus in Britanniam traiectus erat, cum omnibus copijs profectus, naues vndique ex finitimis gentibus contrahit, classe etiam Venetica superioris æstatis ad se venire iussa. Pleræq; Britannorum ciuitates, cognito per mercatores Cæsaris instituto, missis legatis, obsides dare, & iussis Cæsaris C obtemperare se paratos nunciant. Cæsar liberaliter acceptis ijs quæ offerebantur, legatos domum remittit, cumq; ijs vnà Comium Atrebatem, maximæ in illis regionib. auctoritatis, quem Atrebatibus superatis Regem con stituerat. Per hunc Britannorũ ciuitates, vt fidem Romanorũ sequi velint, sollicitat. C. interea Volusenus post quintũ diem reuersus, ea quæ perspexit Cæsari renunciat. Qui dum classem apud Morinos instruit, quosdam Morinorum per legatos de superioribus actis se excusantes, paratosq; iussa exequi, magno obsidum numero imperato & adducto, in fidem recipit. Classe verò iam parata & instructa, duas legiones equitatumq; nauibus imponit. Q. autem Titurium Sabinum, & L. Aurunculeium Cottam legatos in Me D napios, eosq; Morinorum pagos, qui legatos non miserant, cum parte exercitus mittit. P. Sulpitium Rufum cum præsidio portum tenere iubet. Ipse cùm primùm per tempestatẽ licuit, cùm tertia vigilia soluisset, sub horam diei quartam cũ primis nauibus Britanniam attigit: expectatoq; in horam vsq; nonam aliarum nauium aduentu, vbi & hæ appulère, anchoris solutis aliquantulùm progressus, naues aperto ac plano littore cõstituit. Ceterùm cùm à Britannorum copijs quæ in littore constiterant, Romani quò minùs nauibus egrederentur, diu prohiberentur, atque in summis difficultatibus, tum quòd armis prægrauarentur, tum quòd è medijs fluctibus illis decertandum foret, minori animorum alacritate pugnam capesserent, tandem

CAESARIS IN BRITANNIAM NAVIGATIO.

Cæſar longis nauibus,quæ expeditiores erant, propiùs admotis,Britannos A fundis,ſagittis,tormentiſq; propellit,quibus nonnihil territi ſubſtitêre. Ibi tum decimæ legionis aquilifer,è naui in fluctus exiliens,aquilam in hoſtes infert:quẽ ſequuti vniuerſi cùm hoſtibus appropinquaſſent,acriter vtrinq; pugnatum eſt. Sed Romanis maiori vndiq; difficultate laborãtibus,Cæſar per ſpeculatoria nauigia & ſcaphas ſubſidia mittit:qui ſimul vt in arido con ſtitêre,Britãnos impetu facto ſtatim in fugam vertunt.Cæſar equitatu qui nondum aduenerat deſtitutus,longiùs fugientes perſequi noluit. Britanni eo prælio ſuperati,pacem per legatos petunt,obſides ſe daturos,ceteraq; im perata facturos pollicentur.Comium etiam Atrebatem,quem à Cæſare ad ſe miſſum Britanni in vincula cõiecerant,cum legatis remittunt. Sic pace à B Cæſare impetrata,datiſq; obſidibus,in ſuas quiſq; ciuitates vnde venerant reuerſi ſunt. His rebus geſtis, tempeſtate ſubitò in ipſo plenilunio coorta, naues illæ.xviii.quibus Cęſaris equitatus impoſitus erat,aliæ aliò diſijciun tur. Reliquæ item naues,tam longæ,q̃ onerariæ, quibus exercitũ tranſportauerat,hac tempeſtate conflictatæ,partim confractæ, partim armamentis inſtrumentoq; amiſſis,nauigationi inutiles factæ,Cæſarem totumq; exercitum valdè perturbarũt. Hac vſi oportunitate Britannorum Principes,rebellionem parant: & conſpiratione facta,ſuos clàm ex agris vndiq; educũt. Cæſar,vel per ſe huic occaſioni Britannos minimè defuturos cogitans,maxi mè quòd nondum omnes obſides tradidiſſent, magno ſtudio ad omnia ſe C cõparat: frumentum ex agris cõportat,naues reficit. Interea legio ſeptima, quæ frumentatũ miſſa in Britannorum inſidias inciderat, pleriſq; occiſis à Britannorũ equitatu & eſſedarijs circumuenitur. Sed Cæſar è puluere ſolitò maiore id quod erat ſuſpicatus,oportunè cũ cohortib.ſtationarijs ſuppetias circumuentis tulit:cõtentuſq; legionẽ metu & periculo liberaſſe,alieno ad pugnam cõmittendam tempore,ſuos in caſtra reducit. Britãnos poſteà ma iori equitatu peditatuq; coacto Romanorũ caſtra inuadere conantes, Cæſar equites nactus.xxx.quos Comius Atrebas ſecũ adduxerat,cõmiſſo pro caſtris prælio fudit: fugienteſq; aſſequutus cõpluribus interfectis,omnibus circumquaq; flamma & ferro vaſtatis,in caſtra ſe recepit. Tunc iterũ legatis D de pace miſſis,duplicato obſidum numero,atq; in continentẽ adduci iuſſo, pax Britannis à Cæſare cõceſſa eſt. Cumq; poſt mediam noctem ſoluiſſet, poſtridie in continentem oppoſitam ſuos incolumes expoſuit. Ibi tum fortè duabus nauibus onerarijs paulò inferiùs delatis, cùm.ccc.ex his milites in terram deſcendiſſent,inde ad caſtra pergentes,à Morinis ſpe prædæ circumueniuntur: ſed Cæſar equitatu maturè ſubmiſſo,magnoque Morinorum numero interfecto, reliquis in fugam verſis,ſuos diſcrimini eripit.

MORINI SVBACTI. Poſtero die T. Labieno in rebelles miſſo,cùm propter ſiccitates ſuperioris anni,Morini paludum perfugio deſtituerẽtur,omnes in poteſtatẽ venêre.

Q.verò

A Q. verò Titurius & L. Cotta, quos in Menapios miserat Cæsar, quòd se Menapij intra densissimas syluas occultarent, agros ipsorum depopulati, vicis ædificijsq; incensis, frugibúsque demessis, ad Cæsarem reuersi sunt. Æstate ad hunc modum exacta, Cæsar omnes legiones in Belgis hybernare iubet. Quò duæ tantùm Britannorum ciuitates obsides misêre, reliquæ Cæsaris imperata neglexêre. Hæc vbi Romam perlata, supplicatio altera dierum .xx. Cæsari à Senatu decreta est. Dum hæc à Cæsare in Gallijs geruntur, Iulia, filiam Pompeio priùs enixa, puerpera moritur, infante paucissimis diebus matri superstite. Huius morte soluto necessitudinis inter Pompeium & Cæsarem vinculo, paulatim etiam labefactari

SVPPLICATIO CAESARI DECRETA.

B cœpta est & contracta inter eos concordia. Cæsar tamen posteà Pompeij affinitatem quoquo modo sibi retinendam ratus, Octauiam sororis suæ neptem, C.Marcello desponsatam, Pompeio obtulit: Pompeij vicissim filiam, quæ Fausto Syllæ destinata erat, sibi dari postulans. Interea Cæsar ex hybernis per Italiam in Illyricum profectus, Pirustas, qui finitimam prouinciæ suæ partem crebris incursionibus vastauerant, imperatis obsidibus de iniurijs illatis satisfacere cogit. Hinc in citeriorem Galliam reuersus, conuentibusq; peractis, ad exercitum in hyberna Belgica redit: classemq; quam ante discessum suum legatis ædificandam instruendamq; mandauerat, cùm paratam repperisset, comperto nondum omnes Bri-

C tanniæ ciuitates obsides, vt imperatum erat, misisse, arrepta hinc secundæ in Britannos expeditionis occasione, vniuersam classem in portũ Iccium, à quo in Britanniam.xxx.milium passuum traiectus est, conuenire iubet. Ipse interim cum quatuor legionibus & equitibus octingentis, in Treuirorum fines proficiscitur: quòd nec conuentibus interesse dignati essent, nec cetera imperata exequerentur, Germanosque, vt Rhenum traijcerent, sollicitare dicerentur. Treueri verò Cæsaris aduentu territi, potissimùm quòd in duas factiones diuisi essent, principe factionis vnius Induciomaro, alterius Cingentorige, traditis obsidibus.cc.à Cæsare in officio permanere iubentur: Cingentorigem autem præcipuis quibusque Treuirorum

D peculiariter conciliat Cæsar, quòd auctoritatem illius apud suos, egregiamque ipsius erga se fidem perspectam haberet. Hinc cum vniuerso ferè Galliæ equitatu, ad portum Iccium, in Britanniam traiecturus, reuertitur: sed iam nauigare parantem Dumnorix Heduus remoratus est. Hic nouarum rerum cupidus, cùm ne in Britãniam traijceret, nec precibus, nec alijs caussationib. à Cæsare impetraret, principibus Galliæ persuadere conatur, ne Cæsarem in Britanniam comitarentur. Tandem Cæsarianis omnibus naues ascendentibus, ipse clàm cum suis Heduis, domum reuerti cœpit. Sed Cæsar, misso equitatu Dumnorigem ex itinere retrahi, & si vim pateret, interfici iubet. Ita cùm reuocantibus resistere q̃ parêre potius duceret, ipse

quidem ex mandato Cæſaris interfectus eſt, Hedui verò equites ad Cæſa- A
rem reuerſi ſunt. Cæſar Dumnorige interfecto, relicto in continente cum tribus legionib. & duobus equitum milibus Labieno, ipſe cum quinque legionibus, & pari equitũ numero, cùm ſub occaſum Solis ſoluiſſet, vento ſub mediam noctem intermittente, æſtuque ſubinde mutato, ſub meridiem demùm ſequentis diei in Britanniam appulit. Britanni relicto littore, in ſuperiora atque interiora inſulæ ſe reduxerant. Cæſar autem cohortibus decem equitibusq; trecentis cum Q. Atrio nauium præſidio ad mare relictis, XII. milibus paſſuum proxima nocte confectis, in locum vbi hoſtes conſederant, venit. Illi de loco ſuperiori læui cum Romanis prælio commiſſo, in locum tutiſſimum, antea in eum caſum à ſe intra ſyluas præ- B
uiſum, ſe recipiunt: quo mox à Cæſarianis capto, pulſi Britanni in fugam vertuntur: fugientes Cæſar per ignota locorum, minore diei parte reliqua, longiùs perſequi in ſequentem diem diſtulit. Ceterùm dum poſtridie agmine tripartito Britannos inſequitur, nunciato claſſem tempeſtate noctis ſuperioris conuulſam atque diſiectam, ſuis ex itinere reuocatis, ad littus reuertitur: nauibusque omnibus ſubductis, caſtriſque munitis, fabris & legionarijs claſſis reficiendæ negocium dat: relictoq; priore præſidio, ad hoſtes, vnde venerat, properat. Quò cùm maiores vndique Britannorum copiæ conueniſſent, præfecto vniuerſo exercitui totique bello Adra, ſiue, vt alij, Caſſiuellauno, prælijs aliquot & ex itinere, & poſteà commiſſis, C
Romani ſemper ſuperiores fuêre: niſi quòd Britannis ex eſſedis depugnantibus, Romani nouo pugnæ genere attoniti, maiore cum difficultate nec ſine periculo dimicarent. Hinc factum, vt & nonnullos è ſuis deſiderarent. Poſtero die Britanni tres legiones, quas Cæſar ſub meridiem cum equitatu, cui C. Trebonius legatus præerat, pabulatũ miſerat, adorti, pulſi à Romanis, magnoque ſuorum numero interfecto, in fugam ſe præcipites dedêre: omnibusq; quæ conuenerant auxilijs hac fuga dilapſis, poſteà iuſto cum Romanis prælio decertare veriti ſunt. Hinc Cæſar in Caſſiuellauni agros ad Tameſim fluuium exercitum duxit, hoſteſque in aduerſa ripa conſiſtentes, flumine maxima cum celeritate atq; impetu tranſito, mox in D
fugam conuertit. Caſſiuellaunus autem, qui cũ quatuor circiter eſſedariorum milibus in loca deſerta, auia, atque impedita ſeſe receperat, ſuos ſubinde tanquam ex inſidijs immittens, Romanos latiùs prædandi cauſa excurrentes, crebris inſultibus infeſtabat. Trinobantes interim præcipua ferè eius tractus ciuitas, traditis obſidibus, frumentoq; exercitui miſſo, Cæſari ſe per legatos dedunt. Horum exemplum & aliæ Britannicæ gentes ſequutæ, Cæſaris ſe fidei permittunt, vt Cenimagni, Segontiaci, Ancalites, & aliæ pleræque. Cæſar cùm oppidum Caſſiuellauni non procul abeſſe intelligeret, admotis propiùs legionibus, locum & opere & natura munitiſſimum

SECVNDA CAESARIS IN BRITANNIAM NAVIGATIO.

A tissimum, cùm à duobus lateribus oppugnare cœpisset, oppidani verò alia parte effusi se in fugam darent, plurimis è fuga captis atq; interfectis, oppido & numerosa pecorũ præda potitur. Dum hæc his locis geruntur, quatuor interea Cantij Reges, Cingentorix, Caruilus, Taximagulus, & Segonax, Cassiuellauni iussu, castra naualia, quæ Romani ad mare habebant, ex improuiso oppugnare aggressi, facta à Romanis eruptione, plurimis interfectis, capto etiam Cingentorige, profligantur. His permotus Cassiuellaunus, per legatos de deditione cum Cæsare agit. Ille verò imperatis obsidibus, simul etiam vectigali, quod populo Ro. Britanni singulis annis penderent, constituto, exercitum cum maximo captiuorum numero ad mare B reducit: quem, postquã secunda vigilia soluisset, prima luce in aduersam continentem exposuit. Subductis nauibus, habito Samarobrinæ totius Galliæ concilio, propter rei frumentariæ angustias, exercitum in diuersas ciuitates in hyberna locat, legionibus cum suis legatis & quæstoribus alijs aliò missis: ita tamen vt excepta vna legione, quæ cum L. Roscio in Essuos missa fuerat, omnia hyberna centum milium spacio continerentur. Cognito autem iam legiones omnes in hyberna deductas, iter in Italiam instituit. Sed quindecim ferè diebus postquam legiones deductæ essent, Ambiorix & Catiuulcus, qui Eburonibus imperabant, impulsu Induciomari Treuiri, suos in Romanos concitant, oppressisq; lignatoribus legio- C nis quæ apud se hyemabat, castra Titurij Sabini & Aurunculei Cottæ legatorum ex inopinato oppugnare aggrediuntur: sed equitibus celeriter emissis, prælio superati, castra oppugnare desinunt. Ambiorix dum videt conatus suos hac via non successisse, ad dolos conuersus, insidias loco opportuno disponit: colloquioq; impetrato, oratione subdola, se quidem de castrorum oppugnatione purgat, sed à ceteris ciuitatibus cauendum monet: quòd communi consilio, oppugnandis hybernis hic dies ab vniuersis Gallis constitutus esset. Expectari etiam Germanos, qui à Gallis conducti, Rhenum iam traiecerant intra biduum affuturi. Proinde suadere se, vt suis hybernis relictis, ad proxima hyberna transientes, Ciceroni se, aut Labie- D no, qui haud procul aberant, iungant: se memorem beneficiorum à Cæsare acceptorum, officijq; sui, non potuisse non Romanos horum in tempore admonere. Hæc ab Ambiorige dicta, quia verisimilia, facilè apud Romanos fidem inuenêre. & quanquam variantibus sententijs inter Q. Titurium & L. Aurunculeium legatos, qui hybernis præerant, hoc censente, non esse iniussu Cæsaris hybernis excedendum: illo verò, præsens periculum tempestiuè declinandum, iunctisq; proximis hybernis communem hunc casum subeundum: vicit tandem post longam disceptationem Sabini sententia, collectisq; magna cum festinatione per noctem vasis, prima luce longo agmine, magnisq; impedimentis, nihil hostile metuentes hy-

BRITANNI SVBACTI, VECTIGALESQVE FACTI.

RES GESTAE CVM EBVRONIBVS, NERVIIS, ADVATICIS, FINITIMISQVE POPVLIS.

hybernis excedunt. Cumque in locum insidiarum ventum esset, hostibus A hinc inde erumpentibus, acerrimè diu ab vtrisque à prima luce ad horam vsque octauam pugnatum est. Sed quòd loco Romanis iniquissimo ea pugna committeretur, Cæsariani cladem longè maximam accepêre, interfectis cum alijs quibusdam viris fortissimis, maioriq; militum parte, Cotta legatorum altero, qui hanc profectionem dissuaserat. Q. verò Sabinus ab Ambiorige ad colloquium fide data euocatus, vbi in conspectum venit, iussus arma dimittere, cum Tribunis aliquot & primorum ordinum Centurionibus circumuentus, sagittis interficitur. Quicunque Romanorum huic cladi superfuêre, in castra retrogressi, oppugnatione aliquandiu fortiter sustentata, tandem in vltimam desperationē redacti, ad vnum omnes B mutuis vulneribus concidêre: pauci prælio elapsi, in Rhemos ad Labieni hyberna confugêre. His successibus elatus Ambiorix, maximis itineribus per diem & noctem in Aduaticos primùm, hinc in Neruios proficiscitur: concitatisque vtrisque populis, simul docens quæ à se gesta essent, hortatur, ne tantam hanc opportunitatem sé in pristinam libertatem asserendi, iniuriasque à Romanis illatas vlciscendi, negligant. Neruij facilè hac oratione persuasi, cōuocatis extemplò Centronibus, Grudijs, Leuacis, Pleumosijs, Gordunis, (qui omnes Neruiorum parebant imperio) Q. Ciceronis (qui in Neruijs hyberna habebat) castra omnium expectatione & opinione citiùs, necdum perlato ad ipsum cladis Titurianæ nuncio, inuadunt, C lignatoribus pabulatoribusq; Romanis ex itinere interceptis, oppressisq;. Neruijs se iunxêre Eburones atque Aduatici, ita vt à sexaginta hominum milibus hyberna Romanorum obsiderentur. Cicero missis confestim his de rebus ad Cæsarem literis, maximis præmijs militi propositis, oppugnationem per plures dies fortissimè sustinuit: maxima celeritate, nulloq; intermisso labore comparatis, perfectisque per singulas noctes, quæcunque operi munitioniq; castrorum, ad oppugnationem sequentis diei tolerandam, deesse videbantur: ne ipso quidem Cicerone, quanquam valetudine afflicta, vllum sibi ad quietem spacium concedente. Neruij cùm castris oppugnandis minùs proficerent, intellecto, quo astu Ambiorix Titurium D Sabinum circumuenerat, ijsdem sibi artibus vtendum rati, facta à Cicerone colloquij potestate, eadem ferè quæ Ambiorix Titurio, ipsi Ciceroni persuadere conantur, addito etiam de Titurij & Titurianorum cæde. Ceterùm cùm Ciceroni minùs persuaderent, spe sua frustrati, hyberna vallo .xi. pedum, fossa verò .xv. lata, cingunt, trium horarum spacio decem milium passuum in circuitu munitione perfecta: reliquisq; operibus, ex more & consuetudine Romanorum, ad expugnationem excitatis. Hæc ipsi partim ex superiorum annorum cum Romanis militia didicerant, partim etiam à captiuis Romanis edocebantur. Sic hybernis Ro. per septem dies con-

CLADES TITVRIANA IN EBVRONIBVS.

RES CVM NERVIIS FINITIMISQVE GENTIB. DVCE Q. CICERONE GESTAE.

A continuos acerrimè oppugnatis, septimo demùm die, incendio per ignita iacula castris Romanorum iniecto, summa cum difficultate castra à Romanis defensa sunt: cùm intus à tergo flammis torrerentur, pluribusq; simul telis etiam feruefactis incidentibus premerentur: foris verò hostis admotis turribus machinisq; cominùs acriter instaret, ipsiq, vallo inhæreret. Sed tanta fuit ibi Romani militis alacritas, eaq; animi præsentia, vt nemine vel respiciente, sed omnibus fortissimè dimicantibus, plurimis hostium partim vulneratis, partim interfectis, turreque quam ad vallum adegerant incensa, oppugnatores tandem ab omni parte vallo deturbarentur. Interea Cæsar, interceptis literis, quas Cicero frequentes ad ipsum miserat,
B tandem literis per Verticonis (honesto apud Neruios loco nati) seruum perlatis, hisce de rebus cognoscit. Cumque nondum in Italiam peruenisset, conuerso extemplò itinere, parte exercitus è proximis quibusque hybernis euocata, cum duabus legionibus, vixque adeò septem hominum milibus, maximis itineribus ad liberandum Ciceronem contendit, aduentu suo priùs per literas Græcè scriptas, ne à Gallis intelligerentur, Ciceroni indicato. Galli intellecto Cæsarem aduentare, oppugnatione relicta, cum omnibus copijs, quæ erant milium .LX. Cæsari occurrere constituunt. At Cæsar postquam ex literis Ciceronis, quas idem ille Verticonis seruus attulerat, Ciceronem obsidione liberatum, simul & Gallorum copias in se conuer-
C sas accepit: postero die prima luce milia passuum quatuor progressus, cùm castra loco quàm æquissimo muniisset, copias suas quantum potest in angustum contrahit: leuibusque aliquot primò equestribus prælijs commissis, simulatoq; timore, hostem in locum iniquissimum quamproximè suis castris elicit: magno hoc sibi adiumento aduersus tantas hostium copias fore credens, si loco hostibus iniquo pro ipsis castris pugna cõmitti posset. Gallis itaq; propiùs accedentibus, telaq; etiam intra munitiones coniicientibus, ac iam vallum ipsum conuellere, fossasq; implere incipientibus: Cæsar eruptione portis omnibus facta, equitibus, quos habebat ferè quadringentos, emissis, hostem dicto citiùs, nemine obsistente in fugam vertit: plu
D rimis interim occisis spoliatisq;, cùm hostem propter syluas & paludes intermedias longiùs insequi dubitaret, suis omnibus incolumibus, eodem ipso die ad Ciceronem peruenit. Ibi collaudata tum Ciceronis, tum Tribunorum Centurionumque, atque adeò ipsorum militum constantia & virtute, postero item die habita concione milites vt detrimenta accepta æquo animo perferrent, hortatus est. Dum hæc fiunt, fama de Cæsaris victoria per Rhemos ad Labienum & Induciomarum Treuirum celeritate incredibili perfertur. Induciomarus enim statim cæde Cottæ & Sabini intellecta, cum omnibus copijs aduersus Labienum, sperans & hunc posse ex inopinato opprimi, in Rhemos profectus fuerat. Sed intellecta iam Ner-

uiorum

uiorum cæde, castris Labieni, quæ postero die oppugnare decreuerat, relictis, cum vniuersis copijs noctu fugiens in Treuiros reuertitur. Pleræque etiam Armoricæ ciuitates, quæ L. Roscij, qui in Essuis cum legione tertia hybernabat, castra, contractis vndiq; copijs oppugnatum venerant, eodem nuncio de Cæsaris victoria allato cœptis desistentes, fugientibus similes in sua discedunt. Cæsar propter hos Galliæ tumultus, & quòd Galli necdum quietem acturi viderentur, per eam hyemem in Gallia ad exercitum sibi manendum ratus, C. Fabio in Morinos in hyberna remisso, ipse cum tribus legionibus, tribusq; hybernis circa Samarobrinam hyemare constituit: principibusq; cuiusque ciuitatis ad se euocatis, tum minis, tum cohortationibus bonam Galliæ partem in officio & quiete aliquandiu cõtinuit. B

RES ADVERSVS TREVIROS DVCE LABIENO GESTAE.

Induciomarus autem vnà cum Treuiris, missis ad plerasque Germaniæ ciuitates legatis, præmijs & pollicitationibus Germanos vt Rhenum transirent sollicitare nõ destitit: verùm exemplo Ariouisti & Tenchterorum adhuc perculsis cùm persuaderi non posset, vt Rhenum transirent, Induciomarus ad alia cõuersus, exules omnes & condemnatos per vniuersam Galliam, magnis allectos præmijs sibi adiungit, equos à finitimis parat, quantasque potest maximas copias cogit, cum quibus in Carnutes & Senones per Rhemos iter facit. Cumque ex itinere Labieni castra oppugnare cogitaret, Labienus non tam sibi ac legionibus metuens, quàm vt hostem timoris opinione iniecta securiorem redderet, suos intra vallum continuit. C
Interea omni equitatu, quem ex finitimis ciuitatibus acciuerat, noctu in castra recepto, Induciomaro pro consuetudine cum suo equitatu sub ipsis castris vagante, equitibusq; Treuiris tela conijcientibus, verbisq; probrosis Romanos ad pugnam prouocantibus, nullo à Romanis ad hæc dato responso, dum sub vesperam dispersi palantesque discedunt, Labienus duabus portis subitò omni emisso equitatu, perterritos nec quicquam minùs expectantes in fugam vertit. Edixerat suis Labienus, vt omnibus alijs relictis, cuncti vnum peterent Induciomarum, constituto præmio, quicunq; ipsum interfecisset. Sic omnibus in illum vnum intentis, Induciomarus ab insequentibus in vado fluminis deprehensus, occiditur. Caput eius amputatum ad Labienum defertur. Treuiri fugientes ab equitibus Cæsarianis magna ex parte contrucidati sunt. His intellectis, Neruiorum Eburonumq; quæ cõuenerant copiæ, in sua discedunt. Cæsar autem, quanquam Gallis his rebus gestis quietiùs iam agentibus, certus tamen non diu quieturos, maioresq; euidentissimis signis præuidens instare tumultus, in supplementum cum Titurio & Cotta interfectorum, habito per suos delectu, legionem vnam in Gallia Cisalpina conscribit: alteram item à Pompeio, quòd is Reipub. caussa eo anno ad Vrbem maneret, mutuatur. Treuiri interfecto Induciomaro, Ambiorigem ex Eburonibus ad se accersunt: cumq; à pro-

A à proximis Rheno Germanis auxilium non impetrarent, vlterioribus ciuitatibus sollicitatis, quasdam ex illis mercede pacta in societatem belli pertraxêre. Alia ex parte Neruij, Menapij, atque Aduatici, iam in armis erant. Senones quoque, & Carnutes, cum vicinis ciuitatibus secretò conspirarant. His Cæsar intellectis, confestim cum quatuor legionibus in Neruios profectus, vastatis ipsorum agris, maxima pecorũ præda abacta, eosdem mox imperata facere, obsidesq; dare coëgit. Hinc, quanquam aliud se agere simulans, in Senones profectus, cùm inopinatis superuenisset, Senones missis legatis se purgant: Heduisq;, quorum in fide erant, pro eis deprecantib., traditis obsidibus veniam à Cęsare impetrant. Similiter & Carnutes inter-
B cedentibus Rhemis (quorum in clientela erant) missis legatis traditisq; obsidibus, in fidem recepti. Ab his Cæsar totus in Ambiorigem bellumq; Treuericũ conuersus, peracto, quod priùs indixerat, totius Galliæ concilio, ciuitatibus nuper in fidem receptis equitatum imperat. Menapij soli ex omnibus Gallis legatos ad Cæsarem de pace mittere neglexerant. Hi locis palustribus ac saltuosis degentes, Eburonibus finitimi, Ambiorigi iure hospitij iuncti erant. In hos cum expeditis legionibus quinque profectus Cæsar, cùm imparati ad resistendum, cum omnibus suis in syluas paludesq; se coniecissent, omnibus latè incendio vastatis, coactaq; ingenti hominum & pecorum præda, pacem per legatos petentibus, obsides imperat: interdicto MENAPII SVBACTI.
C insuper ne aut Ambiorigem, aut eius legatos intra fines suos admittant: si secus faxint, hostium loco habendi. Treuiri interea cùm Labienum, qui cum vna legione in ipsorum finibus hyberna habebat, adoriri constituissent, cognito duas legiones à Cæsare submissas, auxilia sibi Germanorũ, quæ aduentare credebant, expectanda censent. Horum vbi Labienus per exploratores certior factus, timorem & fugã simulans, tumultu solitò maiore castra mouet, sperans scilicet hostẽ auiditate insequendi, flumen, quod medium inter vtrosq; erat, traiecturum, locoq; iniquo prælium commissurum: nec spe sua frustratus, hostibus in transitu impeditis, signa conuerti, atq; in illos inferri iubet: quod cùm non segniter à Romanis fieret, Treuiri
D vix primum impetum sustinentes in proximas syluas fuga se conijciunt. Quos cum ęquitatu consectatus Labienus, quàmplurimis interfectis, nec paucioribus captis, vniuersam mox Treuirorum ciuitatem in potestatem redegit. Hac clade audita Germani, qui Treuiris auxilium laturi iam iter ingressi erant, comitantibus Induciomari propinquis defectionis auctoribus, in sua retrogressi sunt. Principatus autem Treuirorũ Cingentorigi, qui Cæsari semper vel ab initio fidelis fuerat, delatus est. Cæsar è Menapijs in Treuiros profectus, ponte eodem ferè loco, eademq; ratione qua priùs breuissimo tempore constituto, præsidio in Treuiris ad pontem relicto, reliquas copias omnes cum equitatu Rhenum secundò traijcit. Ibi Vbiorum

TREVIRI SVBACTI.

RHENVS SECVNDO TRAIECTVS.

D satis-

satisfactione, quòd Treuiros nullis subsidijs iuuerant, accepta, intelligit auxilia à Sueuis submissa. Hi denunciatione passim, quà ipsorum patet imperium, facta, auxilia, peditatus, equitatusq; vnum in locum conuenire iusserant. Sed intellecto posteà Cæsaris aduentu, & certiore de viribus ipsius nuncio accepto, in extremos regionis suæ fines cum omnibus copijs sociorumq; auxilijs regressi, ad initia syluæ Bacenis (quæ inter Sueuos & Cheruscos latissimè profundissimeq; patet) Cæsarem expectare constituunt. Hæc postquam ab Vbiorum exploratoribus ad Cæsarem perlata, veritus ne cômeatibus destitueretur, quòd Germani agros negligentiùs & rariùs colerent, nec longiùs sibi procedendum, nec vicissim Germanis omnem reditus sui metum auferendum putauit. Parte igitur pontis, qua Vbios attingebat, in longitudinem pedum ducentorũ rescissa, tum turri quatuor contignationum in ponte excitata, præsidioq; duodecim cohortium ibidem cum C. Volcatio Tullo relicto, ipse ad bellum Ambiorigi inferendum, Sabini & Cottæ legatorum, totiusque adeò cum ipsis deletæ legionis cædem vindicaturus, in Arduennam syluam totius Galliæ maximam, reliquas copias ducit, præmisso cum omni equitatu L. Minutio Basilio: qui tanta celeritate & temporis oportunitate vsus est, vt non solùm nuncium, sed & famam sui aduẽtus præueniret. Hinc factum est, vt Ambiorigi ab omnibus imparato, in sola fuga omnis spes salutis reliqua fuerit, quam ille equo properè & sine dilatione conscenso arripuit, familiaribus comitibusque impetum Romanorum aliquandiu sustinentibus. Reliqui omnes denunciante Ambiorige sibi consulere iussi, finibus suis egressi, quidam in syluas, alij in paludes, nonnulli etiam in proximas insulas profugêre. Segni verò & Condrusi, & ipsi gentes Germanicæ, medij inter Eburones & Treuiros, legatis ad Cæsarem missis, docent non omnium Germanorum, qui cis Rhenum sunt, vnam esse causam: proinde cùm ipsi bello semper abstinuerint, nec Ambiorigi auxilia miserint, hostium loco ne habeantur, rogant. Cæsar igitur receptis, qui ad eos confugerant, Eburonibus, purgationem ipsorum accipere se respondit. Hinc impedimentis omnibus in Vatucam (quod castellum in Eburonibus est, vbi priùs Titurius & Aurunculeius hybernauerant) collatis, Q. Cicerone cum legione quarta decima equitibusq; ducentis, præsidio impedimentis relicto, exercitu tripartito, T. Labienum Oceanum versus, quà Menapij sedes habent, cum tribus legionibus mittit: C. Trebonium cum totidem legionibus, in regionem Aduaticis finitimam ire iubet: ipse cũ pari numero ad Scaldim fluuium, qui tunc Mosam influebat, & ad extrema Arduennæ syluæ, quò Ambiorigem profugisse intellexerat, profectus est: constituto priùs, vt post diem septimũ, facta latè populatione, & prædis vndique abactis, exploratisq; hostium rationibus, eodem ad Vatucam loco omnes conuenirent, noua pro re nata capturi consilia.

A B C D

RES IN EBVRONIB. GESTAE.

Missis

A Missis etiam nuncijs vicinas quasque ciuitates ad deprædandos Eburones euocat. Hac fama exciti Germani qui trans Rhenum erant, inter ceteros Sicambri cum duobus equitum millibus, Rheno transito in Eburonum fines perueniunt: pluribusq; Eburonum è fuga exceptis, & copiosa pecorum armamentorumq; præda ditati, intellecto Cæsarem longiùs abesse, Romanorum verò impedimenta & commeatus intra Vatucam castellum conuecta modico præsidio adseruari, spe opimioris prædæ, relictis Eburonibus ad Vatucam contendunt. Cicero autem cùm Cæsarem longiùs progressum ad diem præscriptum, qui iam aduenerat, minimè adfuturum crederet, quinque cohortes frumentatum mittit. Has sequuti & alij veterani
B trecenti sub vexillo, calonum præterea magnus numerus. Germani, qui syluarum obiectu tecti sub vallum ipsum iam peruenerant, antequam aduentus ipsorum à quoquam perciperetur, castra ex inopinato irrumpere conantur. E Romanis qui in castris relicti erant, egrè impetum hostium sustinuerũt: donec tandem exaudito ab his qui frumentatum ierant in reditu clamore castrensi, discrimineq; suorum cognito, veterani, qui sub vexillo cum frumentatoribus castra egressi fuerant, duce C. Trebonio equite Ro. per medios hostes perrumpentes in castra incolumes perueniunt, sequentibus eodem impetu calonibus, equitibusq;: parte tamen eorum qui colliculum medium inter locum frumentationis & castra occupauerant,
C nec cum ceteris perruperant, interfecta. Sic Germani Vatucæ expugnandæ spe deiecti, cum præda in Eburonibus collecta, quam in syluis, dum ad Vatucam tendunt, occultauerant, trans Rhenum se in sua recipiunt: Romanis ne sic quidem metu liberatis, donec Cæsar vastatis longe lateque agris hostilibus, ipse tandem in castra redisset. Ambiorige autem nusquam inuento, quòd quatuor solùm comitantibus, latebris ac tenebris inuestigantium se diligentiæ eriperet, exercitum in Durocortum Rhemorum oppidum deducit. Ibi concilio totius Galliæ habito, in Acconem Senonensis & Carnutensis conspirationis principem, tum in alios plerosque more maiorum animaduertit. Reliquis legionibus alijs aliò in hyberna concedere
D iussis, commeatuque instructo, in Italiam ad conuentus proficiscitur.

Sub id tempus turbata Romæ P. Clodij cæde Republica, Cæsar vt ea quæ Romæ interea agerentur, citiùs & tutiùs ad se perferrentur, simul ipse si opus videretur, maturiùs accederet, minùs sibi longè ab Vrbe recedendum existimauit. Hinc tanquam negocijs citerioris Galliæ procurandis intentus, solito diutiùs intra Italiam se continuit. Inde rumoribus in Galliam Transalpinam perfertur, Cæsari propter vrbanos tumultus necessariò intra Italiam manendum: qui rumores maximorum statim in Gallia motuum causa extitère, dum Galli tantam pristinæ libertatis recuperandæ occasionem sibi tam oportunè oblatam minimè prætereundam censent.

Posse absente Cæsare omnes legiones, quæ passim apud se in hybernis e- A
rant, opprimi, Romanorumq; iugum semel ceruicibus suis excuti. Con-
uocato igitur super hac re Galliæ totius concilio, dubitantibus reliquis, Car
nutes pollicentur se belli initium facturos. Hi quod verbis promiserant,
vt & facto præstarent, Cotuato & Conetoduno ducibus, Genabum pro-
fecti, ciues Rom. qui eo loci negociabantur, inter alios C. Fusium Cottam
equitem, præfectum rei frumentariæ, occidunt, diripiuntque. Carnutum
audaciam duce Vercingetorige sequuntur & Aruerni. Hic Rex à suis appel
latus, Senones, Parisios, Pictones, Cadurcos, aliasq; plurimas ciuitates haud
inuitas suo iungit imperio: maximoque coacto exercitu in Bituriges pro-
ficiscitur, sollicitatis ad defectionem tum Heduis, tum alijs plerisq; populo B
Rom. confœderatis gentibus & ciuitatibus. Hæc vbi ad Cæsarem perlata,
confestim Italia relicta, in Galliam Cisalpinam cum supplementis profici-
scitur: intellectoq; Lucterium Cadurcum (qui à Vercingetorige in Rhu-
tenos missus, eorundem ciuitatem in partes Aruernorũ traxerat) alijs ple-
risque gentibus sibi conciliatis, cum magnis copijs ad Narbonem iter ha-
bere, nihil sibi ad extremã diligentiam reliqui fecit, vt quoquo modo Nar
bonem ipse prior occuparet. Quò postquam peruenit, confirmatis Narbo-
nensium animis, præsidia locis finitimis prouincialibusq; disponit. Hinc
in Heluios Aruernis cõterminos cum parte copiarum & supplemento Ita-
lico proficiscitur, superatoq; Gebenna, monte inter Heluios Aruernosque C
medio, viaque per niuem, quæ vel ad sex pedum altitudinem iacebat, sibi
patefacta, tandem in Aruernorum fines exercitum non sine summis diffi-
cultatibus perducit: equitatuq; latè regionem omnem populari iusso, ma-
ximum Aruernis terrorem inijcit. His nunciis Vercingetorix è Biturigibus
domum retrahitur: quem Cæsar cum omnibus mox copijs adfuturũ exi-
stimans, maioribusque sibi ad resistendum viribus opus fore intelligens,
biduum in Aruernis commoratus, relicto ibi cum copijs Bruto adolescen-
te, magnis nocturnis diurnisque itineribus primò Viennam pro recenti e-
quitatu, tum ad alia legionum hyberna se confert, missisque ad quas ipse
adire non poterat legiones nuncijs, non antè quieuit, quàm omnes vnum D
in locum coëgit, etiam priusquam Aruernis de aduentu ipsius plenè con-
staret. Vercingetorix alia parte per Bituriges ad Gergobiam Boiorum op-
pidum oppugnandum, exercitum ducit. Huc & Cæsar, præmisso priùs de
aduentu suo ad Boios nuncio, qui illos tantisper in fide contineret, profi-
ciscitur. Ceterùm ne hostibus à tergo relictis commeatus & frumenta dif-
ficiliùs subueherentur, Vellaunodunum Senonum oppidum triduo postq̃
ex itinere oppugnari cœptum, in deditionẽ accipit. Similiter & Genabum
Carnutum: vbi, exercitu per pontem Ligerim flumen traiecto, in Bituri-
ges peruenit. Vercingetorix nuncio de Cæsaris aduentu accepto, relicta Ger
gobia

BELLVM ARVERNICVM.

A gobia Cæsari cum exercitu occurrere statuit. Cæsar tum Nouiodunum Biturigum oppugnabat, iamque oppidani missis legatis, conditionibus præscriptis, plerisque etiam Cæsarianorum intra oppidum admissis, Cæsari se dediderant. Sed postquam Vercingetorigem procul è mœnibus aduentantem conspexère, mutata protinus sententia, in spem auxilij sublati, armis resumptis, portas claudunt, murosque reparant. Cæsar suis qui in oppido fuerant receptis, prælio equestri auxilio equitum Germanorum feliciter commisso, Gallos in fugam conijcit. Hinc oppidani, auctoribus secundæ istius defectionis ad Cæsarem perductis, iterum sese dedunt. Ab his Cæsar ad Auaricum, oppidum Biturigum longè maximum munitissimumq;
B oppugnandum se accingit. Vercingetorix, cùm vbique viribus & fortuna impar, non alia se ratione Romanos superare posse confideret, quàm si pabulatione commeatuq; destituerentur, habito suorum concilio, omnibus consentientibus, vicos, ædificia, atque oppida quæcunque, quæ neq; opere neque situ ad sustinendum Romanorum impetum munita satis videbantur, longè lateq; incendit: idq; non in Biturigibus solùm, incensis vno die plus .xx. vrbibus, sed & in reliquis passim ciuitatibus: vt vix Auarico ipsi, quæ & amplitudine & pulchritudine ceteras ferè totius Galliæ vrbes superabat, deprecantibus suppliciter Biturigibus, parcitum sit. Cæsar interea, qui Auaricum ipsum obsidebat, omnibus circumquaque incensis, in ma-
C ximas rei frumentariæ angustias coniectus, oppugnationem oppidi dimittere constituerat, nisi milites ipsi summa animi constantia & fortitudine tantam ignominiam deprecati, quiduis potiùs perpessuros, quàm re infecta discessuros occlamassent. Vercingetorix verò castra propius Auaricum admouerat, Romanos vti sperabat postridie in pabulatione per insidias oppressurus. Sed Cæsar intellecto hostium consilio, nocte media silentio castris egressus, cùm hostium copias loco munitissimo dispositas videret, vt non sine præsenti periculo prælium committi posse videretur, ad Auarici oppugnationem reuertitur. Quod cùm aliquandiu non minori constantia & virtute, nec minoribus operibus ab oppidanis defenderetur, quàm à
D Cæsarianis non sine summa difficultate, in extrema rerum omnium penuria strenuè oppugnabatur: tandem Cæsar vsus oportunitate imbris subitò cum magna venti violentia effusi, qui propugnatores aliquātisper à muro submouerat, iubet & suos languidius in opere versari, donec tandem propugnacula viris nudata conspiciens, præmio ijs qui primi murum conscendissent proposito, signo dato muros oppidi inuadi iubet. Hinc subitò Cæsarianis omni ex parte magna animorum incitatione, murum defensore vacuum occupantibus, totoq; mox oppido circumfusis, oppidanis omnis fugæ spes eripitur: qui dum abiectis armis fugam angusto portarum exitu frustrà tentant, sine sexus aut ætatis discrimine omnes ferè contrucidantur, AVARICVM CAPTVM.

vix octingentis è quadraginta milium numero reliquis, qui primo clamore audito tempestiuè se ab aduersa oppidi parte muro deiecerant, atque in Vercingetorigis castra peruenerant. Vercingetorix hac clade accepta nihilo animo deiectior, conuocato concilio suos consolatus, & ne animū despon derent cohortatus, castra muniri iubet: & quò damna accepta sarciret, reliquas Galliæ ciuitates, earumq; Principes donis pollicitationibusque quoquo modo sibi iungere contendit: ita factum, vt copiæ prioribus cladibus accisæ, multumque imminutæ, breui tempore supplerentur. Cæsar dum Auarici aliquandiu moratur, vt militem inedia, egestate, & labore defatigatum reficeret, orta in Heduis inter duos primi apud eos nominis, Co tum scilicet, & Conuictolitanem, dissensione, de summa potestate, quæ an nua priùs apud vnum esse solebat, nunc penes duos erat, per legatos à Prin cipibus Heduorum reuocatur. Hinc statim in Heduos profectus, conuocato Senatu, ijsq; inter quos controuersia erat, Coto abdicare coacto, magistratum Conuictolitani confert. Sic ea dissensione composita, Heduos ad concordiam exhortatus, equitatum omnem & peditum decem milia ab eisdem sibi deposcit. Exercituq; bipartito, Labienum cum quatuor legionibus & parte equitatus in Senones & Parisios ire iubet: ipse cum reliquo equitatu & sex legionibus in Aruernos ad Gergouiam secundum flumen Elauer tendit. Eòdem mox Vercingetorix cum suo exercitu ab altera ripa, medio inter vtrumque exercitum fluuio Elauere, cuius pontes omnes priùs resciderat, iter facit, castraque Cæsaris castris aduersa in opposita ripa locat. Sed Cæsar parte copiarum sibi retenta, reliquis legionibus iter consuetum conficere iussis, medio ferè itinere subsistit: vnoque è pontibus ab Vercingetorige dirutis, cuius pars inferior integra adhuc remanserat, celerrimè refecto, hisque quas secum habebat copiis flumen traductis, loco castris idoneo delecto, reliquas item copias quamprimùm ex itinere reuocatas traducit. Vercingetorix intellecto Cæsarem transmissis copijs tergis suorum imminere, cùm se dubio pugnæ euentui committere nollet, Gergouiam magnis itineribus præcurrit. Eòdem Cæsar, mox cum omnibus copijs subsequutus, postquam peruenit, vrbis situm in editissimo munitissimoq; monte contemplatus, omni subitaneæ expugnationis spe deposita, longiori obsidione opus esse intelligit, leuibusq; ibi primùm hinc inde equestribus prælijs concursum. Interea apud Heduos Conuictolitanes, cui Cæsar supremum apud suos magistratum adiudicarat, pecunia ab Aruernis corruptus, Litauico fratribusq; eius nobilissimis adolescentibus, perfidiæ socijs atque administris, nouorum tumultuum nouæque defectionis auctor extitit. Auxilium illud decem milium peditum, quod Cæsari ab Heduis mittendum fuerat, Litauico ducendum tradi curat. Litauicus fratribus suis cum alijs quibusdam à se subornatis ad Cæsarem præmis-

TVMVLTVS IN HEDVIS.

sis,

A sis, atq; ad se redire iussis, cùm iam non amplius triginta milibus passuum ab Gergouia abesset, fingit sibi ab illis quos præmiserat nunciatum, equitatum Heduorum, tum alios plerosque suæ ciuitatis nobilissimos, proditionis falsò insimulatos, à Cæsare indicta causa necatos, in his Eporedorigem & Viridomarum Principes ciuitatis, fratres item suos quos præmiserat. Hæc pro concione coram vniuerso exercitu, per quosdam qui ab ipso priùs edocti fuga cædem se euasisse comminiscebantur, pronunciari iubet: iritatisq; hoc mendacio suorum animis, vt se Aruernis iungant facilè persuadet. Quin etiam missis nuncijs, eadem vniuersæ Heduorũ ciuitati nunciat, sperans se, quos priùs ad violandam fidem inducere non poterat, hoc

B saltem mendacio ad vlciscendum tam atroces iniurias concitaturum. Sed Cæsar hac Litauici fraude per Eporedorigem ipsum detecta, confestim cũ quatuor legionibus expeditis ad Heduorum agmen proficiscitur: interdictoq; suis ne quenquam Heduorum interficerent, Eporedorigem & Viridomarum, quos Litauicus interemptos mentitus fuerat, procedere, suosq; appellare iubet. Ea ratione Litauici perfidia vniuerso exercitui manifestata, Hedui pœnitentes supplicesque veniam armis proiectis petunt. Litauicus autem cum aliquot è suis clientibus Gergouiam ad Aruernos fuga se recipit. Cæsar nuncijs hac de re sine mora ad Heduos missis, intellectoque medio ferè itinere, castra se absente non sine summo periculo oppugnata,

C eundemq; casum suos etiam in posterum diem manere, maxima cum festinatione vel ante ortum Solis cum suis in castra peruenit: paruaq; Gergouiæ expugnandæ spe reliqua, cùm maiores in Gallia motus timeret, exercitum inde deducere cogitabat: oblata tamen occasione, & oportuno vsus stratagemate, trinis hostium castris, quæ vacua conspexerat, potitur. Sed iniquitate loci paulò pòst perspecta, veritus ne spe prædæ, simul pugnandi studio miles maiori se periculo inconsideratiùs obijceret, receptui cani iubet. Ceterùm tantus fuit militum ardor, vt nõ audito tubæ sonitu, ad Gergouiam ipsam expugnandam raperetur. Et iam L. Fabius Centurio manibus suorum sublatus, primus murum occupauerat. Reliquis dehinc

D extemplò subsequutis, parùm absuit quin oppidum eo impetu caperetur, ni Romani, quanquam virtute superiores, numero tamen & loco, quo iniquissimo constiterant, inferiores, auctis superuentu Vercingetorigis hostium copiis, ab oppidanis repulsi, acerrimam ac difficillimam Gergouiæ oppugnationem relinquere coacti fuissent, accepta clade non parua, desideratisq; è suis plus minus quingentis. Inter quos præter L. Fabium, & M. Petreium Centuriones, qui fortissimè dimicantes, hostium multitudine oppressi, in ipsis muris occubuêre, & alij Centuriones. XLVI. interfecti sunt. Cæsar postridie pro cõcione increpata primùm militum temeritate, quòd proprio vsi consilio, spretoq; ducis imperio, ad signum receptus non substi tissent,

tissent: posteà confirmatis eorundem animis, ne hoc casu deijceretur, duobus prælijs cum Vercingetorige prosperè commissis, castra in Heduos mouet, quòd ne nunciis quidem Cæsaris ad se missis, quietem acturi viderentur, Litauico præsertim cum omni equitatu, ad concitandos in Cæsarem totius ciuitatis animos profecto. Eporedorix verò & Viridomarus, sub prætextu ciuitatis contra Litauici perfidiam in officio & fide retinendæ, in Heduos se à Cæsare præmitti petunt: quibus ipsis quanquam Cæsar non vsquequaq; fideret, cùm iustis tamen de causis minimè retinendos putaret, commemoratis priùs suis in Heduos meritis, cum certis mandatis à se dimittit. Illi impetrato cómeatu digressi, postquam Nouiodunum Heduorum oppidum peruenissent, interfecto, oppidanorū auxilio, præsidio Ro. ciuibus item & negociatoribus Romanis, prædam omnem inter se partiuntur. Hanc ibi copiosissimam offenderunt, quòd Cæsar & obsides & pecuniam publicam, tum frumentum, ceteraque exercitus impedimenta, magnumque adeò equorum ad bellum coëmptorum numerum ibi deposuerat. Ipsum autem oppidum, ne eo belli receptaculo Romani vterentur, incendunt: pertractaq; in societatem rebellionis vniuersa ciuitate, hostili prorsus in Romanos animo cuncta gessêre. Cæsar autem quò minùs exercitum in Heduos perduceret, Ligeri flumine, qui hybernis auctus niuibus in immensum excreuerat, impeditus, mutato consilio, conuersoq; itinere ad Labienum in Senones nocturnis diurnisq; itineribus contendit. Labienus dum ea quæ suprà commemorata sunt à Cæsare geruntur, Lutetiæ Parisiorum expugnatione frustrà tentata, castris summo silentio egressus, Melodunum Senonum oppidum, in Sequanæ insula, vt & Lutetia situm, concesserat: profligatisq; oppidanis, oppidum ipsum cum vniuersa insula occuparat, ponteq; quem hostes paulò antè resciderant, restaurato, exercitum iterum Lutetiam versus duxerat. Parisij intellecto Labieni aduentu, ponte rescisso, oppidoque incenso, intra paludes, quæ Sequanam influunt, se receperant. Ceterùm Labienus nuncio sub hæc de Heduorum defectione accepto, prælio ex itinere cum Camulogeno Aulerco, qui summam imperij apud Parisios tenebat, non infeliciter commisso, omnique ferè hostium multitudine cum ipso duce Camulogeno interfecta, Agendicum, vbi totius exercitus impediméta erant, reuersus, inde cum omnibus copijs ad Cæsarem pergit. Hedui interea sollicitatis omnibus ferè ciuitatibus, plurimisque ex his in suam sententiam pertractis, cùm imperium sibi in reliquas ciuitates deposcerent, reliquis dissentientibus, habito demùm super hac re totius ferè Galliæ concilio, omnium consensu Vercingetorix huic bello Imperator deligitur, inuitis tamen taciteq; indignantibus, principatum sibi ereptum Heduis: quos vel hinc maximè sui consilij pœnitere cœpit, Eporedorigem imprimis & Viridomarum, summo apud Heduos loco natos

RES APVD PARISIOS DVCE LABIENO GESTAE.

HEDVORVM DEFECTIO.

BELLVM GALLIC. DVCE VERCINGETORIGE ARVERNO.

A natos adolescentes. Vercingetorix summo iam imperio accepto, obsides reliquis ciuitatibus, Heduis Segusianisq; pedites imperat: fratremq; Eporedorigis in Allobroges, alios in alias populi Ro. prouincias, ad bellum inferendum, agrosque depopulandos mittit. Cæsar verò cùm interclusis omnibus itineribus, neque ex Prouincia, neque ex Italia auxilia commodè submitti posse videret, equites & leuis armaturæ pedites è Germania transrhenana accersit. Qui vbi iam aduenêre, exercitum statim per Lingonum fines, & per Sequanos Prouinciam versus ducit. Vercingetorix sperans Romanos, ne in Prouinciam suis opem laturi peruenirent, itinere intercludi posse, agmine tripartito Cæsari in Sequanis obuiam progressus,
B Romanos transitu prohibere cœpit. Cæsar ex aduerso equitatum quoque suum tripartitum in hostem immittit: factoq; concursu acerrimè vtrinq; dimicatum est, donec tandem Galli ab equitibus Germanis, qui & corporum mole & robore præstabant, loco pulsi, plurimis passim interfectis, nobilissimisq; aliquot Heduorum captis, & ad Cæsarem perductis, in fugam vertuntur. Vercingetorix fuso omni suo equitatu, pedestres copias in oppidum Mandubiorum Alexiam celeriter perducit: quem Cæsar quamproximè potuit assequutus, tribus hostium milibus è nouissimo agmine occisis, postridie & ipse castra ad Alexiam locat. Id oppidum edito colle situm, cùm non nisi longa obsidione capi posse videretur, vallum ipsi Cæsar cir-
C cumducit. Vercingetorix autem sub ipso oppidi muro intra fossam & maceriam sex pedum altitudinis suas copias habebat, munitionibusque Ro. nondum absolutis, equestri prælio in planicie, quæ ante Alexiam in longitudinem trium milium passuum extendebatur, summa contentione vtrinque commisso, Vercingetorix, cùm impetum eorum, quos Cæsar suis subsidio miserat, Galli non sustinerent, plurimis suorum cæsis, nec paucioribus præ timore in oppidum irrumpentibus, omnibus denique fusis fugatisque, tandem toto prælio superatur: pabuloque & reliquis commeatibus destitutus, nocte omnem à se equitatum ad suam quemque ciuitatem dimittit, reliquas omnes copias in oppidum recipit. Hæc vbi Cæ-
D sari nunciata, ne quà oppidanis exitus pateret, oppidum nouis inusitatisq; operibus cingit: similibusq; ferè munitionibus & ab altera parte quattuordecim milia passuum complexus, castra aduersus exteriorem hostem tutatur, prospecto sibi priùs de triginta dierum pabulo & frumento. Interea communi omnium Galliæ Principum consilio, non quidem, vt Vercingetorix per equites suos mandarat, omnes qui per ætatem armis habiles essent, conuocantur: sed omnibus ferè ciuitatibus, non solùm Galliæ, sed & Heluetijs, Rauracis, alijsque aliquot Germanicæ gentis ciuitatibus, auxiliorum certus numerus indicitur: ita vt peditum coacta sint ducenta quadraginta, equitum verò octo milia. His omnibus in Heduorum finibus con-

E uenire

uenire iussis, cum summa imperij præficiuntur Comius Atrebas, Viridomarus & Eporedorix Hedui, & Vergasillaunus Aruernus Vercingetorigis consobrinus: qui hoc cum numero copiarum, summa omnium alacritate, victoriam vel certissimam spe gestiente præcipientes, Alexiam rectà contendunt. Interim deficiente Alexiæ omni re frumentaria, cùm dies, quo auxilia adesse iussa erant, iam effluxisset, varijs inter obsessos sententijs certabatur, quibusdam deditionem, alijs eruptionem suadentibus: tandem vt rei frumentariæ penuriam subleuarent, Mandubios, quorum oppido recepti erant, cum liberis, vxoribus, ceterisque bello inutilibus expellunt: qui cùm nec à Romanis, quibus & ipsis commeatus angustior erat, reciperentur, inter hostes & suos fame & inedia confecti, longè miserrimo mortis genere periêre. Hæc dum Alexiæ geruntur, Comius & reliqui, qui iam cum omnibus auxiliorum copijs aduenerant, occupato colle, quingentis nec ampliùs à Romanorum munitione passibus considunt. Die postero equitatu hinc inde producto, acerrimè à meridie ad Solis vsque occasum dubio euentu pugnatum est: donec tandem Germani confertis turmis, impetu in Gallos facto, circumuentis cæsisque Gallorum sagittarijs, qui inter equites cum aliquot leuis armaturæ peditibus versabantur, reliquos in fugam vertunt. Parte alia eodem ferè tempore Cæsariani Gallos cædentes in castra vsq; propulerant. Hæc ab Alexianis è locis superioribus despecta, non minoris tristitiæ oppidanis occasionem dedêre, quàm anteà auxiliorũ aduentantium aspectus lætitiam excitarat: desperataque iam victoria in oppidum, vnde priùs ad primum auxiliorum & Romanorum concursum egressi erant, se recipiunt. Sub medium noctis sequentis Galli maximo apparatu exteriores Romanorũ munitiones expugnare parant: eodem tempore & Vercingetorix, significatione foris per clamorem facta, alia ex parte in obiectas oppido munitiones insultum facturus, suos oppido educit. Sed Galli cùm eminus è turribus & propugnaculis crebris assiduisque telorum iactibus, quò minùs propiùs munitiones Romanorum accederent, prohiberentur: rursus in scrobes & foueas, quas Romani ante munitiones perfecerant, leuiq; cespite & vimineis cratibus intexerant, frequentes passim deciderent, stimulisq; & stipitibus acutis occultè in terra defixis seipsos induerent: postquã nihil à se profici vident, veriti Romanorum sub diem è castris eruptionem, antequam ad munitiones peruenirent, pedem referũt: similiter & oppidani ab altera parte, vbi suos discessisse vident. Postea, re ad hunc modum bis infeliciter gesta, Galli consilio aliter inito, castra munitionesq; tribus lateribus oppugnare aggrediuntur: vno, à campestribus, siue exterioribus munitionib. vnde & priorem oppugnationẽ tentarant: altero, à colle, qui ad Septentrionalem castrorũ plagam eminebat, quẽ Romani suis operibus circundare non poterant: tertio, per Vercingetorigem à parte oppidi.

A B C D

Pugna-

A Pugnatum est diu & acriter omnibus locis, summa cum difficultate, maximè Romanorum, quòd illi totis munitionibus distracti, diuersò distinerentur. Tandem virtute Cæsaris & Labieni legati, eruptione è munitionibus facta, Galli in fugam vertuntur: quibus in equitatum, quem Cæsar à tergo in hostes miserat, incidentibus, maxima est edita strages, Sedulio Lemouicûm Principe præter ceteros occiso, Vergasillauno capto, signisq; hostilibus septuaginta quattuor ad Cæsarem perlatis, paucissimisque ex omni numero superstitibus, reliqui qui in castris remanserant, fuga salutem quæsiere. Qui verò in postremo agmine hærebant, ab equitatu Cæsaris, pars capti, pars occisi, reliqui fuga alij aliò elapsi, in suas quisq; ciuitates per-

B uenêre. Oppidani fuga & cæde suorum perspecta, & ipsi à munitionibus in oppidum regressi, postridie missis legatis, vel ipso Vercingetorige auctore, armis traditis sese dedunt: Cæsariq; pro castris intra munitiones sedenti, Principes Aruernorum atque Heduorum adducuntur, inter ceteros ipse Vercingetorix. E captiuis, Hedui Aruerniique, obsidum loco, donec ciuitates reciperentur, futuri, retenti sunt. Ex reliqua turba vniuersò exercitui singula capita prædæ nomine distributa. Cæsar hinc in Heduos profectus, mox vniuersa ciuitate recepta, similiter & Aruernis imperata facturos per legatos pollicentib., magno obsidum numero imperato, captiuorum Heduorum & Aruernorum plus minus viginti milia ciuitatibus suis reddi iu- ALEXIA FVSO GALLORVM EXERCITV CAPTA. HEDVI RECEPTI.

C bet. Vercingetorix, quanquam supplex Cæsari, propter ingratitudinem tamen, quòd magnis à Cæsare beneficijs affectus fuisset, in vincula coniectus, posteà in triumphum productus, occidique iussus est. Obsessorum intra Alexiam numerus centum & septuaginta milium fuisse creditur, præter eos quos vel sexus, vel ætas, bello inutiles reddebat. Cæsar his rebus gestis, legatis alijs aliò cum legionibus in hiberna missis, ipse Bibractem Heduorum oppidum hibernatũ concessit. Romæ verò propter eius anni res prosperè & feliciter gestas, viginti dierum supplicatio ipsi decreta est. Post hæc Cæsar, cognito plerasque Galliæ ciuitates, repetitis conspirationibus, noua belli consilia capere: nihil priùs duxit, quàm initijs ipsis occur- SVPPLICATIO .XX. DIERVM DECRETA. NOVI IN GALLIA MOTVS.

D rere, Gallisq; ex inopinato oppressis, omne consilij, si non capiendi, saltem in effectum deducendi, spacium præcidere. Hinc M. Antonio Quæstore hibernis præfecto, pridie Kal. Ianuarias in Bituriges, qui conspiratione facta iam bellum parabant, exercitum ducit: itinereque celerrimè confecto, nulla aduetus sui significatione, dum suos incendijs abstinere iubet, facta, Bituriges equitatu suo priùs oppressit, quàm illi ex agris in oppida se recipere possent: qua festinatione, facilè eos quasuis pacis conditiones, vel lubentissimis animis accipere coëgit. Militibus autem in premium laborũ, quos illi itinere difficillimo per intensissimum frigus hiberno tempore maxima diligentia confecto, perpessi erant, viritim ducenos sestertios, Centu- ANTONIVS QVAESTOR. CAESARIS IN MILITES LIBERALITAS.

rionibus duo milia nummûm in prædam diuisit, legionibus quadragesimo pòst die Bibractem in hiberna reductis. Hac Cæsaris diligentia & celeritate & aliæ passim ciuitates permotæ, belli consilia deposuêre. Haud multò pòst, Cæsare iam in hiberna reuerso, legati à Biturigibus missi, auxilium aduersus Carnutes, à quibus bello lacessebantur, petunt. Hos Cæsar, cum duabus legionibus in ipsos profectus, primo aduentus sui nuncio ita terruit, vt relictis vicis oppidisque passim per agros dispersi profugerent. Cæsar occupato Genabo Carnutum oppido, milites aduersus durissimas hiemis tempestates, intra tecta Gallorum recipit. Equites verò, peditesq; auxiliarios, ad persequendos Carnutes mittit. Qui cùm proprijs tectis eiecti, nec à terrore hostium insectantium, nec à cæli hiberni iniurijs, tutum vsquam perfugium inuenirent, magna suorum parte amissa, à vicinis quibusque ciuitatibus è fuga excipiuntur. Dum hæc geruntur, Rhemi missis legatis nunciant, Bellouacos inter ceteros Belgas virtute bellica primos, cum finitimis ciuitatib. duce Corbeo Bellouaco & Comio Atrebate, copias cogere: Suessionibusque, qui in Rhemorum clientela, eorumq; fratres & consanguinei erant, præcipuè minitari. C. igitur Trebonio cum duabus legionibus Genabi in hibernis relicto, reliquis verò legionibus ex diuersis hibernis ad se euocatis, in Bellouacos tendit. Ibi à speculatoribus hostium cognoscit, Bellouacos omnes qui arma ferre possent, vnum in locum conuenisse: cumq, finitimis ciuitatibus, Ambianis, Aulercis, Caletis, Velocassijs, & Atrebatibus, loco edito paludeque cincto castra posuisse, impedimentis omnibus in siluas conuectis: multitudini autem Corbeum Bellouacum, flagrantem insigni po. Ro. odio, præesse: Comium verò Atrebatem ad auxilia Germanica dimissum: constituisse præterea Bellouacos, reliquis ciuitatibus consentientibus, si modò cum tribus tantùm legionibus occurrisset Cæsar, prælio decertare: si cum pluribus, eo quem castris elegerant loco, se continere, auxiliaq; expectare. Hinc Cæsar, cùm aciem ita instruxisset, vt paucitate suorum, quæ quattuor tamen vt quàm minimùm legionum erat, ad Bellouacos relata, hostem ad pugnam elici posse speraret: illi tamen acie pro castris instructa, loco se minimè mouerent, miratus, castra hostium castris aduersa ponit, valloq; duodecim pedum, & fossa duplici pedum quindecim, turribus alijsq; maximis operibus munit: cumq; leuibus tantùm prælijs subinde inter vtraque castra commissis, nunc Romanis, nunc Gallis paludem transeuntibus, Bellouaci obstinatiùs loco munito se continerent, nec quod Cæsar imprimis optabat, iustæ pugnæ potestatem facerent, maiorib. sibi ad oppugnanda hostium castra copijs opus esse cognoscit. C. itaque Trebonium cum duabus legionibus è Genabo, T. verò Sextium cum vna è Biturigibus ad se euocat. Pluribus interim diebus per istiusmodi velitationes inter vtraque castra consumptis, Rhemorum

BELLVM CVM BELLOVACIS BELGISQ. FINITIMIS.

A B C D

A morum tandem equitatus, qui in exercitu Cæſaris erat, pabulationi præſidio miſſus, Bellouacorum inſidijs circumuentus, interfecto ipſo ciuitatis Principe Vertiſco, opprimitur. Quo ſucceſſu Belgæ animis efferuntur. Sed cognito mox nouarum legionum, quas Trebonius adducebat, aduentu, Alexianæ obſidionis exemplo territi, omnes ætate & viribus bello impares nocte à ſe dimittunt. Quod vbi orto iam die Cæſar intellexit, palude quæ media interiacebat, pontibus ſtrata, exercituque magna celeritate traducto, legiones propiùs admouet, ita vt tela tormentis in hoſtes mitti poſſent. Cumq; acie inſtructa, hoſtes quoque in acie pertinaciter permanere videt, nec aliter præliari paratos, quàm ſi Romanus collem ſubiret, caſtra
B eo loco munit. Dumq; opere iam abſoluto, inſtructis legionibus, equitibusq; pro vallo diſpoſitis, Bellouaci Cæſarem ad ſe inſequendum paratum vident, ſtratagemate vſi, Cæſarem eludunt. Quemadmodum in exercitu Romano, Triarijs à tergo aliorum poſt principia altero genu innixos, altero verò poplite porrecto ſubſidere moris erat: ita & poſterior agminis Gallici pars, dum prior in acie ſtat, poſt alios faſcibus è virgultis inſidere ſolebat. Hos faſces Bellouaci per manus à poſterioribus traditos, qui primi in acie conſiſtebant, ante ſe locant, & ſigno dato ignem ſub veſperam omnibus ſimul inijciunt: ſic obiectu fumi atque flammæ conſpectu ſui, ſimulq; inſequendi facultate Cæſarianis erepta, concitatiſſimo curſu ſeſe proripien
C tes, nulla accepta clade, milia paſſuum decem progreſſi, loco non minùs tuto caſtra locant. Ibi cùm ſubinde ex inſidijs Romanos in ſuis pabulationibus infeſtarent, tandem Cæſar, hoſtium conſilio, locoq; inſidiarum cognito, maioribus ſolitò copijs pabulatum eductis, poſt longam pari Marte & contentione dimicationem ſuperior, maiori hoſtium parte à ſuis in prælio interfecta, ceteros in fugam verſos, alios aliò diſijcit: plurimiſque etiam ex his ab inſequentibus occiſis, dux ipſe Corbeus fortiſſimè dimicans, non paucis à ſe in prælio vulneratis, cùm ſe dedere nollet, à Cæſarianis occiditur. Comius verò Atrebas ad Germanos, quorum auxilia adduxerat, profugit. Reliqui Bellouaci, communi ceterorum Belgarum conſilio, legatis ad Cæ-
D ſarem de pace miſſis, culpam deprecantur. Cæſar reſponſo dato, ſatiſfactũ ſibi ea pœna quam iam exſoluiſſent, imperatis obſidibus, legatos remittit. Bellouacorum exemplum & reliquæ mox ciuitates ſequutæ ſunt. BELLOVACI CVM FINITIMIS SVBACTI.

Hoc bello confecto, Cæſar exercitum plures in partes dimittit. Ipſe retento ſibi cum legione M. Antonio Quæſtore, euocatoq; T. Labieno, in Eburones ad depopulandos Ambiorigis fines proficiſcitur. Qui cùm Romanorũ manibus fuga ſe ſemper ſubtraheret, ita vt capi non poſſet, Cæſar finibus ipſius flamma & ferro latè vaſtatis, maximo Eburonum numero tum capto, tum interfecto, T. Labienũ in Treuiros, quòd imperata minùs promptè obirent, cum duabus legionibus mittit: quos ille prælio feliciter com- TREVIRI SVBACTI.

 miſſo

missos, pluribus interfectis, Principibusq; ipsorum captis, facilè in potestatem redegit. Interea in Pictonibus à C. Caninio & C. Fabio legatis, aduersus Dumnacum hostium ducem, qui Duracium amicum Po.Ro. ad oppidum Lemouicûm obsidebat, res prosperè & feliciter geruntur, Dumnaco obsidionem relinquere coacto, atque in fugam verso, prædaque copiosissima, & magna suorum cæde multato. Is equitatu suo ex fuga in Romanorũ equitatum se insectantem conuerso, prælio decertare ausus, postquam diu acriter hinc inde pugnatum, tandem legionum aduentu in fugam conuersus, ampliùs duodecim milibus interfectis, omnibus impedimentis exuitur, solusq; finibus suis pulsus, errabundus in extremas Galliæ ciuitates profugit. C. Fabius alter legatorum, cum parte copiarum in Carnutes aliasque ciuitates, quæ Dumnaco subsidia miserant, profectus, datis obsidibus, Carnutes reliquasq; ciuitates maritimas, quæ Armoricæ appellantur, statim in potestatem redegit. C. verò Caninius ad persequendum Drapetem Senonem, qui fuso fugatoque Dumnaco, cum duobus hominum milibus è fuga collectis, iuncto sibi Lucterio Cadurco, in Romanorum Prouinciam iter habebat, vt eum à Prouincia auerteret, cum duabus legionibus proficiscitur. Quem vbi aduentare Lucterius & Drapes cognouere, occupato Vxelloduno oppido Cadurcorum munitissimo, subsistunt: copijsq; intra oppidum receptis, opera potissimùm Lucterij, qui rebus integris auctoritate apud suos valebat, oppidanorum animos sibi conciliant. Caninius postquam eò cum exercitu venit, conspicatus oppidum præruptissimis rupibus situm, ita vt vel nemine defendente, ascensus armatis difficillimus videretur, trinis castris loco excelsissimo locatis, oppidum vallo cingere aggreditur. Ibi oppidanis, reuocato in memoriam Alexianæ obsidionis euentu, metuentib. ne & sibi frumento destitutis, similis casus subeundus foret, proxima nocte Drapes & Lucterius, duobus milibus in vrbe relictis, ceteros omnes educunt: comparataq; quàm maxima frumenti copia, cùm decem ferè passuum milibus ab oppido castra haberent, Drapes præsidio castris relinquitur, Lucterius verò cum reliqua copiarum parte hora noctis ferè decima, occultis angustisque itineribus, frumentum vrbi inferre conatur. Ceterùm cùm vigiles exploratoresq; Ro. minimè falleret, Caninius suis è castellis proximis celeriter eductis, facto in frumentarios impetu, vniuersa ferè multitudine interfecta, ipsum Lucterium cum paucis fuga salutem quærere cogit, nemine ex omni numero in castra reuerso. Hinc cladis nuncio nondum in castra perlato, Caninius præmisso equitatu peditibusq; Germanis, cum parte copiarum castra hostium versus subsequitur. Cumq; inopinantibus inexpectatus superuenisset, acri prælio cõmisso, omnibus partim occisis, partim cum ipso Drapete duce captis, hostium castris maxima cum præda potitus, ad obsidionem Vxelloduni suos inte-

RES A CANINIO FABIOQ. LEGATIS CVM PICTONIB. FINITIMISQ. POPVLIS GESTAE.

A B C D

A integros, nemine vel desiderato vel saucio, reducit: quò cùm eodem die C. Fabius cum suis copijs accessisset, oppidum & is alia parte circumsedit. Hæc vbi Cæsar dum in Carnutibus moratur, ex literis Caninij cognoscit, motus Vxellodunensium contumacia, simul metuens ne hanc & reliquæ Galliæ ciuitates in exemplum traherent, cum omni equitatu in Cadurcos profectus, C. Calenum legatum cum duabus legionibus iustis se itineribus subsequi iubet. Cumq; Vxellodunum venisset, situm oppidi contemplatus munitissimum, vt quanquam maximis cinctum operibus, oppugnari tamen posse parùm spei superesset: intellectoque oppidanis de frumento abundè prospectum, vt ne diuturna quidem obsidione ad deditionem cō-
B pelli posse viderentur, neque ideo tamen ab obsidione recedendum existimans: hoc solùm restare videbatur, vt aquatione oppidanos prohiberet: quod cùm auerso fluuio, qui ad imas montis radices fluebat, minùs liceret, sagittarijs funditoribusq; loco idoneo dispositis, oppidanos à flumine, quò ipsis ex prærupto monte non sine summa difficultate descendendum erat, arcebat. Ceterùm cùm accessu fluminis prohibiti, aquatione fontis, qui sub muro ciuitatis maximus erat, vterentur, Cæsar operibus maximis excitatis, oppidanos similiter fontis aquatione prohibere conatur. Hæc cùm sine intermissione ab oppidanis ferro & flammis magno cum Romanorū detrimento oppugnarentur, tandem simulata à Cæsare ab omni parte op-
C pidi oppugnatione, hostes ab impugnatione operum ad muros defendendos retrahuntur. Romani interim incendio, quo maior operum pars iam correpta erat, restincto, cuniculisque actis, fontem venis intercisis exhauriunt. Hinc oppidani cùm non homines solùm, sed & pecora reliquaq; iumenta siti conficerentur, in summam salutis desperationem adducti, Cæsari se dedunt. Ille, quò diuturniore exemplo reliquos Gallos à simili perfidia deterreret, omnibus qui arma sumpserant, manus abscindens, vitam concessit. Drapes autem, partim tædio captiuitatis victus, partim peiora metuens, inedia seipsum confecit. Luterius verò ab Epasnacto Aruerno amico po. Ro. cuius se potestati permiserat, Cæsari traditus est. Hæc
D vbi confecta, reliqua Gallia iam pacata, Cæsar in Aquitaniam, quam ipse nunquam adierat, sed per legatum tantùm P. Crassum subegerat, proficiscitur, missisq; legatis & obsidibus omnes facilè Aquitaniæ ciuitates dicto audientes habuit. Hinc æstate exacta Narbonem, quæ & ipsa suæ prouinciæ erat, cum equitatu petens, reliquum exercitum cum suis legatis in diuersa hiberna, in omnes ferè Galliæ partes mittit. Ipse rebus omnibus constitutis, in Belgium ad quattuor legiones, quas eò cum quattuor legatis miserat, Nemetocernæ hibernaturus consedit. Hæc ferè sunt, quæ nouem annorum spacio Cæsar in Gallia, tum per se, tum per legatos gessisse traditur, subactis trecentis, vel vt alij tradidère, quadringentis Galliæ populis, oppidis

VXELLODVNVM CAPTVM.

RES A CAESARE IN GALLIA GESTAE.

dis octuaginta vi captis, prælijs triginta commissis, vniuersa denique Gallia Pop. Ro. subiecta, atque in prouinciæ formam redacta. Quibus rebus felicissimè & fortissimè gestis, absoluto ferè altero imperij sui quinquennio, cùm tempus, quo sibi prouincia excedendum, exercitusq; dimittendus foret, instare cognosceret, nihil tam studuit, quàm prouinciam quoquo modo in fide & quiete continere, ne qua ingruens belli necessitas, suum in Italiam discessum moraretur. Singulas itaque ciuitates honorificè appellando, Principesq; earum præmijs & muneribus prosequutus, atq; adeò omni parendi cōditione leuiori effecta, vniuersam Galliam quoad potuit in pace continuit. Hieme his fermè rebus extracta, in Italiam quamprimùm proficiscitur, M. Antonio Quæstore ad petitionem Auguratus præmisso: quem quum Antonius frequentissimis municipiorum & coloniarum suffragijs, vel ante Cæsaris in Italiam aduentum adeptus esset, Cæsar singula municipia, singulasque colonias adiens, pro officio Antonio ad postulationem suam in petitione Sacerdotij præstito, gratias agit: simul etiam petitionem suam secundi Consulatus in sequentem annum eisdem commendat. A quibus honorificentissimè maximisque studijs exceptus, quum vniuersam propè Galliam Togatam, magna cum festinatione peruagatus esset, T. Labieno eidem Galliæ præfecto, ibiq; relicto, Nemetocernam ad exercitum reuersus est. Ibi exercitum bipartitus, quattuor legiones cum C. Trebonio in Belgio collocat, totidem cum C. Fabio in Heduos mittit, præsidijsq; ciuitatibus impositis, obsidibus tributisq; imperatis, ipse in Italiam redit. A

ANTONIVS AVGVR FACTVS. B

Hæ quanquam maximæ præclarissimæq;, res gestæ, tametsi Romæ apud populum Cæsaris gratiam gloriamque plurimùm augerent, apud optimates tamen non eodem ab omnibus animo accipiebantur. Pompeius inter alios, qui amissa Iulia coniuge, (firmissimo inter se & Cæsarem dum viuebat necessitudinis vinculo) Crasso item apud Parthos interfecto, (qui medius inter vtrumque mutuæ inter ipsos dum viueret amicitiæ quasi sequester fuerat) multum iam de suo in Cæsarem studio deposuerat, crescentem indies Cæsaris tum gloriam tum potestatem suspectam habere cœpit, eamq; non tam palàm quàm clam impugnare deprimereq; studebat. Senatus quoque maior pars alienioribus in Cæsarem animis, in Pompeium erat propensior. Cumq; in vrbe per id tempus & iudicia & comitia largitionibus corrupta essent, nec magistratus per suffragia populi, sed profusissimis largitionibus, sæpè etiam per vim & arma fœda concertatione peterētur: ita vt turbato ciuitatis statu, respublica primis aliquot anni mensibus & Consulib. & alio omni magistratu caruerit. Hinc omnia plena factionibus, cædibus, & maleficijs, interfecto inter cetera à Milone in via Appia Clodio Consulatus competitore: vnde maximi statim in vrbe tumultus excitati, septimoque demùm mense, neque sine maximis turbis, C D

Cn. Do-

A Cn. Domitius Caluinus, M. Valerius Messalla Coss. creati sunt. His tantis malis hoc solùm remedij videbatur restare, vt ad vnius alicuius arbitrium summa potestas deferretur, qui tantos reipublicæ motus sua prudentia sedare posset. Ad quam rem, quanquam Cæsar, qui maximis rebus gestis vel Pompeij gloriam adæquarat, præ ceteris maximè idoneus plerisque videretur, proinde Dictatorem esse creandum: Senatus tamen Cæsari iniquior, Pompeium potissimùm, cui eam Dictaturam deferret, elegit: quam cùm verbis quidem Pompeius recusaret, re vera autem affectaret, Cato tandem auctor Senatui fuit, vt Dictator ne fieret, sed sine collega Consul dictatoria potestate crearetur. Ita Pompeius præter exemplum B primus Romanorum consulatum solus adeptus, omnia vicissim ex Senatus sententia administrabat: multaque in restitutionem iudiciorum, & ad ambitum reprimendum, inhibendasque munerum corruptelas, promulgauit. Legem præterea de comitiis & iure magistratuum tulit, quæ omnes deinceps magistratū petituros comitiis interesse iuberet, absentium rationem haberi vetaret. Sanciuit quoque, vt quicunq; à primo suo consulatu in illum vsque diem magistratus gessissent, actorum rationes reddere cogerentur: frementibus atque ægerrimè vtrumq; hoc Pompeij decretum ferentibus Cæsarianis, quòd priore quidem Cæsar à secundi consulatus petitione summoueretur, altero verò, acta consulatus eius in disquisitionem C vocarentur. Præter hæc, M. quoque Marcellus, qui Pompeio in consulatu cum Ser. Sulpitio successerat, Pompeijq; partes sequebatur, nondum expleto altero imperij Cæsari decreti quinquennio, ad Senatum retulit, vt bello iam confecto, exercitus Cæsari adimeretur, prouinciaque discedere iusso ante tempus succederetur, eiusque absentis ratio in comitiis ne haberetur: quanquam hunc Pompeius posteà nominatim in lege sua excepisset. Coloni insuper, quos Nouumcomum Cæsar paulò ante in Alpibus deduxerat, vt iure Latij, quo Cæsar eos donauerat, priuarentur, retulit. Sed hæc quò minùs perficerentur, Pompeius obstitit, non tam quòd dignitati Cæsaris consultum vellet, quàm simulatione amicitiæ: quodque maximis D eius in rempub. meritis indignum videretur, si nulla legitima caussa, aut delicto subsistente, imperiū illi ante tempus abrogaretur: interim hoc agens, vt statim absoluto legitimo tempore, priuatus, armis depositis, dimissoq; exercitu, in vrbem redire iuberetur. Quare Pompeius, quum etiamnum Cæsari amicus videri vellet, eumque per alios q̄ per se in priuatorum ordinem redigi mallet: C. Claudium C. F. Marcellum, Cæsari quidem affinitate iunctum, sed aliàs inimicissimum, L. item AEmilium Paullum, & ipsum Cæsari infestissimum, Consules in annum proximum designari curauit. C. verò Curionem, qui eloquentia & gratia apud plebem plurimùm valebat, & Cæsarem iampridem odio prosequebatur, ad Tribunatum plebis

CN. DOMIT. CALVIN. M. VALER. MESSALLA. COSS.

POMPEIVS COS. III. SINE COLL.

M. CLAVD. MARCELL. SER. SVLP. RVFVS. COSS

C. CLAVD. C. F. MARCELL. L. AEMILI. PAVLLVS. COSS DES.

euexit, Cæſaris vtique dignitatem & potentiam ſe per hos facilè impugnaturum, infracturumq; ſperans. Interim ſub ſpecie belli Parthici legiones duæ in Syriam ad Bibulum, qui id bellum adminiſtrabat, mittendæ S. C. decernuntur: vna à Pompeio, altera à Cæſare. Pompeius itaque legionem, quam pridem Cæſari poſt Titurij Sabini & Cottæ cladem cõmodatò miſerat, repetit. Hanc Cæſar viritim ducenis quinquagenis drachmis donatam remittit, ſimul etiam vnam è ſuis. Hæ cum nullo apud Parthos periculo Capuæ hiemaſſent, poſtmodum à C. Marcello Cos., intellecto Cæſarem aduentare, Pompeio traditæ ſunt. Cæſar contrà, qui vel ſtatim à Iuliæ morte hæc euentura multò antè animo præſagienti præſenſerat, feruente adhuc Romæ cædis Clodianæ tumultu, intellectóque conſulatum à B Senatu vni Pompeio ſine collega deferri, miſſis legatis eundem cum Pompeio conſulatum petierat. Ceterùm, quanquam Pompeio minimè repugnante, reliquis tamen reclamantibus, non obtinuit: opera tamen Tribunorum plebis, qui illum Pompeio collegam deſtinarant, hoc aſſecutus eſt, vt abſenti ſibi ſecundi conſulatus petitio concederetur. Præterea, quò ſe contra Senatus inuidiam, aduerſariorumque iniurias muniret, nullo non officiorum & largitionis genere vnumquemque tum publicè tum priuatim ſibi deuincire ſtuduit, ne libertis quidem ſeruiſque, qui apud patronos dominósve gratia valebant, aut obæratis prodigiſque, imò ne reis quidem (niſi ſi qui grauioribus implicarentur criminibus) abſtinens, quin & C hos omnes liberalitate ſua ſubſidioque ſubleuaret: omniumque adeò ordinum, ſed populi præcipuè & militum, ſtudia atque animos ſibi quoquo modo adiungere obnixè laborauit. Hinc forum cuius aream HS milies comparauerat, maximis impenſis de manubiis exſtruere cœpit. Munus quoque gladiatorium, & epulum daturum ſe populo in funere filiæ promiſit. Legionariis autem duplex ſtipendium in perpetuum decreuit. Frumentoque militibus, quando affluebat, ſine modo & menſura diſtributo, aliiſque munificentiæ generibus eorundem animos mirè ſibi conciliauit. Tyrones quoque, quibus priùs in ludis publicis diſciplina tradi ſolebat, priuatim domi per Equites & Senatores rei militaris peritos, D erudiendos curauit. Pompeij autem neceſſitudinem quò ſibi retineret, neptem ſuam Octauiam, quamuis Caio Marcello elocatam, ei obtulit: filiam ipſius viciſſim, Fauſto Syllæ deſponſatam, ſibi vxorem dari poſtulans. Nec his contentus, Reges quoque & prouincias vniuerſas, ſibi quauis ratione demereri non ceſſauit: & præter Italiæ, Galliæ, atque Hiſpaniæ vrbes, plurimas quoque Aſiæ & Græciæ maximis operibus ædificiiſque exſtructis exornauit. Quæ omnia, quum propria auctoritate, & ſine Senatus aut populi decreto ab illo fierent, vel hinc potiſſimùm factum eſt, vt plerique ſucceſſorem ei ante tempus mittendum cenſerent.

Non

A Non ignorans autem Cæsar, Romæ hoc vnum & à Senatu,& ab aduersarijs agi, vt omnino in priuatorum ordinem redactus, omniq́ue potestate priuatus,actorum suorum rationem reddere cogeretur: quum aliquandiu per Ser.Sulpitium M.Marcelli collegam restitisset,intellecto tandem Consules in sequentem annum,qui sibi decreti imperij postremus erat,designatos,L.AEmilium Paullum,C.Claudium Marcellum: Tribunum item plebis factum C.Curionem,æquè omnes sibi infestos,rebus suis metuens,primùm habitis delectibus nouum militem conscripsit, pecuniasq́ue alendo exercitui,& bello,si opus foret,ducendo,vndecunque conflauit. Et ne tandem vi & armis omnia sibi conficienda forent, Consulum quoque & Cu-
B rionis animos sollicitare non destitit. E quibus Marcellus quidem nec verbis nec muneribus flecti potuit: cum Paullo autem numeratis mille quingentis sestertijs, ne sibi aduersaretur, depactus est. Curionem verò, quem vel ad quidlibet multitudini persuadendum, facundia & gratia apud populum plurimùm posse intelligebat,quum graui fœnore atque ære alieno obnoxium liberasset, sibi reconciliauit, dataque mercede acerrimum partium suarum defensorem sibi adsciuit. Qui, ne statim in Cæsaris partes transisse videretur, vtq; dum inter Cæsaris inimicos versatur, eorum quæ in Cæsarem struerentur,conscius esset,occultato propositi sui consilio,initiò quidem non minore contentione quàm aliorum quiuis Cæsarem im-
C pugnabat: posteà ne tam alteri partium,quàm publicæ quieti & tranquillitati studere velle videretur, ad liberandam omni metu Rempub. censebat,vtrique,Pompeio nimirum & Cæsari,imperium abrogandum,exercitumq; ab vtroque dimitti oportere. Sed tandem quæsita quauis occasione, qua meritò à Pompeianis diffidere videretur, Cæsarianarum partium acerrimum propugnatorem sese præstitit, negans omnino Cæsari successorem mittendum,nisi abrogato priùs & ipsi Pompeio imperio: ne scilicet non sine periculo penes vnum tantum relinquatur imperium: vtrumque igitur & imperium & exercitum dimittere cogendum: ni Senatus iussis paruerint, ambos potiùs hostes iudicandos, conscriptisq́ue nouis legionibus
D bello persequendos,quàm vt exercitu & imperio penes Pompeium relicto, Cæsar vtroq; priuetur. Neque enim minùs Reipub. interesse, Pompeium metu Cæsaris in officio contineri,quàm Cæsarem metu Pompeij. His indignatus Pompeius, multaq; priùs Curioni stomachabundè & per iracundiam comminatus,Senatu egressus,in suburbanam villam secessit. Ibi varijs de Cæsare exercituq; eius rumoribus ad se perlatis, tanquam is propter continuos & diuturnos belli labores, manifestissimamq́ue affectati regni suspicionem, non minùs militum suorum q̃ populi in se odia pertraxisset: proinde vbi primùm è Gallia in Italiam redijsset, facilè ad se vel vniuersum Cæsaris exercitum transiturum. His & similibus vocibus delinitus, & in

ſpem ſupiniorem erectus, neglectiùs ſupiniusque iam agebat, exercitibus comparandis, quibus Cæſari ſi opus foret, occurreret, minùs intentus: contentus interea nunc ſententijs, nunc orationibus infeſtis Cæſarem oppugnare: quanquam defendentib. Cæſarem L. Paullo altero è Coſs. Lucioq; Piſone tum Cenſore, nihil aut parùm proficeret. Romæ itaque in Senatu diuerſis de Pompeij & Cæſaris imperio ſententijs diu variatum eſt, Curione potiſſimùm pro Cæſare ſtrenuè decertante. In cuius ſententiam, cenſentis vtriq; imperium abrogandum, tandem longè maior Senatorum pars diſceſſit, indignante C. Marcello Coſs. altero, exclamanteque: Vincite tandem, vt Dominum habeatis Cæſarem. Orto dehinc in vrbe falſo de Cæſaris ad vrbem aduentu rumore, omnibus metu perculſis, Marcellus cum collega ociùs ad Pompeium in ſubvrbanum pergit: gladioq; illi porrecto, curam cuſtodiamq; vrbis ſuſcipere iubet: traditisq; duabus legionibus, quæ à Cæſare ad bellum Parthicum, vt ille putabat, miſſæ, Capuæ hibernabant, omniq; adeò exercitu qui vſquam in Italia erat eidem cõceſſo, data ad hæc etiam habendorum nouorum delectuum facultate, aduerſus Cæſarem proficiſci iubent. Quæ cùm ſub exitum ſui conſulatus fierent, veritus Marcellus ne parùm firma aut diuturna forent, à L. Cornelio Lentulo, C. Claudio M. F. Marcello Coſs. deſignatis, quos ſecum adduxerat, vti eadem Pompeio mandarentur, curauit: qui & legiones, & cetera quæ à Coſs. offerebantur, haud inuitus accepit. Interea Curio, quum partibus ſuis in defendenda Cæſaris cauſſa pulchrè expletis, nihil ſibi ad ſummã contentionem reliqui feciſſet, deplorato apud plebem rerum præſentium ſtatu, poſtulatoque vt Coſs. edicerent, ne quis Pompeio delectus habenti nomen aduerſus Cæſarem daret, quum nõ obtineret, metuens ne expleto Tribunatu priuatus in iudicium raperetur, necdum finito magiſtratu ad Cæſarem properat. Cæſar verò conuentibus in citeriore Gallia iam peractis, cum quinque peditum milibus, equitibus trecentis, quos ſecum è Gallia adduxerat, intentus ijs quæ Romæ gerebantur, Rauennæ, quæ extrema prouinciæ ſuæ vrbs erat, ſubſiſtebat. Ibi Curionem ad ſe venientẽ, pro officio præſtito gratias agens, magna cum humanitate excepit: factusq; ab eo certior de ijs quæ Romæ de ſe acta erant, quanquam ſuadente Curione, vt omnibus mox legionibus è Gallia atque Illyrico conuocatis, ad vrbem proficiſceretur, priuſquam auxilium rebus ſuis ab armis peteret, omnes pacis conditiones tentare maluit. Quare per amicos cum aduerſarijs paciſci conatus eſt, vt Gallia Ciſalpina cum duabus legionibus, vel certè Illyricum cum vna, dum Conſul crearetur, ſibi relinqueretur, ceteris prouincijs reliquoq; exercitu lubenter ceſſuro. Scriptis quoque ad Senatum & Coſs. literis, poſt honorificam rerum à ſe geſtarum, ſuorumq; in Remp. meritorum cõmemorationem, deprecatus eſt, ne aduerſariorum inuidiæ

&ca-

A & calumnijs,exercitu imperioque nudatus,obijceretur: sed tantisper dum Consul fieret, exercitum retinere posset, imperiumque ei vel in citeriore Gallia prorogaretur: aut si ne id quidem obtineri posset, vt & Pompeius secum exercitum dimittere, imperiumq; deponere iubeatur, se perlubenter exercitum dimissurum, & imperium depositurum: quod si Pompeius facere recusaret, se quoq; exercitum retenturum, venturumq; propediem vlturum & suas & patriæ iniurias. Literas in hanc sententiam scriptas, Curioni Romam deferendas tradit. Quæ vbi perlatæ ipsis Kalend. Ianuarijs, quo die noui Coss. L. Cornelius Lentulus C. Claudius M.F. Marcellus consulatum inibant, vix summa M. Antonij Tribunipl. contentione B effectum est,vt in Senatu publicè recitarētur. Quibus ferè perlectis,vbi ad postremam earum partem ventum esset,quæ continebat,ni Pompeius exercitum dimittat, venturum Cæsarem vlturum suas & patriæ iniurias, ab omnibus statim conclamatum est, bellum à Cæsare vltrò denunciari: variantibusq; subinde sententijs,alijs aliter censentibus,diu in curia decertatū est: donec tandem importunitate Coss. Lentuli imprimis, & M. Catonis, factum est,vt tantùm non ab inuitis & coactis iretur in sententiam Q. Metelli Pij Scipionis,soceri tum ipsius Pompeij,censentis,Cæsarē nisi ad diem certam exercitum dimittat,videri contra Remp. facturum. Cui sententiæ à M. Antonio & Q. Cassio Longino Tribunispleb. intercessum est,Curio-C nis sententiam probantibus, scilicet,vt vterque imperium deponeret. Qui dum contentiosiùs,quò minùs Metelli sententia perferretur,nequicq̄ resistunt, tandem curia excedere iussi,veriti ne quid acerbiùs de se Senatus decerneret, metu etiam Pompeianorum,qui aduentare credebantur,interim & à Lentulo Cos. seorsim moniti, seruili habitu, vehiculoque meritorio sumpto, vnà cum C. Curione ad Cæsarem nocte proxima proficisci festinant. Senatusconsultum itaque in Metelli sententiam factum est. Deinde ante diem .VII. Id. Ianuar. factum est & aliud Senatusconsultum, cui non nisi extremis periculosissimisq; Reipub. temporibus locus esse solet: Darent operam Coss. Prætores, Tribuni plebis, quiq; ad vrbem Con-D sulares essent, vt ne quid Respub. detrimenti caperet. Posteà & alio S.C. pecunia Pompeio ex ærario dari iussa: simul etiam Gallia prouincia L. Domitio Ahenobarbo decreta,aliæ verò prouinciæ alijs,è quibus Metello Scipioni Syria obuenit. Consul vterque paludatus, nouo neq; ante illud tempus vsitato exemplo, votis nuncupatis extra vrbem proficiscitur, delectus per totam Italiam habentur, pecuniæ per omnia municipia exiguntur,arma imperantur, reliquaq; bello necessaria comparantur. Cæsar interea, qui Rauennæ æquissimis suis postulatis responsum expectabat, intellectis iniquissimis Senatus in se decretis,has sibi vel iustissimas belli ciuilis caussas habere visus,aduocata concione,multa apud milites de Senatus,

L. CORN. LENTVLVS C. CLAVD. M. F. MARCELLVS. COSS.

BELLI CIVILIS INTER CAESAREM ET POMPEIVM INITIVM.

Pompeij, aduersariorumq; in se & Rempub. iniurijs conquestus, hortatur **A** vt cuius ductu & auspicijs nouem annis per vniuersam Galliam & Germaniam omnia felicissimè & fortissimè gesserint, eius quoque dignitatem & auctoritatem ab inimicorum violentia defendant. Ad hæc quum alacriter à tertiæ decimæ legionis militibus, qui tum aderant, acclamatum esset, cognita suorum voluntate, Centuriones cum cohortib. extra prouinciæ suæ fines Ariminum pacato habitu & itinere præmittit. Ipse quum per totum diem spectaculo publico interfuisset, nec frequenti conuiuio abstinuisset, ne quam discessus sui suspicionem daret, cœna nondum absoluta tanquã corpore malè affecto digressus, clàm occultis insolitisq; itineribus, iunctis ad vehiculum è proximo pistrino mulis, itineri se cõmittit, paucis quidem **B** comitantibus, reliquis verò diuersis itineribus se sequi iussis. Quumq; extinctis luminibus per tenebras à via aberrasset, sub ortum Solis, duce itineris sibi assumpto, relictoq; vehiculo, cohortes ad Rubiconem, qui prouinciæ suæ terminus erat, Galliamque ab Italia diuidebat, pedibus assequutus est. Ibi dum cogitabundus subsistit, subijt animo eius quantum esset id quod moliretur, & quantum secum malorum tantilli fluuioli transitus traheret. Quumque tacitus apud se aliquandiu animi deliberationes ac consilia nunc in hanc, nunc in illam partem volueret, tandem ad Asinium Pollionem aliosq; amicos astantes conuersus: Etiam nunc (inquit) regredi liberum est, si ponticulum transierimus, cuncta armis peragenda erunt. **C** Dum sic dubitabundus cunctabundusque deliberat, oblato sibi ostento, Eamus, inquit, quò Deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat. IACTA EST ALEA. Sic exercitu Rubiconem traiecto, Ariminum etiam

ARIMINVM RECEPTVM.

ante lucem occupat. Conuocatisque ibi militibus, Tribunos plebis & Curionem, qui eò ad se confugerant, vili adhuc habitu indutos, vt spectaculi indignitas militum animos magis moueret, in concionem producit, eaque quæ Romæ acta erant narrare iubet. Quorum orationi ipse ea quæ præsens rerum status exigebat, subiungens, scissaque veste non sine lachrimis fidem militum implorans, animos suorum grauissimis virorum clarissimorum iniurijs anteà iritatos, magis etiam ad vltionem incendit: motisq; **D** castris exercitum, qui tunc aderat, rectà Romam ducit: reliquas legiones hibernis euocatas, se sequi iubet. Interea legati ad Cæsarem à Pompeio missi, L. Cæsar adolescens, cuius pater Cæsaris legatus erat, item L. Roscius Prætor: quibus hoc à Pompeio iniunctum, vt purgatione sua apud Cæsarem facta, viderent, num quibus conditionib. res inter eos componi posset. Et certè videbatur Cæsar vel anteà non iniquas concordiæ conditiones admissurus, Cicerone præsertim tam apud ipsum Pompeium, quàm Cæsaris amicos, sedulò adlaborante: nisi inclinatum Pompeij animum, paratumq; præter exercitum, cetera omnia Cæsari concedere, Lentulus Cos. quique cum

A cum eo Cæsari infestissimi conspirarant, in cõtrariam partem impulissent. Legati eadem quæ Cæsar literis priùs à Senatu petierat, ad Pompeium perferre iubentur: quæ si præstentur, omnesque in Italia arma deponant, & Respub. metu libera Senatui populoq; Ro. permittatur, se quoque æquissimo animo quieturum, prioresq; iniurias Reipub. condonaturum: addito, velle se cum Pompeio super hisce colloqui, quando ita demùm meliùs omnis illa controuersia componi posse videretur. Ceterùm, quum præter dubia & incerta Pompeij promissa, nihil æquioris responsi afferretur, postulantibus Coss. & Pompeio, vt Cæsar dimisso exercitu in Galliam reuerteretur, neque ipsis intereà delectum intermittentibus, nullo etiam colloquij loco, aut tempore assignato, Cæsar omni spe pacis & concordiæ præcisa, Arimini delectibus inuicem habendis insistens, M. Antonium cum quinque cohortibus Aretium mittit: Pisaurum, Fanum, Anconam, singulis cohortibus occupat: Tignium etiam municipium, quod Thermus Prætor cum quinque cohortib. occuparat, summo omnium municipum consensu, fugiente Thermo per Curionem recipit. Inde Auximum profectus, Accio Varo (is municipium præsidio tenebat) à Decurionibus priùs excedere, rebusque suis consulere iusso, ab eisdem intra oppidum receptus est. pars militum Varianorum domum reuersi, pars ad Cæsarem transiêre, actæq; Auximatibus à Cæsare gratiæ. Hæc vbi Romam etiam in maius perlata, maxima repentè consternatio & terror vrbem inuasit. Hunc, cùm prodigia & signa cælo obseruata, tanquam dira quædam & horrenda vrbi protendentia, tum tumultuosissimæ agrestiũ omnis sexus, Cæsarem iam cum copijs adesse clamitantium, in vrbem commigrationes, mirum in modum auxêre. Multa hinc, vt in summa trepidatione rebusq; desperatis solet, à ciuibus consternatis pauidisq; Coss. nullo certo firmoq; consilio facta: omniaq; passim fuga, eiulationibus, ploratibusq; miscebantur. Ipse quoque Pompeius, non expectato legatorum à Cæsare reditu, Capuam ad exercitum cum plurimis Senatorij ordinis vrbe excesserat, caussatus ibi delectus commodiùs se habiturum, bellumq; faciliùs administraturum: re vera autem metu, ne exercitum dimittere cogeretur. Discedens, Consules cum vniuerso Senatu omnibusq; magistratibus subsequi, pecuniamque omnem, ipsaque adeò donaria sacra è templis secum ferre iubet: impunitateq, omnibus qui se sequerentur concessa, hostium se loco habiturum, quicunque ad vrbem remansissent, professus est. Consules itaque Lentulus & Marcellus, allato postridie certiore de Cæsaris aduentu nuncio, cum plerisque magistratuum vrbe relicta Pompeium sequuntur. Senatores autem, quid potissimùm in re tam ancipiti caperent consilij, animis suspensi, cùm in curia pernoctassent, plerique etiam ex ipsis primo statim diluculo vno quasi agmine & ipsi Capuam rectà ad Pompeium contendunt

ARETIVM, PISAVRVM, FANVM, ANCONA, RECEPTA.

TIGNIVM, AVXIMVM RECEPTA.

(Margin letters: B at "quij loco", C at "maius perlata", D at "turum: re vera".)

tendunt: quidam verò, quòd vel Cæsarianarum partium essent, vel certè A
neutri studerent factioni, in vrbe remansère. Cæsar dum Romæ trepidatur, per vniuersum Picenum ab omnibus æquissimis animis acceptus, rebusque necessariis adiutus, Cingulum etiam (quod oppidum propriis sumptibus Labienus exstruxerat) missis legatis in fidem accipit. Asculum deinde, è quo P. Lentulus Spinter paulò antè à suis militibus desertus, profugerat, occupat. Ibi Cæsar intellecto Pompeium & Coss. Roma excessisse, L. autem Domitium, quem successorem sibi Senatus destinauerat, Corfinium cum præsidio triginta cohortium tenere, ne tam Romam tanquam victoriæ præmium, quàm aduersarios petere videretur, missis passim per vniuersam Italiam litteris, quibus omnes bono securoque animo esse iubebat, Corfinium ad Domitium exercitum ducit. Is à Vibullio Rufo de Cæsaris aduentu certior factus, cohortes quinque præmiserat, qui ponte rescisso transitu Cæsarianos prohiberent: sed Domitiani prælio ab antecursoribus Cæsaris commisso à ponte pulsi, in oppidum reijciuntur. Ita Cæsar duabus, quas secum habebat, legionibus traductis, castra ad murum oppidi ponit, eaq; per triduum magnis operibus communit, frumentaque è municipijs comportari iubet. Aduenerat interea & octaua legio, cohortesq; è Gallicis delectibus.XXII., equites autem à Norico Rege missi plus minus trecenti. His Cæsar locum castris ad alteram oppidi partem attribuit, Curionemque iis præficit. Domitius autem, recusante Pompeio auxilia quæ per litteras petierat mittere, quòd præter eius consilium se intra Corfinium contulisset, ceterùm suadente, vt Corfinio relicto Brundusium ad se cum exercitu properaret: responso Pompeij apud milites in contrarium recitato, tanquam mox cum subsidio adfuturi, Pompeio iungi cupiens, clàm cum amicis fugæ consilium capit. Quo tamen statim euulgato, milites missis ad Cæsarem legatis, nunciant paratos se ipsum oppido recipere, & Domitium viuum ei in manus tradere, ceteraque imperata facere. Cæsar tamen, quum oppidum direptioni, & militari licentiæ obiicere nollet, eos qui ad se venerant collaudatos in oppidum remittit. Postridie quoscunque Senatorij atque Equestris ordinis, Tribunos item militum & Decuriones, qui è municipiis plurimi eò confluxerant, ad se produci iubet. Inter hos erant Domitius & Lentulus Spinter, qui Asculo relicto Corfinium fugerat: item Vibullius Rufus, Sex. Quintilius Varus Quæstor, & L. Rubrius. Hos pro concione paucis alloquutus Cæsar, de suis in Rempub. atq; ipsos meritis, deq; inimicorum, atq; adeò ipsorumqui ibi aderant in se iniurijs, omnes incolumes à se dimittit: facta Domitio potestate, vt siquidem in partibus manere vellet, vtra magis ei probaretur, eam sequeretur, nisi ab armis decedere, & quietem agere mallet. Quandoquidem Cæsar vel ab initio professus fuerat, amicorum se loco habiturũ, qui neutri partium adhæ-

CINGVLVM RECEPTVM

ASCVLVM RECEPTVM

CORFINIVM RECEPTVM.

A adhæsissent. HS quoque sexagies, quod Domitius secum ex publico in stipendium militum apportarat, ad se delatum, Domitio reddi iussit. Sed Domitius cum plerisq; alijs ad Pompeium se recepit. Dum hæc ad Corfiniũ geruntur, Antonius à Cæsare in Sulmonenses missus, ab oppidanis portis apertis obuiamq; progressis recipitur. Horũ oppidum C. Lucretius & Accius Varus cũ septem cohortium præsidio tenentes oppidanos, ne Cæsaris potestati se permitterent, aliquandiu prohibuerant: sed audito Antonij aduentu se de muro deijcientes fuga salutem quæsierant. Ex his Accius captus & ad Cæsarem perductus, venia impetrata dimissus est. Sed postq̃ fama de Cæsaris in Domitium Domitianosq; clementia Romam perlata est, ma

SVLMONENSES RECEPTI.

B xima eaq; insperata vniuersam mox vrbem inuasit lætitia, plurimiq; metu exuto è media fuga domũ se recepêre. Pompeius autem, qui tum fortè Luceriæ erat, intellecto Corfinium circumsideri, pluresq; indies ad Cæsarẽ transire, Italiæ retinendæ spe deiectus, quũ Cæsare Gallias adhuc obtinente, iter sibi in Hispaniam prouinciam suam, vbi exercitũ habebat, interclusum sciret, fretus Asiaticorum Regum populorumq; in se studijs, relicta Italia mare Ionium cum exercitu, ijsq; qui sibi aderãt Senatorib. traijcere statuit. Luceria itaque primò Canusium, inde ipsis feralibus .VIII. Cal. Mart. Brundusium pergit, Consules, quos cum magna parte copiarũ Dyrrachium in Epirum premittere constituit, subsequuturus, vbi primùm naues, quæ par

C tem exercitus cũ Coss. transuexerant, redijssent: sperans scilicet alieno anni tempore per summã nauium penuriam neminem se trans mare persequuturum. Ceterùm Cæsar, postq̃ Domitianos milites suo adegit sacramento, septimo postq̃ ad Corfinium venerat die, castris motis in Apuliam proficiscitur: inde Brundusium contendit, nihil tam cupiens, q̃ Pompeio Brundusij vel capto, vel oppresso, bellum intra Italiam conficere. Hinc Brundusium diuersis operibus oppugnare, Brundusiniq; portus vsum Pompeianis eripere, exitumq; obiectis molibus intercludere instituit. Interim ne à pacis conditionibus abhorrere videretur, primùm per Cn. Magium præfectum fabrûm Pompeij à suis captũ, tum per Caninium Rebilum legatum, Pom-

D peium ipsum ad colloquium euocat: spem faciens non iniquis conditionibus ab armis discedi posse, si colloquij potestas fiat. Verùm Pompeius, dato responso, quòd Coss. abessent, sine illis nihil de cõpositione agi posse, contrarijsq; interim operibus Cæsaris opera & munitiones perrumpens & disturbans, tantisper oppugnationem sustinuit, dum classis, quæ exercitum transportauerat, rediret: in quam impositis cum silentio militibus, aliquot tamen propugnatorib. in muro & turribus oppidi ad speciem relictis, vrbe insuper inædificata, & vias ipsas vrbis, fossis transuersim ductis, sudibus, stipitibus, trabibusq; præacutis in terram defixis, aliáve quauis ratione impediens, naues sub noctem Idib. Mart. soluit, propugnatoresq; signo quo cõ-

uenerat à mœnibus vt simul naues conscendant, reuocat. Cæsar autem A fuga Pompeianorum per oppidanos, qui in Cæsarem q̃ Pompeium procliuiores erant, è tectis significata, ad .xv. Cal. April. Brundusium recipit. Et quamuis ad negocium maturè conficiendum q̃ primùm & quasi è vestigio, Pompeio nondum transmarinis copijs cõfirmato, mare sibi transeundum censeret, cognito tamẽ naues omnes sibi à Pompeio præreptas, nec sine longiori mora alias posse cogi, omisso in præsens Pompeium persequendi consilio, meliùs duxit Italiam, & quicquid à tergo relinqueretur præsidijs cõfirmare, atq; in Hispaniam, quæ à Pompeianis tenebatur, proficisci. Ad Italiæ itaq; præsidium partem copiarũ Brundusij, aliam item Tarenti, Hydrunti aliam relinquit. Contractisque Brundusij per municipiorum Duumuiros B quãtis poterat nauibus, Q. Valerium legatum cũ legione vna in Sardiniam, quam M. Cotta obtinebat, Q. Curionem Proprætorem cũ tribus legionib. in Siciliam, quæ Catoni obuenerat, mittit: addito, vt Sicilia recepta, exercitum in Africam, quam Tubero sortitus erat, traduceret. Sardi eiecto statim Cotta, atq; in Africam profugo, Q. Valerium recipiunt. Cato verò apparatibus bellicis in Sicilia instruendis intentissimus, audito Curionis aduentu, multa de Pompeio, qui bellum imparatus ab omnibus temerè suscepisset, pro cõcione questus, proditum se & Remp. ab eo clamitans, ad Pompeium se per Corcyram contulit. Cæsar itaq; spacio .LX. dierum vniuersa Italia citra sanguinem potitus, Romam ante Cal. April. peruenit: pacatioremq; q̃ C putarat inueniens, Senatum Cal. April. extra pomerium ab Antonio & Cassio coactum, oratione benigna alloquutus est: se non studio patriæ bellum inferendi, sed quò dignitatem suam aduersus inimicorũ iniurias tueretur, arma sumpsisse: nec tam priuatarum iniuriarum vindictam, q̃ legum morumq; antiquorum, & pristinæ in comitijs suffragijsq; ferendis, petendisq; magistratib. libertatis assertionem sibi propositam habuisse: postulationũ præter hæc suarum æquitatem exponit: iniuriarum acerbitatem docet: reliquaq; quæ ad pacem conseruandam à se facta erant, recenset: deniq; eundem ordinem vt secum Remp. administrandam suscipiat, hortatur: legatos etiam ad Pompeium de pace mittendos censet. Populum quoq; ipsum, qui D frequentissimus extra vrbem confluxerat, metu Syllanorum temporũ ferè exanimem, nõ absimili oratione confirmat: multaq; priùs de se pollicitus, deinceps benè sperare iubet, filijs etiam eorũ, qui à Sylla proscripti fuerant, ad honores & magistratus admissis. Quamuis aũt Senatui ea quæ à Cæsare de legatis ad Pompeium mittendis dicebantur, probarentur, metu tamen Pompeij, qui hostium loco habiturũ se edixerat, æquè eos qui Romæ mansissent, atq, hos qui in castris Cæsaris fuissent, nemo hanc legationem suscipere sustinuit. Sic diebus aliquot frustrà consumptis, spe pacis abiecta, Cæsar de pecunijs ex ærario ad bellum gerendum sumendis, rogationem tulit.

BRVNDVSIVM RECEPTVM.

SARDINIA RECEPTA.

CAESARIS IN VRBEM ADVENTVS.

Huic

A Huic tamen rogationi, vt & alijs plærisque Cæsaris actionibus, L. Metellus Trib. plebis, ab inimicis Cæsaris instigatus, sua intercessione obstitit. Sed Cæsar, quum clauibus non inuentis (quòd has Consules secū abstulerant) securibus ærarium perfringi iuberet, Metello pertinaciùs resistenti, mortem, ni desisteret, comminatus, ærarioq; recluso, etiam sanctiores thesauros, in illum vsq; diem intactos, quiq; per Gallicos tumultus in extremam necessitatem, etiam cum execratione eius quicunque eos nisi solius belli Gallici caussa mouisset, depositi erant, abstulit: Rempublicam, perdomitis à se Gallis, ita vt nihil ab eis ampliùs immineret periculi, religione solutam prædicans. Sic pecunia publica potitus, cuius partem militibus, alijsq; dilargitus est, M. AEmilium Lepidum Præfectum vrbis cōstituit, M. autem Antonium vniuersæ Italiæ, præsidijsque Italicis præfecit. Prouincias verò, Siciliam Curioni, Sardiniam Q. Valerio, Illyricum C. Antonio, Galliam citeriorem Licinio Crasso decernit. Classes præterea duas, vnam ad inferi, alteram ad superi maris tutelam instruit: ex his vni Hortensium, alteri Dolabellam præficit. His rebus in vrbe peractis, confirmataq; ad hunc modum Italia, ipsa quoque Gallia iam pacata, in Hispaniam ante omnia, quæ in Pompeium propensior, à Legatis Pompeianis Afranio, Petreio, & M. Varrone, cum exercitibus veteranis tenebatur, expeditionem parat, professus se ire ad exercitum sine duce, rediturum verò ad ducem sine exercitu. Pompeius interea postquam nocte soluisset cum reliqua parte copiarum, Dyrrachij se suosq; exponi iubet, pluribus statim vbi appulisset aduersis exceptus ominibus: nam præterquam quòd militum plærique in ipso appulsu fulminis ictu interiêre, signaq; ipsa militaria araneæ insedêre, ipsius quoque Pompeij nauem iam egressi vestigium serpentes aduoluti confudêre. Plurima per id tempus & in vrbe obseruata prodigia, Romanis non parùm terroris iniecêre. Cicero id temporis Proconsul, tum alij aliquot ordinis Senatorij viri principes, vrbe iam à Cæsare occupata, conspectui se eius offerre veriti, ad Pompeium in Macedoniam proficiscentes, maiorem tum Senatorum, tum Equitum partem secum traxêre, vel quòd D Pompeij caussam vt iustiorem probarent, vel quòd eum superiorem fore confiderent. Cæsar autem dum per Galliam in Hispaniam properat, cognoscit Domitium, quem paulò antè Corfinij captum dimiserat, cum nauibus actuarijs septem ad occupandam Massiliam, quà sibi iter erat in Hispaniam, profectum: ipsosque Massilienses, mandatis à Pompeio per legatos nobilissimos Massiliensium adulescentes (quos Pompeius Roma discedens subornarat atque instruxerat) acceptis, portas clausisse, auxilia à finitimis populis acciuisse, frumenta reliquumque commeatum intra vrbem conuehere, muros, portas, classemque reficere, reliquaq; hostilia parare & expedire. Hinc Cæsar. xv. Primis Massiliensium ad se euocatis, ne

M. AEMILIVS LEPIDVS PRAEFECT. VRBIS.

PROVINCIAE DECRETAE.

ab illis belli initium fiat monet, totius Italiæ potiùs auctoritatem sequan- A
tur, q̃ vnius hominis obsequio se accommodent: addens & alia plæraque,
quæ res & tempus postulabant. Ad hæc à Massiliensib. per legatos respon-
sum: Intelligere ciuitatem, populum Ro. in partes distractum, vnius prin-
cipem esse Pompeium, alterius verò Cæsarem, vtriusq; non obscura in se
exstare beneficia: ceterùm vtra pars potiore iure nitatur, neq; se curiosiùs
inquirere, neque sui iudicij caussam ipsorum discernere: paribus ipsorum
in se meritis, parem etiam ab ipsis gratiam, & æqualia studia deberi: se so-
cios P. R.: si pacati & vt amici veniant, vel vtrumque vrbe recepturos: sin
autem bello inter se decertare constituant, se neutrum eorum contra alte-
rum aliqua in re iuuaturos, imò ne intra muros quidem aut portas admis- B
suros. Domitius tamen, qui iam cum nauibus aduenerat, à Massi-
liensibus, contrà quàm se facturos paulò antè professi erant, admissus, ac-
cepta totius belli administrandi potestate, vrbi præficitur. Qua se iniuria
affectum Cæsar indignè ferens, legionibus propiùs admotis, turribus, vi-
neisq; actis, duodecim præterea nauibus longis intra dies. xxx. magna dili-
gentia confectis atq; instructis, C. Trebonio legato cum tribus legionibus
ad vrbis oppugnationem relicto, D. verò Bruto nauibus præfecto, Massi-
lia relicta ipse in Hispaniam ire pergit, præmissoq; cum tribus legionibus
C. Fabio legato, reliquas legiones quæ longiùs hiemabant subsequi iubet.
At Pompeius alia ex parte vel iam antè quum Brundusio discederet, Vi- C
bullium Rufum in Hispaniam ad exercitũ & legatos Varronem, Petreium,
& Afranium miserat: qui cognito Cæsarem cum suis copijs aduẽtare, pro-
uinciam inter se partiuntur. Varro cum tribus legionibus omnem vlterio-
rem Hispaniam tueri iubetur: Petreius autem & Afranius, cum quinque
legionibus, auxiliarijsq; scutatorum citerioris, & cetratorum vlterioris Hi-
spaniæ cohortibus octoginta, equitum verò ex vtraque prouincia milibus
quinque, ad Ilerdam, loco ad gerendum bellum opportuno, castra faciunt,
hostiúmque aduentum ibi operiri statuunt. C. autem Fabius à Cæsare
præmissus, confecto maxima celeritate itinere, præsidioq; Afranij, vt Cæsar
imperarat, quod saltus Pyrenæos insederat deiecto, magnis itineribus Iler- D
dam ad Afranij exercitum contendit: castraq; ibi ad Sicorim fluuium, qui
Ilerdam præterlabitur, ponit. Consumptoq; omni cis flumen pabulo, Si-
corim duobus pontibus, quattuor passuum milibus inter se distantibus,
iungit. Ibi dum quotidie crebris inter Cæsarianos & Afranianos pabula-
tores equestribus prælijs decertatur, duæ posteà legiones cum omni equi-
tatu pabulatorib. Cæsarianis præsidio trans flumen mittuntur. Sed aucto
repentè hibernis imbribus amne, & ponte tum aquæ impetu, tum iumen
torum frumentariorum pondere abrupto, equitatus ne legiones quæ iam
pontem transierant, subsequi posset, intercluditur. Quod vbi Petreius &
Afra-

BELLVM MASSILIENSE.

BELLVM CIVILE HISPANIENSE CONTRA POMPEII LEGATOS.

RES AD ILERDAM IN HISPANIA CITERIORE CONTRA AFRANIVM ET PETREIVM GESTAE.

A Afranius è cratibus & aggere pontis abrupti, qui secundo flumine præter Ilerdam ferebantur, intellexêre, missis cum omni equitatu quattuor legionibus, duas illas Fabianas legiones equitatu destitutas, cum L. Planco, qui præsidio præerat, penè oppresserant: ni C. Fabius duabus alijs legionibus tempestiuè subsidio missis, pluribus tamen è suis desideratis, prælium diremisset. Cæsar, qui & ipse cum suo equitatu paulò pòst in castra venerat, ponte refecto, præsidioq; sex cohortium ponti & castris relicto, acie triplici instructa, suos sub castra Afranij educit, & pugnæ potestatem facit. Quam dum detrectat Afranius, castra Cæsar propiùs admouet, eaque tertio pòst die vallo communit, tanta celeritate & industria, vt opus magna iam ex
B parte perfectum esset, priusquam cœptum ab Afranio intelligeretur. Castris communitis, id quod restabat copiarum cum impedimentis è superioribus castris ad se traduci iubet. Media ferè planicie, quæ inter Afranij castra & oppidum Ilerdam iacebat, editior surgebat tumulus: hoc Cæsar si prior potiretur, sperabat hostes & aditu oppidi, & commeatu se interclusurum. Huncigitur tribus legionibus eductis, antesignanos procurrentes occupare iubet. Afraniani contrà, re intellecta, & ipsi ad eundem tumulum contendunt, & compendio itineris adiuti priores inuadunt. Cæsarianis primo impetu cedentibus, per quinque horas maxima cõtentione inter Ilerdam & castra pro tumulo dimicatum est, sed Marte vario, euentuq; ita du-
C bio, vt vtrique se superiores discessisse gloriarentur: sic tamen vt Afraniani tumulum quem antè ceperant, repulsis Cæsarianis, operibus munitum, præsidioq; imposito tenerent. Interfecti sunt è Cæsarianis primo cõgressu plus minus septuaginta, inter hos Q. Fulginius primus hastatus legionis quartæ decimæ. Ex Afranianis præter T. Cecilium primipili Centurionẽ, cum quattuor alijs Centurionibus, desiderati plus ducenti. Per biduum quo hæc geruntur, procellosi continuiq; imbres cælo effusi, niuibus hibernis è circumiacentib. montibus secum abreptis, superatis fluminum ripis, omnem latè regionem inundarunt, pontesque illi duo Fabiani aquæ violentia disiecti sunt. Hinc Cæsar, qui inter duo flumina Sicorim & Cingam,
D angusto triginta milium spacio, castra habebat, in extremas adductus difficultates, parùm ab obsesso differebat: cùm duobus interclusus fluminibus, neque frumenta, alijq; commeatus aliundè supportari, neque hi qui pabulatum longiùs progressi fuerant, reuerti, nec deniq; copiæ quæ è Gallia Italiaque maximæ exspectabantur, in castra adduci possent. Huic malo accedebat, quòd Afranius omne ferè frumẽtum è ciuitatibus ante Cæsaris aduentum Ilerdam conuexerat, vt Cæsar ciuitatibus sibi fœderatis frumento vacuis, pro frumento pecus imperare cogeretur. Afranij contrà exercitus & commeatu & pabulo instructissimus, omnibus victui necessariis abundabat: tum quòd anteà ipsis affatim prouisum erat, tum quòd per pontem

qui ad oppidum Ilerdam erat, omnia tutò ex vniuersa prouincia compor- A
tarentur: durauitque ea fluminis restagnatio per plures dies, Afranio interim dispositis passim ad ripam cohortibus, quò minùs Cæsar pontes restauraret, prohibente, vijsq; omnibus & itineribus per equites militesque suos obsessis & obstructis, factum est vt nulli prorsus ad Cæsarē aditus patēret. Hinc tanta in Cæsaris exercitu annonæ caritas, vt singuli frumenti modij denarijs quinquaginta venirent: quæ incommoda quum indies augerentur, militibus in summa rei frumentariæ aliorumq; commeatuum penuria, fame & hibernis tempestatibus afflictis, vires & animi decrescebant. Hæc Romam etiam in maius partim rumoribus perlata, partim Petreij & Afranij litteris ad amicos perscripta, effecēre, vt nō aliter quàm Cæsare iam B
debellato, ad Pompeium passim à plurimis tum Senatorij ordinis, tum alijs, qui aduersam eius fortunam paulò antè suspectam habuerāt, mutatis animis concursus fieret. Cæsar autem in his angustijs extremisq; necessitatibus constitutus, dum nihil sibi ad spem reliquum videt, naues per milites è leui materia viminibusq; confici, corioq; integi iubet, quales in Britannia superiorib. bellis à Britannis ipsis fieri didicerat. Has per noctem.XXII. passuum milibus à castris ad ripam auehi curat, militibusq; per hæc nauigia in alteram fluminis ripam expositis, collem ripæ proximum occupat, eumq; priusquam ab hostibus sentiretur, communit, legionemque præsidio ipsius disponit: & ponte intra biduum perfecto, commeatuque & pa- C
bulatoribus tutò ad se receptis, rei frumentariæ se difficultatibus expedit. Pars etiam equitatus Cæsariani per pontem eodem die transmissa, hostium pabulatores incautos, & securiùs palantes aggressa, cohorteq; vna circumuenta & interfecta, reliquis fuga dissipatis, maxima cùm hominum tum iumentorum præda, eodem ponte omnibus suis integris in castra reuertitur. Sic ponte perfecto, magna & incredibilis secuta est rerum & fortunæ commutatio: nam præterquam quòd Pompeiani territi virtute equitum Cæsarianorum, minùs libera & angustiore deinceps pabulatione, eaq; per plures dies intermissa, & prçter consuetudinem etiam nocturna vterentur, plæræq; etiam Hispanorum ciuitates, allatis secundis & lætis de rebus Cæ- D
saris ad Massiliam nuncijs, mutatis cum fortuna animis, in Cæsaris partes transiêre: præter Oscenses enim, & Calaguritanos, Tarraconenses quoque Lacetani, Ausetani, & Illurgauonenses, missis legatis, Cæsaris se mandatis obtemperare paratos nunciant. Quibus omnibus in amicitiam receptis, Cæsar frumenta imperat: quæ conquisitis vndique iumentis, properè magno studio intra castra coportantur. Nec pauciores posteà ciuitates etiam longinquiores ab Afranio ad Cæsarem desciscunt, maximè quòd rumor de auxilijs, quæ cum Pompeio per Mauritaniam aduentare credebantur, iam deferbuerat. Cæsar ne sibi longiore circuitu equitatus semper per pon

tem

A tem mittendus eſſet, auerſo Sicori flumine vadum in eo effecit. Hinc ter-
riti Petreius, Afraniusque, quòd Cæſar equitatu plurimùm valebat, relicto
Ilerdæ duorum cohortium præſidio, traiecto Sicori flumine, in vlteriorem
Hiſpaniam, ſiue Celtiberiam, ad Iberum flumen, motis noctu caſtris co-
pias & bellum transferre ſtatuunt: vbi & equitatum recentem, & magna
auxilia ſe inuenturos ſperabant. Cæſar autem, quòd ſuos locorum ignaros
tenebrarum diſcrimini committere nollet, prima ſtatim ſequentis diei luce
equitatu flumen tranſmiſſo, poſtremum hoſtium agmen moratur: legio-
nibusq; mox eodem vado, quo & equitatus tranſierat, Sicorim flumen tra
ductis, incredibili vſus celeritate, equites cum reliquo exercitu aſſequutus,
B vbi in hoſtium conſpectum venit, Afranium perterritũ caſtra eodem loco
in edito facere cogit. Cæſar quoque caſtris haud procul inde proximo colle
poſitis, ſaltum quà hoſtibus neceſſariò iter erat, præſidio occupat. Ibi quũ
fortè Afranius quattuor cetratorum cohortes montem quempiam excel-
ſiſſimum occupare iuſſiſſet, ſperans ſi eo potiretur, & reliquas copias eò fa-
cilè traductum iri, cetrati ab equitatu Cæſaris circumuenti, in conſpectu
vtriuſque exercitus interfecti ſunt. Hinc Legatis, Tribunis, Centurionib.q;
prælium committi inſtantiùs poſtulantibus, Cæſar cùm nec ſuos dubio pu
gnæ euentui obijcere vellet, ſimul etiam vt à ciuili ſanguine temperaret,
quanquam diſſentientibus alijs, omnino prælio abſtinere conſtitutum ha-
C bebat: ſperans ſe vel ſine vulnere, re frumentaria intercluſos facilè in pote-
ſtatem redacturum. Hinc caſtra quàm poterat proximè hoſtium caſtris
conſtituens, intercluſo ad Iberum flumen acceſſu, non minùs aquatione q̃
frumentatione hoſtem prohibebat. Summa ex hoc apud Afranianos deſpe
ratio: dubitantibusq; quid potiſſimùm in tantis anguſtijs conſilij capien-
dum foret, vallum à caſtris ad flumen duci placuit, vt ea munitione tuti li-
beriore deinceps aquatione vterentur. Eius operis perficiendi cauſſa dum
Afranius & Petreius longiùs à ſuis diſcedunt, Afraniani milites ducum ab-
ſentia liberiùs degentes, in proxima Cæſaris caſtra digreſſi, colloquia cum
Cæſarianis miſcere inſtituunt: dataque à Cæſarianis fide, miſſiſque legatis
D primorum ordinum Centurionibus, de pace cum Cæſare agunt, & ſe vel ſi-
gna tranſlaturos pollicentur, modò Petreio & Afranio vis ne fiat, & ipſi cõ-
tra Pompeium militare ne cogantur. Quod vtrumq; Cæſar pollicitus eſt,
& præſtitit. Hinc ſumma in vtriſq; caſtris lætitia, tanquam pace confecta:
crebriſque & reciprocis vltrò citroq; commeationibus, dum quem quiſq;
neceſſarium, conſanguineum, municipem, hoſpitem, aut alioqui notum
habebat, liberè ad colloquium euocat, factum eſt, vt non bina, ſed vna ca-
ſtra viderentur. Hæc vbi ducibus Pompeianis nunciata, Afranius in omnẽ
euentum æquiore animo paratus, Cæſaris ſe arbitrio permiſſurus, in caſtra
reuertitur: Petreius verò indignatus, cum prætoria cohorte cetratorumq;
mul-

multitudine, iisque quos secum habebat custodiæ caussa beneficiarijs, in- A
exspectatus, furibundusq; in castra aduolans, militum colloquia dirimit, Cæsarianos à castris & à vallo ferro repellit, occisis etiam sua manu quotquot Cæsarianorum in castris occurrebant: statimque implorata non sine lacrymis militum fide, & Afranium ipsum, & milites nouo sacramẽto adigit, neque se neque Pompeium deserturos: conquisitosq; quotquot in castris latebant Cæsaris milites, & in prætorium adductos, crudeliter interfici iubet. Cæsar ex aduerso singulari in Afranianos clementia vsus, quicunq; suis in castris remanserant, vel metu delitescebant, magno studio conquiri, illæsosque & sine iniuria, nulloq; contra Pompeium sacramento adactos, sed liberos remitti iubet. Sed vt Petreio summa crudelitas apud milites o- B
dij & inuidiæ plurimùm conciliauit, ita Cæsari insignis lenitas non parùm tum ad gloriam, tum ad militum etiam Pompeianorum gratiam, attulit momenti: vt multi ex Afranianis, quanquã ab eo dimissi, vltrò Cæsaris signa sequuturi, in castris ipsius remanerent. Sic pace per Petreium turbata, conuersisque militum animis, ad priorem belli rationem reditum: Afranianisque maximis rei frumentariæ aquationisq; angustijs oppressis, plurimi quotidie in castra Cæsaris transibant. Hinc duces Pompeiani Ilerdam, vbi frumenti nõnihil reliquerant, reuerti constituunt: sed Cæsar præmisso in nouissimum agmen equitatu, ipse cum legionibus subsequutus, ita acri ter proficiscentibus institit, vt Afraniani medio itinere subsistere, castraque C
loco iniquo, longè ab omni aquatione remoto, facere coacti fuerint. Nec ignarus Cæsar quibus Afraniani necessitatib. premerentur, quũ iisdem quæ suprà relatæ sunt de caussis, prælio sibi abstinendũ existimaret, necessarias tamen propter aquationẽ & pabulationẽ hostium eruptiones, vallo & fossa circumducta, impedire constituit: parteq; operis tertio postquã inceptum erat die iam perfecta, Afraniani frustrà Cæsaris munitiones impedire conantur. Nec meliore successu postridie Sicorim vado transire tentãt, quòd ripæ omnes custodijs Cæsaris tenerentur. Quare omnibus circumuenti ma lis, per summã pabuli, frumenti, ligni, & aquæ inopiam adacti, colloquium petunt: quod vbi dato obsidis loco Afranij filio, impetratum, pacem sup- D
plices petunt: quæ tandem à Cæsare, postquam ea quæ ad caussæ suæ æquitatem, probandasque inimicorum in se iniurias spectare videbantur, prolixè satis exposuisset, concessa est, iis ferè conditionibus, quibus priùs conuenerat: scilicet, vt Hispania Cæsari cederet, duces Pompeiani exercitum dimitterent, ipsique si videretur, ad Pompeium pergerent. Milites Hispani statim exauctorati, domum quisque suam remitterentur: Romani verò & Itali ad Varum flumen, qui Galliam Narbonensem diuidit, deducti, sacramento soluti dimitterentur.

HISPANIA CITERIOR RECEPTA.

Hæc dum in Hispania ad Ilerdam geruntur, Massiliæ interim L. Domitius, qui à Massiliensibus receptus erat,

expe-

A expeditis nauibus longis ſeptemdecim; additis pluribus minoribus nauigijs,ſic vt iuſtæ claſſis facilè ſpeciem præberet,Cæſaris naues,quæ in oppoſita Maſſiliæ inſula in ſtationibus erant, quibusque D.Brutus præerat,aggreditur. Numero quidem nauium Brutũ ſuperabat Domitius, ceterùm virtute & robore militum longè inferior. Armamentis quoque & harpagonibus manibusq; ferreis Cæſariana,quàm Domitiana claſſis inſtructior erat. Brutus comperto Maſſilienſium nauium aduentu,naues ſuas portu educit,factoq; congreſſu acerrimè vtrinque conflictum eſt. Maſſilienſes, quòd & celeritate nauium, & rei naualis peritia valerent, procurſu celeri Cæſarianos eludebant,earumq; impetus excipiebant. Ceterùm Cæſariana
B næ naues, ſi quando propiùs accedebant,iniectis hinc inde harpagonibus, & manibus ferreis,facilè ſingulæ binas diſtinebant,retentaq; vtraque naui cum Maſſilienſibus ſtataria hinc inde pugna præliabantur, tranſcendentesq; in hoſtium naues,interfecto maximo Maſſilienſium Albicorumque auxiliarium numero, IX. hoſtium naues partim captæ, partim in profundum demerſæ, reliquæ Maſſiliam in portum repulſæ ſunt. Et hæc eſt illa Maſſilienſis victoria, quam ſuprà Cæſari in Hiſpania ad Ilerdam nunciatam,mutati plurimarum Hiſpaniæ ciuitatum in Cæſarem animi,cauſſam fuiſſe relatum eſt. C.verò Trebonius legatus, quem Cæſar ad Maſſiliæ oppugnationem reliquerat,quanquam maximis operibus vrbem op
C pugnare inſtituiſſet, fruſtrà tamen fuit omnis labor, quòd Maſſilienſes ab omni apparatu bellico inſtructiſſimi, facilè opera Cæſarianorum validiſſimis tormentis aut perfici impedirent, aut perfecta perfringerent: ita tamen vt factis in opera Romanorum crebris eruptionibus, non ſine cæde ſuorum Albicorumque auxiliarium in oppidum reiecti ſint. Interim L. Naſidius Domitio Maſſilienſibusq; à Pompeio cum claſſe nauium ſedecim auxilio miſſus, vt additis auxilijs ſuis, altera cum Bruti claſſe pugna committeretur auctor fuit. Naſidij conſilio ab omnibus magna animi promptitudine aſſenſum, ventoque vſi ſecundo, portu egreſſi, ſe ad pugnam comparant. Brutus quoque auctus numero ſex nauium, quas à
D Maſſilienſibus ceperat,non minori ſpe & fiducia ſe quos integros priùs vicerat, iam ſemel deuictos faciliùs ſuperaturum, ſuas quoque naues omnibus rebus inſtructas ad pugnam educit. Vbi ad certamen ventum, quanquam Maſſilienſibus Albicisque nec ignauiter nec imperitè pugnam capeſſentibus, fugientibus tamen primo ſtatim congreſſu Naſidianis, depreſſisque Maſſilienſium nauibus quinque, captis autem quattuor, facilè penes Cæſarianos victoria ſtetit. Reliquæ Maſſilienſium naues Naſidianos in Hiſpaniam citeriorem fugientes ſequutæ ſunt, vna excepta, quæ Maſſiliam præmiſſa, funeſtiſſimum tantæ cladis nuncium pertulit. Hinc tanquam vrbe iam capta, magnus in oppido mœror, magna trepidatio.

RES AD MASSILIAM TERRA MARIQ. GESTAE.

H C.au-

C. autem Trebonius turri in altitudinem sex tabulatorum à legionarijs educta, additis alijs operibus, ad oppidi oppugnationem redit: quæ quidem opera, quanquam ab oppidanis strenuè saxis immanibus incendioq; & flamma impeterentur, defendentibus tamen non minori studio opera Romanis, furcisq; & longurijs ignem remouentibus, propugnatoresq; è turri illa sex contignationum à muri defensione prohibentibus, suffossaq; insuper & disiecta cum parte ipsius muri lateritia Massiliensium turri, oppidani repentina inopinataque ruina territi, vniuersi inermes & infulati portis prorumpunt: supplicesq; & humi proiecti à legatis petunt, vt postquam vrbem suam captam vident, à direptione oppidi temperetur: se vbi primùm Cæsar aduenisset, quæuis imperata animo perquàm lubenti obituros: ni faciant, se vel extremam fortunam æquo animo perpessuros. Datis itaque Massiliensibus à Legatis quibusdam quasi inducijs, miles ab opere & oppugnatione reuocatur, operibus custodiæ adhibêtur, cessantq; deinceps hinc inde hostilia. Hæ Massiliensium preces eò faciliùs à Legatis admissæ sunt, quòd Cæsar per litteras Trebonio mandarat, malle se oppido sine vi potiri, ne miles defectione & contemptu sui iritatus, diutinoque labore offensus, inclementiùs in oppidanos, quod interminatus fuerat, sæuiret. Sed non diu quieuêre Massilienses, quin paucis interiectis diebus, captata fraudis occasione, dum Cæsariani armis depositis, tanquam in pace liberè & remissiùs agunt, temporeq; diei meridiano alijs languentibus, alijs quietem capessentibus, eruptione facta, ignem operibus inijcerent: quem ventus tum fortè violentiùs spirans, ita subitò longè lateq; sparsit, vt omnia priùs conflagrasse, quàm incendij caussam Cæsariani intelligerent. Qui repentina fortuna permoti, arma quæ possunt arripiunt, hostesq; magno impetu repellunt: sed muro, sagittis, tormentisque fugientes persequi prohibentur. Idem & postero die à Massiliensibus tentatum, sed frustrà, attentioribus ad omnia Cæsarianis: ita vt oppidani, pluribus amissis, in oppidũ iterum repellerentur. Trebonius postquam plurium etiam mensium labores, hostium perfidia momento temporis perijsse videt, indignatus propter inducias violatas, simul etiam ne hostibus ludibrio foret veritus, maxima contentione & studio, pariq; militum virtute & industria, alia opera prioribus longè maiora, insolita prorsus ratione, quanquam in summa difficultate, & materiæ, vnde agger congeri posset, inopia, breui admodum perfecit. Hinc hostes mirati tam breui tempore absoluta, quæ ne longo quidem spacio confici posse crediderant, dum nec eruptioni, nec perfidiæ locũ esse vident, simul etiam nec operibus institutis, nec militibus ipsis vi aut igne, aut alia quauis ratione noceri posse, vrbemque quà à terra aditus erat, vndique operibus, tanquam muro quodam perpetuo cinctam, præterea ne in proprijs quidem muris, aut propugnaculis consistendi potestatẽ superesse, erepto

A erepto sibi insuper propter vicinitatem munitionum Ro. omni tormentorum vsu, iisdem quibus priùs conditionibus se dedunt. M. autem Varro, cui in partitione prouinciarum Hispaniæ, vlteriorem cum tribus legionibus tuendam obuenisse memoratum est, dum Cæsarem primò ad Massiliam, & posteà circa Ilerdam angustijs rei frumentariæ detineri intelligit, & ipse in spem exspectationemque elatus, habitis delectibus legiones supplet, alarias cohortes nouas triginta addit, frumentum quod Massiliensibus & Afranio mittatur cogit, pecuniam facit, naues longas atq; alias fieri imperat, ceteraq; bello necessaria comparat. Gades autem præsidij caussa cohortes sex mittit, præfecto ipsi insulæ C. Gallonio equite Romano. Po-
B steà verò cognitis ijs quæ in Hispania citeriore gesta essent, omnino se bello accingit: & quòd reliquam prouinciam rebus Cæsaris studere intelligeret, Gaditanã insulam belli sedem constituere cogitat. Huc omnia ad bellum ducendum necessaria comportari iubet. Cæsar autem, quanquam Petreio & Afranio debellatis, quum non nisi pacata vniuersa Hispania, quam Pompeio sciebat addictissimam, in Italiam discedere cõstituisset, præmisso in Hispaniam vlteriorem cum duabus legionibus Q. Cassio Trib. plebis, ipse cum sexcentis equitibus subsequitur: edicto priùs per vniuersam Hispaniam promulgato, vt ad diem constitutam omnes totius prouinciæ magistratus, omnesque ciuitatum Principes, Cordubæ sibi præstò essent. Cui

RES IN HISPANIA VLTERIORE CONTRA VARRONEM GESTAE.

C ab omnibus obtemperatũ est. Conuentus ipse Cordubensis, retentis sibi præsidij caussa duabus cohortibus, quæ Colonicæ appellabantur, Varroni portas clausit. Carmonenses quoque, vel præcipua totius prouinciæ ciuitas, Varronianis cohortibus, quæ præsidio relictæ erant, eiectis, & ipsi portas claudunt. Varro intellecto pleniùs totius ferè prouinciæ in Cæsarem studio, Gades cum legionibus properat: verùm quorundam litteris ex itinere cognoscit, Gaditanos Gallonio cum præsidiarijs cohortibus excedere iusso, vrbem atq; insulam Cæsari seruare. Quæ postquam in exercitu Varroniano percrebuêre, statim ipso præsente & inspiciente, altera legionum quæ cum eo erant, cui Vernacula nomen, sublatis signis è castris ipsius ad
D Cæsarem Hispalim transit. His permotus Varro, cognito præclusum sibi iter in Italiam, quò proficisci constituerat, Cæsari se cui velit legionem tradere paratum nunciat. Cæsar Sex. Cæsari, quem in id ad Varronem miserat, tradi iubet. Tradita legione, Varro Cordubam se ad Cæsarem cum rationibus publicis, tam pecuniæ, quàm frumenti, & nauium quæ per prouinciam erant, confert. Cæsar dum Cordubæ biduum commoratur, omnibus pro meritis & dignitate tam ciuibus Ro. quàm Hispanis gratias agit. Plurimos interim & publicè & priuatim diuersis honorum generibus prosequitur. Hinc Gades profectus, pecunias ornamentaque, quæ Varro in vsum belli è fano Herculis extulerat, in templum referri mandat: ipsumque

HISPANIA VLTERIOR RECEPTA.

populum Gaditanum ciuitate Rom. donat: præfectoque prouinciæ cum A
quattuor legionibus relicto Q. Cassio, qui priùs Pompeio Hispaniam tenente Quæstor fuerat, nauibus ijs quas Gaditani iussu Varronis nuper fabricati erant, Gadibus Tarraconem, vbi ab omnibus ferè ciuitatum legationibus exspectabatur, venit. Ibi simili ferè ratione, qua priùs Cordubæ, priuatim & publicè plerisque ciuitatibus habiti honores & gratiæ. Tarracone Cæsar digressus, per Pyrenæos pedibus Narbonem, inde Massiliam venit. Dum autem Pyrenæos transit, trophæum quidem ibi constituere noluit, quòd id priùs in Pompeio notatum intellexerat: verùm in rerum à se gestarum monumentum, aram è lapide polito non procul à trophæis Pompeianis constituit. Cæsar statim vt Massiliam peruenit, cognoscit se Ro- B
mæ à M. AEmilio Lepido Prætore Dictatorem esse dictum. Massilienses autem nullis non exagitati calamitatibus, & præter priora mala, absumpto omni ferè commeatu, in extremam rei frumentariæ inopiam coniecti, fœda etiam & graui pestilentiæ lue vexati, omniq; auxiliorum spe deiecti, seriò tandem Cæsaris se potestati permittunt, armaq; omnia, & tormenta, ceterosq; belli apparatus, naues item & pecuniam, vt imperatum erat, tradunt. L. autem Domitius paucis antè diebus de Massiliensium voluntate certior factus, vsus opportunitate turbidæ tempestatis, cum tribus nauibus fugam arripuit: duabusq; ex his à Bruto interceptis, tertia, quæ ipsum vehebat, euasit. Cæsar relicto Massiliæ duarum legionum præsidio, reliquas C
in Italiam mittit, ipse ad vrbem proficiscitur. Dum hæc à Cæsare in Hispania, à legatis ad Massiliam geruntur, C. Curio, quem in Siciliam suprà cum tribus legionibus à Cæsare missum relatum est, recepta Sicilia, vt Cæsar imperarat, in Africam cum duabus legionib. & equitibus quingentis traijcit. Africam tum P. Accius Varus pro Pompeio tenebat, qui Auximo priùs à Cæsare capto, amissis cohortibus in Africam profugiens, vacuamq; propria auctoritate occupans, Tuberonem, cui ea prouincia sorte obtigerat, eò cum nauibus venientem portu atque oppido prohibuerat. L. autem Cæsar filius, qui & ipse Pompeianarum partium sectator, fortè cum decem nauibus longis Clupeæ erat, intellecto Curionis aduentu, relicta Clupea à D
proximo littore pedibus Adrumetũ, quod C. Considius Longus vnius legionis præsidio tenebat, profugit: eòdem & naues posteà subsequutæ sunt. Sed Curio præmisso rectà Vticam cum nauibus Martio, relicto ad flumen Bagradam cum legionibus C. Caninio Rebilo, ipse cum equitatu ad explorandа castra Corneliana (quem locum castris suis quàmmaximè idoneum iudicabat) proficiscitur. Dumque ibi Vari castra, quæ mille ferè passibus à Cornelianis sub ipsis oppidi muris locata erant, conspicit: simul, vt in repentino tumultu & metu hostili fieri solet, plurima vndique ex agris in vrbem agi, & conuectari videt, equitatum ad depredandum mittit. Sexcenti equi-

CAESAR DICTATOR.

MASSILIA RECEPTA.

SICILIA RECEPTA.

RES IN AFRICA A C. CVRIONE GESTAE.

A equites Numidæ, peditesq; cccc. à Iuba Rege auxilij caussa Vticam missi, subsidio ijs rebus quæ in vrbem conuehebantur aderant, factoq; inter hos & equitatum Curionis concursu, interfecti sunt Numidæ ferè cxx. reliqui pedem referre coacti, in castra cõpelluntur. Hinc Curio ad Bagradam flumen ad reliquum exercitum reuersus, statim facta ab vniuerso exercitu acclamatione, ob rem bene gestam Imperator salutatur. Postridie cum vniuerso exercitu ad Vticam profectus, & ipse alia parte sub oppidum castra facit. Ibi dum militibus operi castrensi intentis nunciatur, maxima tum equitum tum peditum auxilia à Iuba Rege missa Vticam venire, Curio opere relicto, dum legiones explicantur præmisso equitatu, interfecta magna peditatus Numidici parte, reliqua Regis auxilia facilè dissipat, & in fugam conijcit: ita tamen vt equitatus Regius incolumis per littora in oppidum se reciperet. Erat in exercitu Accij Vari Sex. Quinctilius Varus, qui Corfinij à Cæsare dimissus in Africam traiecerat. Is quòd Curionis exercitum magna ex parte constare sciebat ex his legionibus, quas Cæsar Corfinij deuicto Domitio, cuius tum Quæstor fuerat, receperat, hunc à duce suo alienare, militumque animos ad defectionem sollicitare conatur, religione prioris sacraméti, cui se priùs apud Domitium & se Quæstorem obstrinxissent, simul etiam spe largitionis, si Accium sequi velint, iniecta, opportuna ad id quantum ratio temporis patiebatur, apud milites oratione

C. CVRIO IMPERATOR.

B (marginal letter beside "gna peditatus")

C vsus. Hæc vbi Curioni cognita, concilio super hoc aduocato, quòd militũ à se animos alienatiores, atque in alteram partem inclinatos suspicaretur, alijs alia, quæ Curioni minùs probabantur, censentibus, dimisso concilio, milites in concionem vocat, vehementiq; apud eos oratione vsus, cùm eloquentia & arte oratoria, vt & alij duo in illa Curionum familia, plurimùm valeret, ita militum animos commouit, vt offensi propter suspicionem infidelitatis, vltrò dicentem sæpè interpellare conati sint, concioneq; dimissa Curionem obtestati, vt eductos quamprimùm in prælium, suam in ducem fidem facto & opere testatam facere concederet. Hanc opportunitatem Curio non esse sibi prætereundam ratus, postridie suos in aciem producit.

D Varus ex aduerso nec ipse pugnam detrectans, suas quoq; copias in aciem deducit, media inter vtrumque valle satis exigua. Vbi ad manus ventum, primo ferè congressu fusi Acciani in castra refugiunt. Hos milites Curionis subsequuti, etiam sub ipsis castrorum portis quamplurimos cecidêre: parumq; abfuit, quin eodem impetu & castra ipsa caperentur: sed quòd ijs quæ ad oppugnationem castrorum necessaria erant, destituerentur, Curio à castris Accianis suos in castra reducit, vnico è suis, Fabio scilicet quodam Peligno, desiderato. Ex Accianis autem interfecti sunt plùs minùs sexcenti, plures vulnerati, qui simulatione vulnerum, re vera autem per timorem, in oppidum se recepêre. Ipse quoque Varus cognita totius exercitus con-

sternatione, paucis aliquot in castris ad speciem tantùm relictis, tertia ferè vigilia silentio totum exercitum in oppidum deducit. Postridie quum Curio vrbem obsidere, & vallo cingere instituisset, Vticenses ocio magis quàm bello assueti, animisq; à Cæsare memoria ipsius in se beneficiorum minus alieni, statim de deditione agere incipiunt. Interea nuncius de Iuba Rege aduentante cum magnis auxiliorum copijs perterritos oppidanorum animos confirmat. Curioni autem quanquam eadem nunciarentur, superioribus tamen successibus, simul etiam secundiorib. de Cæsaris in Hispania rebus nuncijs in summam fiduciam erecto, initiò quidem minùs poterat persuaderi, Iubam Regem quicquam aduersus se ausurum. Posteà autem certioribus auctoribus intellecto, Regem cum. XXV. millibus iam adesse, Vtica relicta, statim in castra Corneliana, vnde priùs excesserat, retrocedit. Hæc, quòd & vicinitate maris, naturaq; & situ loci, tum alioqui munitione ipsa bello ducendo quammaximè idonea esse videbantur, omnia bello necessaria huc vndique comportari iubet: legiones item duàs è Sicilia, reliquumque equitatum ad se quamprimùm mitti mandat. Interim ex perfuga quodam falsò intelligit, non quidem Iubam ipsum, sed Saburam præfectum eius cum modicis copijs aduentare, Regem ipsum medio itinere Leptitanorum discordia intellecta, domesticis tumultibus reuocatum, in regnum reuersum. Curio perfugæ verbis fidem adhibens, equitatum vniuersum prima nocte ad Bagradam flumen castra Saburæ oppugnatum mittit. Hic barbaros somnolentos, & per castra nullo ordine dispersos adortus, plurimis interfectis, reliquis in fugam conuersis, alacris tanquã re bene gesta, dum in castra reuertitur, Curioni, qui cum legionibus sequebatur, occurrit. Is postquam cognitis ijs, quæ ab equitibus suis gesta erant, Saburam castris præesse ex captiuis intelligit, ignarus Regem cum iusto exercitu sex milium passuum interuallo post Saburam consedisse, quod præ festinatione de Rege captiuos interrogare neglexerat, tanquã ad prædam suos euocans, Numidas in fugam versos cum omni equitatu persequi properat, ne minimo quidem temporis spacio ad quietem militibus cõcesso, quo se à vigilia præcedentis noctis, & confecti labore itineris reficerẽt, vnde & plurimi qui festinantem assequi nõ poterant, in itinere subsistere coacti sunt. Iuba econtrà, intellecta suorum clade, suspicatus Curionem ipsum cum reliquo mox exercitu adfuturũ, Hispanorum, Gallorumq; equitum duobus millibus, parte etiam peditum electorum Saburæ subsidio missa, cum elephantis. XL. & reliquis copijs lentiùs subsequitur. His confirmatus Sabura subsidijs, intellecto Curionis aduentu, simulato timore & fuga, Curionem ad se vlteriùs persequendum prouocat. Posteà, vbi confecto. XVI. milium itinere, militem Curionis persequendo defatigatum cogitat, subitò è fuga subsistens, in persequentes se conuertit, acieq; instructa, equitatũ

in

A in Curionem immittit. Romani, quanquam non minore studio & virtute & ipsi se ad pugnam cōpararent, quòd tamen defessos cum integris, & paucos, scilicet ducentos (reliqui enim præ lassitudine in itinere substiterant) cum plurimis decertare necesse erat, à Numidarum equitatu circumuenti, facilè cessêre. Huic accedebat, quòd Numidis, dum crebrò auxilia à Rege submittuntur, vires subinde atque animi augebantur: Romanis verò magis ac magis defatigatis, omnique auxiliorum spe destitutis, decrescebant. Curio itaq; cùm in virtute militum parùm sibi spei reliquum videret, collem qui in proximo erat, suos si possent, occupare iubet: sed hunc Saburæ equitatus, qui celeritate facilè præualebat, prior occupat. Hinc Romani in B summam redacti desperationem, passim fugientes, partim à Numidarum equitatu interficiuntur, partim labore & metu exanimati procumbunt. Curio monitus à Cn. Domitio, vt fugæ saluti consuleret, negans se exercitui, quem suæ commissum fidei à Cæsare acceperat, deleto, superuicturum, fortissimè & ipse pugnans cadit: reliqui equites se fugæ mandant. Qui verò defatigati in itinere substiterant, conspecta procul suorū fuga, in castra perueniunt: ceteri ferè omnes interfecti. Qui verò castrorum præsidio relicti erant, conscensis per tumultū ijs quæ aderant nauigijs, in Siciliam abnauigare properant: sed pondere & multitudine hominum, qui cateruatim per summā contentionem irruebant, plura nauigia depressa periêre: hinc pauci C in Siciliam incolumes peruenêre. Quidam qui naues conscendere dubitauerant, postridie missis legatis Varo se dedidêre. Sed hos Iuba, victoriam per se stetisse caussatus, proinde suam esse prædam dictitans, dedi sibi postulat, dispositiq; super mœnia iussu Regis crebris telorum ictibus à Numidis crudeliter confixi, miserè periêre: quidam tamē è ceteris electi à Iuba in regnū missi sunt. Curionis verò caput ad Iubam delatum, gratissimum Regi spectaculum præbuit, quòd priuatæ ipsi cum Curione intercedebant odiorū caussæ, quodque Tribunus plebis de publicando ipsius regno legem promulgarat. Iuba itaque paucis diebus Vticæ commoratus, constitutisque ijs quæ fieri vellet, cum omnibus copijs in regnum reuersus est. Ceterùm D postquam hæc ad Pompeium in Macedoniam perlata, Iuba à Pompeio & ab his qui cum illo erant Senatoribus (qui facilè ducenti erant) plurimis priùs affectus honoribus Rex appellatur. Romæ verò à Senatu & Cæsarianis è cōuerso hostis iudicatus est, & in locum Iubæ Bocchus & Bogud, Pompeio inimicissimi, Reges declarantur. Eodem ferè tempore quo hæc gesta sunt, à M. Octauio & L. Scribonio Libone, P. Cornelius Dolabella Cæsaris legatus è Dalmatia profligatur. C. quoque Antonius, dum Dolabellæ subuenire studet, captus in mari supero, cum nauibus. XL. alijsque quamplurimis Cæsarianarum partium ducibus ad Pompeium à Libone in Macedoniam deductus est. Cæsar autem dum à Massilia ad vrbem pro-

CAESARIANORVM IN AFRICA CLADES.

proficiſcitur, legionem Nonam quæ Placentiæ erat, tumultuoſiùs agere, A
imperiumq; detrectare intelligit, donatiuum quod Cæſarem ſibi pollicitum dictitabant ſeditioſiùs flagitantes: quare ex itinere Placentiam aduolat, acriq; & ſeuera oratione militum inſolentiam caſtigans, interminatur legionem, à qua ſeditionis initium factum fuerat, ſe decimaturum, ægreq; tandem exoratus, in . XII . ſorte ductos animaduerti iubet: tumultuq; militari ad hunc modum compoſito, rectà Romam pergit. Poſtquã Romam

DICTATVRA CAESARIS.

venit, Dictator iam antè comitiorum habendorum feriarumque Latinarum cauſſa creatus, Dictaturam inijt, eandemque non minore modeſtia quàm clementia adminiſtrauit. Exules enim omnes, Milone ſolo excepto reuocauit. Eosq; qui lege Pompeia ambitus maieſtatis, alteriúſve criminis B
rei aut damnati erant, abſoluit & reſtituit. Quódque in locum eorum qui Pompeium in Macedoniam ſequuti fuerant, necdum alij ſurrogati eſſent, magiſtratus in ſequentem annum conſtituit: Conſules autem ſe . II . & P.

C. IVLIVS CAESAR. II. P. SERVILIVS ISAVRIC. COSS.

Seruilium Iſauricum deſignauit: Pontifices quoque & ſacerdotes in locum demortuorum ſuffecit. Populo rei annonariæ anguſtijs laboranti frumentum publicè diſtribuit. Eidemq; ære alieno prægrauato nouas petenti tabulas, quòd propter continua bella, eaq; ciuilia, magna eſſet rerum venalium & pignorum vilitas, adeò vt ne pignoribus quidem ceſſis, creditores ſibi ſatisfactum cauſſati, pecuniam inſuper creditam perſolui poſtularent: quò & debitoribus & creditoribus æquè ſubueniret, quando vtrique ab vtroq; erat periculum, creditori ſcilicet à fraudibus debitorum, debitori verò C
ab acerbitate creditorum: ſimul etiam vt fidei publicæ conſuleret, ſublato nouarum tabularum timore, arbitros dedit, quorum iudicio pignora & poſſeſſiones æſtimarentur, quanti quæq; earum ante bellum fuiſſent: eæq; ſic æſtimatæ, vt creditoribus in perſolutionem æris alieni addicerentur: deductoque, ſi quid vſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet, quarta ferè parte, æs alienum imminutum eſt: edictoque inſuper addito, modum pecuniæ poſſidendæ ſtatuit: ne quis in auro vel argento ſignato plus ſeſtertiûm ſexagies poſſideret, quæ lex & ante aliquando lata fuerat.

PROVINCIAE DECRETAE.

Prouincijs autem ſuo potiſſimùm arbitratu, quos voluit, præfecit: In his D
M. Lepidum, Hiſpaniæ: A. Allienum, Siciliæ: Sex. Peduceium, Sardiniæ: D. verò Brutum, Galliæ Tranſalpinæ nouæ prouinciæ: Gallis autem Ciſalpinis Padi accolis ius ciuitatis conceſſit. His rebus in vrbe peragendis, ferijsq; Latinis, & comitijs perficiundis, poſtquam dies omnino vndecim impenſi, Dictatura ſe abdicat, Brunduſiumque rectà ad exercitum, quem præter equitatum . XII . legionum habebat, ibique conuenire iuſſerat, menſe Decembri per mediam brumam proficiſcitur. Ibique dum claſſem tranſportandis legionibus comparat & inſtruit, Veris aduentum, tempeſtatemque nauigationi opportunã exſpectare conſtituit. Pompeius interim inſtructa copio-

A copiosissimè per anni spacium sexcentarum nauium classe, quam partim è proximis insulis, maritimisque prouincijs conflauerat, partim ipse fabricandam curauerat, magnam insuper vndique à liberis ciuitatibus, Asiaticisque Regibus & Principibus pecuniarum vim coëgerat, frumentumque quantum vel diuturno bello satis esset, sibi comparatat. Et præter legiones Ro. XI. & equitum septem milia, quæ secum habebat, contractis vndique à confœderatis Regibus, vniuersaque ferè Asia, & ea Europæ parte, maximis auxilijs, copias omnes circa Macedoniam & Thessaliam in hiberna distribuerat: classe quoque in plures partes diuisa, singulis suos præfectos constituerat: ita vt nauibus Asiaticis D. Lælius cum C. Triario, Sy-
B riacis C. Cassius, Rhodijs cum C. Pomponio C. Marcellus, Liburnicis autem & Achaicis Scribonius Libo & M. Octauius, omnibus verò atq; adeò vniuersæ oræ maritimæ cum summa imperij M. Bibulus præesset. Et quò Cæsarem transitu prohiberet, per omnia ferè quę ad oram maris Ionij sunt oppida maritima, classem disponi curauerat: ita vt omne illud pelagus, quod Italiam & Macedoniam siue Epirum interiacebat, omniaq; littora Italiæ opposita, Pompeianarum nauium præsidijs tenerentur. His rebus sic constitutis, Pompeius ratus Cæsarem intentum rebus vrbanis, functionibusque consularibus, alieno anni tempore neque se, neque exercitum mari commissurum, Thessalonicæ securiùs & remissiùs quàm conuenie-
C bat, agebat. Cæsar autem quanquam ante Ver exercitum transmittere non constituisset, intellecto tamen Pompeium longiùs abesse, littoraque aduersa à M. Bibulo negligentiùs custodiri, quum celeritatem (quam sibi semper bene cessisse meminerat) si quando aliàs, vel tum inprimis magno sibi ad opprimendum Pompeium vsui esse posse intelligeret, quanquam in summa nauium inopia, neque à commeatu, reliquoque apparatu satis instructus, imò nec omnibus quidem, quas conuenire iusserat, copijs præsentibus, etiam per aduersam anni tempestatem omnino mare traijciendum censuit. Suos itaque pro concione cohortatus, secuta alacri militum acclamatione, cùm septem omnino legiones, equites verò sexcentos nauibus,
D quæ fortè aderant, imposuisset, pridie Non. Ianuar. Brundusio soluens, postridie in continentem oppositam ad locum cui Pharsalia nomen, aut vt alij tradidère, ad montes Coroneos, inter saxa & loca periculosa, tuta tamē & quieta statione, quando portus omnes ab hostibus tenebantur, suos incolumes exposuit, etiam priusquā nauigaturum vel fama nunciasset. Eædem naues eadem mox nocte cum Fufio Caleno legato Brundusium, id quod reliquum erat militum transportaturæ, remittuntur. Sed hæ cùm solutis tardiùs quàm Cæsar imperarat anchoris, in M. Bibulum, qui Corcyrā cum centum & decem nauibus tenebat, incidissent, ab eodem interfectis nautis, nauiumq; magistris, XXX. ex his incensæ sunt, indignante nimirum

CAESARIS IN MACEDONIAM TRAIECTIO.

I Bibu-

Bibulo, se vacuis, non onustis, quod sperabat, occurrisse: quare arctioribus A
deinceps custodijs portus omnes & stationes à Salonis ad Orici vsque portum occupari iubet. M. interim Octauius, quem Liburnicis & Achaicis nauibus à Pompeio præfectum suprà retulimus, postquam tentatis sollicitatisq; Dalmatarum finitimorumq; populorum animis, Hissanos, qui paruam in ora Dalmatica insulam incolebant, à Cæsare in Pompeij studia pertraxisset, quum Salonenses inconcussa aduersus spem & metum in Cæsarem fide, in sententia perstare videret, oppidum ipsorum quinis castris circundatum oppugnare aggreditur: sed oppidani quum nihil sibi ad summam constantiam reliqui facerent, quominus in extremis rei frumentariæ angustijs, & maxima suorum paucitate, vel diuturnam obsidionem fortis- B
simè sustinerent, tandem manumissis seruis puberibus, eruptione facta Octauium quinis castris exutum, magna edita strage, cum suis qui cladi superfuerant, in naues fuga se recipere, atq; inde Dyrrachium ad Pompeium fugere cogunt. Cæsar autem statim vt in Macedoniam appulit, ne animum à conditionib. pacis alienum habere videretur, L. Vibullium Rufum vnum ex præfectis Pompeianis, quem bis in suam redactum potestatem dimiserat, magniq; à Pompeio fieri sciebat, cum mandatis de pace ad Pompeium mittit: nuncians paratum se vel intra triduum exercitum omnem dimittere, modò idem se facturum Pompeius iurare velit: conditiones autem pacis non alias cupere, quàm quas Senatus ipse populusq; Ro. præscri- C
pturus sit, additis alijs plerisque, quæ ad persuadendum Pompeio videbantur q̃ accommodatissima. Ceterùm Rufus, quòd Pompeium de Cæsaris in Macedoniam aduentu certiorem fieri magni interesse crederet, magnis nocturnis diurnisq; itineribus ad Pompeium contendens, neglectis Cæsaris de pace mandatis, Cæsarem cum exercitu iam in Macedoniam appulisse nunciat. Pompeius tum fortè ex Candauia Dyrrachium iter habebat: interim intellecto ex Rufo Cæsaris aduentu Appolloniam prior occupare properat. Cæsar autem eodem quo appulerat die Oricum per angustias & asperitates collium profectus, iubentibus oppidanis, qui se magistratui populi Rom. portas clausuros negabant, à L. Torquato, qui Oricum cum D
præsidio Pompeiano tenebat, traditis clauibus oppido receptus est. Hinc extemplò postquam Appolloniam venit, negantibus itidem Appolloniatibus se aduersus Consulem populi Ro. arma sumpturos, fugiente L. Straberio, qui oppidum pro Pompeio præsidio tenebat, ab oppidanis, missis obuiam legatis, admissus est. Nec dubitauêre Bellidenses, Amatini, finitimæque ciuitates, totaque adeò Epirus, missis statim legatis, Cæsaris se fidei & imperio permittere. His Pompeius mox intellectis, cum vniuerso exercitu, itinere nec per diem nec per noctem intermisso, non tam proficiscentis, quàm fugientis specie Dyrrachium velocissimè contendit.

ORICVM RECEPTVM.

APPOLLONIA RECEPTA.

EPIRVS RECEPTA.

A Eódem ex aduerso pari contentione exercitum ducit Cæsar: prior tamen Pompeius Dyrrachium peruenit, castrisq; prope oppidum muniri iussis, consternato metu vniuerso exercitu, primus omnium Labienus (qui à Cæsare ad Pompeium defecerat) iurat se quamcunque Pompeij fortunam sequuturum, nulloq; casu ipsum deserturum: idem cum Tribunis & Centurionibus etiam omnis addito iureiurando pollicetur exercitus. Cæsar autem intellecto Pompeij ad Dyrrachium aduentu, omnem vlteriorem festinationem superuacaneam ratus, ad Apsum flumen castra ponit, reliquarum ibi copiarum, quas Brundusij reliquerat, aduentum sub pellibus per reliquum hiemis exspectaturus. Mox & Pompeius transmisso Apso,
B castra haud procul à castris Cæsaris locat. Quidam tradidère Cæsarem pertæsum, quòd reliquæ copiæ ex Italia non adducerentur, quodq; propter hiemis sæuitiam, & propter Bibulum, qui mare suis nauibus tenebat, ne nuncij quidem ad se perferrentur, statuisse conscenso nauigio speculatorio duodecim remorum, seu scapha piscatoria, seruili tectum habitu in Italiam ad exercitum traijcere: ceterùm quum enauigato fluuio ad ostium, quo se fluuius in mare exonerabat, ventum esset, fluctusq; marini vento per noctem è mari coorto aduersi contra flumen violentiùs propellerentur, ita vt gubernator, quũ fluctus marinos & procellas ne maximo quidem labore superare posset, retrocedere cogeretur, Cæsarem detecto capite, apprehen-
C saq; gubernatoris dextra dixisse: Bono animo esto, fortiterque vel contra tempestatem perge, Cæsarem enim Cæsarisq; fortunam comitem vehis. tum gubernatorem & remiges sumpta fiducia, maioribus longè quàm anteà viribus, contra impetum fluctuum & tempestatem connixos: ceterùm cùm Cæsar laborem omnem incassum suscipi videret, nauemq; superato ostio fluminis, quò magis in altum veheretur, hòc maioribus obijci vndarum marinarum periculis, quanquam inuitus, gubernatori cursum flectere permisit, ventoque vsus secundo, aduerso fluuio, mox in castra relatus est, amicis omnique adeò exercitu temeritatem tanti ducis accusantibus. Quumq; is conatus Cæsari parùm successisset, Postumium cum litteris ad
D Antonium, Calenum, & Gabinium mittit, quibus singuli ipsorum exercitum quamprimùm traducere iubebantur: additis & ad exercitum litteris, quibus quotquot vellent Postumium ad se reuertentem sequi iubebat, si modò duces metu hostium, aut tempestatis, imperata exequi cunctarentur. Hæc alij prodidère. Cæsar autem ipse auctor est, Calenum postquam iam cum legionibus & equitibus portu Brundusino soluisset, vt Cæsar ipse imperarat, mox eiusdem litteris monitum, omnia latè littora & portus à Pompeianis obsideri, proinde cautiùs appelleret, conuersis velis in portum Brundusinum, vnde egressus erat, se recepisse, nauibus omnibus saluis, vna excepta, quæ præter Caleni mandatum longiùs euecta, atque ad Oricum

delata, à Bibulo capta expugnataq; est, vectoribus ad vnum crudeliter interfectis. Bibulus interea, quemadmodum Cæsarem omnibus portubus, & toto mari excludebat, non secus ipse, Cæsarianis præsidijs omnia passim littora & portus tenentibus, omni aditu continentis interclusus, lignatione, pabulatione, & aquatione prohibebatur. Hinc in maximas rerum necessariarum coniecti angustias Bibulus & Libo, qui se Bibulo iunxerat, simulatione facta, velle se maxima quædam de pace inter partes Cæsari exponere, colloquium à Man. Acilio & Statio Murco Cæsaris legatis petunt, induciasq; dierum aliquot in id concedi postulant. Inducijs concessis, Cæsar à legatis per litteras accitus, à Butroto relicta legione, cum qua ad recipiendas vlteriores ciuitates, expediendamq; rem frumentariam profectus fuerat, ad Bibuli postulata Oricum se quamprimùm confert. Vbi ad colloquium ventum, Cæsar postquam videt à Pompeianis nihil adferri, quod ad spem pacis faceret, ijsq; quæ à se pro compositione adferrentur à Bibulo & Libone ad Pompeium reiectis, hoc vnum eo colloquio agi, vt prolatis inducijs dum Pompeius horum certior fieret, Bibulus & Libo angustijs & necessitatibus rerum necessariarum, quibus maximè apud ipsos laborabatur, intereà se explicarent, negatis vlterioribus inducijs, animum ad priora belli consilia cōuertit. Bibulus haud multò pòst ex morbo, quem ex frigore, multoq; labore contraxerat, moritur: nec quisquam in eius locum cum summa imperij suffectus est. Vibullius autem Rufus, quem à Cæsare cum mandatis de pace ad Pompeium missum retulimus, sedatis tum demùm repentini Cæsaris aduentus tumultibus, quæ de pace à Cæsare in mandatis habebat exponere orsus, à Pompeio interpellatus, plura loqui prohibetur: negante Pompeio, ne vita quidem sibi, aut ciuitate opus esse, quam non nisi beneficio Cæsaris habere posse videretur. His posteà ad Cæsarem perlatis, Cæsar vsus opportunitate situs castrorum, quum medio tantùm inter sua & Pompeij castra Apso flumine, quotidiana ferè inter se milites vtrinque colloquia haberent, P. Vatinium ad ripam, ea quæ ad pacem pertinerent, palàm pronunciare iubet. Hinc instituto in sequentem diem altero inter Vatinium & A. Varronem de pace colloquio, postquam frequentes vtrinque in maximam pacis exspectationem erecti conuenissent, altercatione inter T. Labienum & Vatinium orta, tela vndique incertis auctoribus interiecta, vulneratis non paucis, sermonem institutum interrupêre, simul etiam omnem spem pacis in posterum præcidêre, Labieno coram omnibus exclamante: Nisi capite Cæsaris relato, spem pacis nullam superesse. Libo autem mortuo iam Bibulo, Orico relicto, cum classe quinquaginta nauium, insulam portui Brundusino obiectam, qua necessariò Cæsarianis transitus erat occupat. Huc cùm inexspectatus appulisset, partemq; suorum per noctem in terram descendere iussisset, plurima nauibus

Cæsa-

A Cæsarianis & præsidijs terrestribus damna intulit: tantaq; fuit loci opportunitas, vt Libo Pompeio nunciaret, reliquas naues subduci posse, se vel solum cum sua classe, ne reliquæ legiones Brundusio ad Cæsarem perducerentur, facilè prohibiturum. Verùm Antonius, vna è quinque quadriremibus Libonianis, quæ duas suas triremes incautiùs persequebantur, capta, reliquis quattuor in fugam versis, Libonem obsidionem portus Brundusini relinquere coëgit. Cæsar intereà hieme iam multùm inclinata, videns id quod supererat exercitus etiam post menses plures, quàm ipse appulerat, non submitti, tarditatem suorum litteris asperiùs scriptis increpat, addito, vt primo quoque tempore & vento secundo ad se cum legionibus
B traijciant. Antonius igitur & Calenus, cùm milites vel aduersus quoduis discrimen pro salute & dignitate Cæsaris animatissimos nauibus imposuissent, Austro vsi secundo, altero die quàm è portu Brundusino soluissent, Dyrrachium Appolloniamq́, prætereuecti, frustrà persequente Q. Coponio, qui Dyrrachinū portum cum nauibus Rhodijs tenebat, Nymphæum portum milibus passuum tribus vltra Lyssum cum omnibus nauibus appellunt, duabus exceptis, quæ tardiùs consequutæ, ignaræ quò reliquæ cursum vertissent, quum per noctem anchoris iactis medio mari substitissent, postridie ab Octacilio Crasso, qui Lysso præerat, data fide in deditionem acceptæ sunt. Vna earum tyrones ducenti viginti vehebantur, hi ad Octa-
C cilium perducti, contra fidem iurisiurandi ad vnum interfecti sunt. altera veteranos exceperat: hi dum se de conditionib. deditionis deliberare simulant, protracto longiùs spacio à gubernatore in proximum littus expositi, postridie immissis in se ab Octacilio .cccc. equitibus præsidiarijs, cùm se fortissimè defenderent, paucis interfectis, integri se ad suos recepêre. Antonio autem vixdum portum Nymphæum cum nauibus ingresso, Auster subitò in Africum versus, tutissimam Cæsarianis intra Nymphæum stationem præbuit, & ex aduerso Rhodiam Coponij .XVI. nauium constratarum classem ita exagitauit, vt ne vna quidem seruata, naufragio simul omnes perierint: remiges propugnatoresque, pars fluctuum violentia sco-
D pulis illisi periêre, pars ab Antonianis capti, ad Cæsarē perducti, ab eodem dimissi sunt. Antonius autem, Octacilio propter metum relicta Lysso ad Pompeium fuga dilapso, à Lyssanis oppido receptus, ad reliquos milites cū equitatu traducendos naues in Italiam mittit: Cæsariq; quibus locis milites expositi essent, numerumque à se transfuectorum nunciat. Hæ erant legiones veteranorum tres, tyronum verò vna, equites octingenti. Hæc vbi & Pompeio & Cæsari intellecta, motis simul eodem die à flumine Apso castris, Cæsar quidem Antonio se quamprimùm iungere studet: Pompeius verò Antonio occurrere, totisq; cum eo viribus, antequam Cæsaris copiæ accederent, confligere, eumq; ex inopinato opprimere summoperè

LYSSVS RECEPTA.

cupiebat. Quare dum neuter sibi quicquam ad extremam festinationem A reliqui facit, Pompeius quidem, quòd maioribus vteretur viarum compendijs, prior ad Antonium peruenit. Ceterùm Antonius de Pompeij aduentu certior factus, exspectato Cæsaris aduentu, in posterum diem castris se cõtinuit. Pompeius autem veritus à duobus se interclusum iri exercitibus, relicto priore loco castra ad Asparagum Dyrrachinorum munit. Per id tempus Scipio Pompeij socer, qui ad bellum Parthicum cum legionibus missus fuerat, litteris Pompeij reuocatus, è Syria per Macedoniam ad Pompeium properabat. Cæsar autem aduentu militum Antonianorum magna exercitui suo accessione facta, legionem quam Orici tuendæ oræ maritimæ caussa habebat, deducit, cohortesq; tres præsidio vrbis cum Caninio legato relinquit. B Interim Thessali & AEtoli missis legatis, Cæsaris imperatis se parere velle nunciant. Idem & Menedemus princeps eius partis Macedoniæ quæ Libera appellatur, legatis ad Cæsarem missis pollicetur. Cæsar itaque L. Cassium Longinum cum legione tyronum, quæ vigesima septima appellabatur, & equitibus ducentis in Thessaliam, C. autem Caluisium Sabinum cum cohortibus quinque, paucisq; equitibus in AEtoliam, Cn. verò Domitium Caluinum cum duabus legionibus, & equitibus quingentis in Macedoniam mittit. Caluisius pulsis præsidijs Pompeianis, statim ab omnibus magno animorum voluntatumque consensu, per vniuersam AEtoliam & Acarnaniam exceptus est. Cassio & Domitio C in occupanda Thessalia & Macedonia aliquanto plus exhibitum negocij, tum propter diuersa duarum in Thessalia factionum studia, quarum vna, cuius caput Egesaretus, homo veteris potentiæ, rebus Pompeianis studebat: altera verò duce Petreio primæ nobilitatis adolescente, Cæsarianas partes sequebatur: tum quòd Scipio è Syria paulò antè cum exercitu in Macedoniam venerat, qui Cassium Thessalia, Domitium Macedonia aliquandiu prohibuerat: sed & hæ tandem Cæsari cessere. Cn. quoque Pompeius Magni filius, cui classis AEgyptia commissa erat, per id tempus tentata Orici oppugnatione, quattuor è Cæsarianis nauibus, quæ ibi in statione erant abductis, reliquis incensis, relictoq; D. Lælio Asiaticæ classis præfecto, qui D commeatus in Oricum inferri prohiberet, Lyssum inde profectus, triginta quoq; onerarijs nauibus, quas Antonius secum ex Italia adduxerat, ignem inijcit, oppidoq; per triduum frustrà oppugnato, discedit. Cæsar cognito Pompeium ad Asparagum consedisse, capto ex itinere Parthinorum oppido, ad Pompeium cum omnibus copijs peruenit: quem vbi facta à se potestate pugnæ castris se continere videt, Dyrrachium, quò Pompeium omnem belli apparatum contulisse intellexerat, magno circuitu, angustoq; & difficili itinere exercitum ducit. Eòdem postridie & Pompeius proficiscitur. Ceterùm Cæsar superatis magna militum festinatione, perque itinerum

AETOLIA ET ACARNANIA RECEPTAE.

THESSALIA ET MACEDONIA RECEPTAE.

PARTHINI CAPTI.

A nerum compendia difficultatibus, Pompeium præuenit, castraq; ad Dyrrachium ponit. Pompeius dum se Dyrrachio interclusum videt, loco quodam edito iuxta mare, cui Petra nomen, quo nauibus etiam quouis flante vento aditus perquàm facilis erat, castra locat: eoque commeatus ex Asia, proximisq; vndique prouincijs nauibus conferri iubet. Cæsar autem cùm re frumentaria angustiùs vteretur, littoribusq; omnibus arcta Pompeianarum nauium custodia obsessis, cõmeatus mari non satis commodè subuehi possent, Quinctilium & L. Canuleium in Epirum rei frumentariæ caussa mittit: frumentaque vndique è finitimis locis comportari iubet: & quò minore à Pompeianis equitibus periculo subueherêtur, dispositis per
B colles, qui plurimi circum castra Pompeij erant, castellis, ductisque de castello in castellum munitionibus, simul equitatum Pompeij quàm angustissimo spacio continere, & pabulatione intercludere studebat. Spacium quod Cæsar munitionibus suis circumuallare conatus erat, mille ducentorum stadiorum fuisse ferunt. Pompeius ex aduerso, vt quamplurimùm spacij maximo circuitu occuparet, pabulatione item laxiore vteretur, pariter & Cæsarem quàm latissimè distineret, quattuordecim in circuitu milia passuum complexus. xxiiii. castella constituit. Dum hæc vtrinque opera perficiuntur, Pompeio rem iusto prælio cõmittere recusante, crebris hinc inde leuioribus prælijs certatum est. Cæsariani verò à sagittarijs funditori-
C busque, quos Pompeius plurimos habebat, valde infestabantur, adeò vt præ multitudine telorum, quæ vndique immittebantur, vix in opere consistere possent. Præterea consumpto iam omni ferè frumento, hordeo deinceps, leguminibus, & panico, cuius feracissima Epirus, se sustentabant. Erat & radicis genus Chara dictum, quod affatim suppetebat, ex hoc admisto lacte panes pinsebant, atq; his frugum inopiam subleuabant. Hinc Pompeianis in quotidianis colloquijs famem exprobrantibus, à Cæsarianis responsum est: Citiùs arborum radicibus victuros, quàm Pompeium è manibus dimissuros. vnoq; è panibus his ad Pompeium delato, ferunt Pompeium miratum obstinatam Cæsarianorum patientiam, ingemuisse, & di-
D xisse: Cum feris sibi, non cum hominibus negocium esse. vetuisseque panem illum militibus suis ostendi, ne constanti hostium tollerantia animi suorum frangerentur. In castris cõtrà Pompeianis non minore pabuli atq; aquæ inopia laborabatur: Cæsar enim flumen & riuos qui per castra Pompeij in mare deferebantur, aut auerterat, aut obstruxerat: ita vt præter equos, & reliqua ferè omnia iumenta deficiente aqua & pabulo interirent, castraq; fœdo cadauerum odore inficerentur: hinc aduersa militum in castris Pompeianis valetudo. Inter hæc crebris vtrinque, vt alterutri partium se offerebat occasio, commissis prælijs, Cæsar cognito sagittarios Pompeianos indicio ignium nocturnorum iuuari, ad tela in cohortes suas, quæ ad mu-

munitiones excubabant, certiùs conijcienda, vt hostem falleret, ignes di- A
uerso ab excubijs loco fieri iubet: quumque in spem Dyrrachij occupandi venisset, P.Sulla legato cum parte copiarum ad castrorum custodiam relicto, Dyrrachium contendit. Sed ibi in angustias locorum coniectus, hostibus à tergo irruentibus, pugnaque & alijs duobus ibidem locis ancipiti Marte commissa, quanquam plurimis Pompeianorũ interfectis, non paucos tamen è suis desiderauit. Pompeius autem Cæsare iam digresso, eodem die tria simul Cæsaris castella, manus distinendæ caussa, oppugnare adortus, ab vno quidem superuentu P. Sullæ legati pedem referre coactus est, ab altero verò opera Volcatij Tulli, impetu totius legionis per trium cohortium virtutem facilè retuso, repulsus est. Sed hi qui tertio castello insulta- B
bant, à Germanis, qui munitiones Cæsarianas egressi Pompeianorum plurimos ceciderant, ab oppugnatione recedere compulsi sunt. Et nisi Sulla, memor se ad vim propulsandam, non item ad inferendam relictum esse, Legati per absentiam Cæsaris, quàm Imperatoris munere fungi maluisset, dum suos Pompeianis loco pulsis acriùs instantes signo dato reuocat, poterat eo die debellatum videri. Sic sex eo die prælijs commissis, tribus apud Dyrrachium, tribus item apud munitiones, è Pompeianis præter euocatos, manipulares, & Centuriones, duo in vniuersum milia cæsa: signa autem militaria sex relata traduntur. è Cæsarianis verò.xx.omnino desiderati sunt: omnibus tamen qui intra castellum erant frequenti sagittarum iactu C
saucijs, quarum .c.ac.xxx. milia intra vallum reperta sunt. Porrò insignis in superioribus prælijs Sceuæ Centurionis virtus emicuit, cuius scutum ccxxx. vel vt alij. cxx. telorum ictibus perforatum ad Cæsarem delatum est. Quem Cæsar in præmium fortitudinis, seruatiq; sua potissimùm opera castelli, milibus æris ducentis donatũ, ab octauis ordinibus ad primipilum traduxit: ipsamque cohortem duplici stipendio, frumento, alijsque donis militaribus largissimè prosequutus est. Pompeius autem castra maioribus longè quàm anteà operibus munire aggreditur. Non minori ex aduerso diligentia & cõtentione Cæsar, Pompeij equitatum nouis operibus, alijsq; castellis locis opportunis quotidie excitatis, quàm angustissimè cõcludere, D
pabulationeq; prohibere conatur: receptaque, vt suprà commemoratum est, per Caluisium Sabinum & Cassium Longinum AEtolia & Acarnania, Q.Fufium Calenum cum ijsdem in Achaiam mittit. Hic præter Delphos, Thebas, & Orchomenum, & alias plerasque Achaiæ ciuitates partim vi in potestatem redigit, partim missis legatis Cæsari conciliat. Cæsar dum hæc geruntur, non minùs quàm anteà vnquam pacis studiosus, intellecto Scipionem in Macedoniam venisse, Clodium suum & Scipionis familiarem, cum litteris & mandatis de pace ad Scipionem mittit. Ceterùm primis diebus admissus, posteà à Scipione reiectus, re infecta ad Cæsarem reuersus

RES AD DYRRACHIVM GESTAE.

CIVITATES ACHAIAE RECEPTAE.

A uersus est. Sub id tempus fratres fortè duo Allobroges Roscillus & AEgus, quorum fideli promptaq; opera Cæsar bellis superioribus vsus fuerat, apud Cæsarem à suis de stipendio equitum auerso postulati, quanquã secretò, & verbis leuioribus à Cæsare castigati, indignati tamẽ, cum aliquot ex popularibus, quàm maximas poterãt priùs pecunias mutuati, tanquam ijs quos defraudauerant satisfacturi, plurimis item equis coëmptis, primi Cæsarianorum à Cæsare ad Pompeium transfugiunt. Ex his Pompeius postquam pleraq; de Cæsaris consilijs, munitionibusq;, & situ castrorum didicisset, eruptionis consilium, quod iam antè ceperat, in effectum deducere constituit. Magnum itaque militum leuis armaturæ & sagittariorum B numerum, ad eam Cæsarianarum munitionum partem mittit, quæ mari admodum propinqua, quàm longissimè à maximis castris, prætorioq; Cæsaris aberat. Huic Lentulus Marcellinus cum legione præerat. Hanc igitur Pompeius omni vi oppugnare aggreditur, ita vt edita magna strage, iam castris ipsius Marcellini immineret, Marcellinianis cohortibus maximo terrore consternatis. Verùm M. Antonius deductis è proximo & superiori præsidio .XII. cohortibus, Pompeianorum impetum nonnihil repressit, Marcellinianosq; simul metu liberauit. Eôdem mox Cæsar significatione periculi procul per castella fumo facta, subsidio cum aliquot cohortibus venit, castraq; ad mare iuxta Pompeium muniri iubet. Quibus iam com- C munitis, Cæsari à speculatorib. nunciatur, cohortes quasdam & signa, quæ procul intuentibus legionis speciem præbebant, in vetera castra inferri: cuius legionis, vti putabat, opprimendæ studio, quum Cæsar cohortes fortè .XXXIII. diuerso itinere ad castra deduxisset, primo quidem insultu deturbatis à vallo Pompeianis, occupatisq; castris maioribus, in castellum, quod intra maiorum castrorum munitiones erat, repulsis, magna posteà statim fortunæ commutatione vsus est. Nam dum sui munitionum perplexitate ignorantiaq; locorum impliciti, incerti per maiora castra diu errant, Pompeio cum legione suis subsidio veniente, simul etiam Pompeianis spe subsidij superuenientis eruptionem per Decumanam portam facientibus, tur D batis ordinibus, omnia cæde & fuga latè complentur, vel ipsis signiferis inter fugiendum signa proijcientibus, equitibusq; dimissis equis, pedibus se in fugam cõijcientibus, quanquam Cæsare cùm manu tum verbis fœdam suorũ fugam incassum sistere adlaborante: Qua in re non minimùm mortis discrimen subierat, dum signifer, quem è fuga violentiùs manu iniecta retrahere conatur, cuspide signi intentata, ni se dimitteret, exitium ipsi minatur: sed scutiger ipsius, excepto ictu, cæsoq; signifero, periculum ab Imperatore auertit. Poterat Pompeius ea victoria finẽ huic bello imposuisse, nisi metu insidiarum, quòd vallum castrorum Cæsarianorum incustoditũ intellexerat, ex Labieni consilio illis qui circa munitiones intra & extra val-

lum diſperſi vagabantur,cædendis immorari,q̃ fugientibus inſtare,caſtraq; A
Cæſaris inuadere potiùs duxiſſet. Hinc Cæſar poſtq̃ in caſtra venit: Neſcire
Pompeium vti victoria pronunciauit,eo enim die,ſi quando aliâs potuiſſe
ſe ſuperari. Cæſi ſunt duobus his vnius diei prælijs è Cæſarianis milites Ro.
nongenti & ſexaginta, equites verò quadringenti: Tribuni militū decem,
Centuriones .XXXII. in quibus & Sceua ille à quibuſdam refertur. Præter
hos è ſocijs auxilijsq; quamplurimi,vt numerus occiſorum in vniuerſum à
pleriſque tradatur quattuor milium eò ampliùs: ſigna verò militaria capta
POMPEIVS IMPERATOR. .XXXII. Hinc Pompeius re feliciter geſta,Imperator à militibus conſalutatus eſt. Captiui autem Labieno poſcenti à Pompeio donati,corã reliquo
exercitu producti,verbisq; contumelioſis & probroſis à Labieno compellati,crudeliter ad vnum omnes interfici iuſſi ſunt. Pompeius his ſucceſſib. B
ſupra modum elatus,deinceps non tam de bello,quàm de victoria cogitabat:eaq; quæ feliciter à ſe confecta erant,Regibus & ciuitatib.confœderatis
etiam in maius & multò inflatiùs perſcribebat,ſuę cuncta virtuti,fortunæ
nihil tribuens: id quod ſupererat,vel ſe ceſſante facilè confectum iri ſtultè
credens. Cæſar è conuerſo, poſt noctem per ſummã mœſtitiam exactam,
conuocatis poſtridie in concionem militibus,ea quæ acciderant,æquo animo,& fortiter ferre hortatur, néue rebus aduerſis animis deijciantur,monet: cõmemoratisq; ſuperioribus omnibus ſecundis prælijs,in quibus forti
& fideli ipſorum opera vſus fuerat,docet non eandem ſemper eſſe Martis C
aleam: quicquid hîc acceptum cladis,non ſuæ aut militum culpæ,quando
à ſe in nullo peccatum aut erratum eſſet, ſed fortunæ potiùs iniquitati accептum ferri debere,& calamitatem præſentem virtute in poſterum reparandam. Hac abſoluta oratione,tanta vniuerſum exercitũ admiſſæ culpæ corripuit pœnitentia,tantusq; fuit dedecoris accepti pudor,vt ipſi milites ſibi minùs ignoſcẽtes,vltrò decimationis exemplum in ſe depoſcerent. Quod quũ
Cæſar militibus ſe cõdonare diceret,creſcente cum lenitate Cæſaris militũ
verecundia,in ſigniferos ſaltem aliquot,quorũ potiſſimùm culpa ea clades
accepta videbatur,quòd illi cõuerſis præpropere ſignis fugæ initium dediſſent,animaduerti petunt,vt horũ ſaltem ſupplicio totius exercitus purgetur D
infamia. Quos Cæſar ignominia notaſſe,& è gradu militiæ mouiſſe contentus, quum grauiorem animaduerſionẽ remiſiſſet, tanta eſt iniecta militũ
animis cum dolore alacritas,vti abolendi prioris dedecoris ſtudio,ſtatim ſe
in hoſtem duci,facta vnanimi cõclamatione poſtularent,addito iureiurando,aut vniuerſos morituros,aut victores prælio exceſſuros. Idē præter promiſcuam militum turbam,& amici primorumq; ordinum quidam Cæſari
perſuadere conantur,præſentiq; militum promptitudine vti,& rem prælio
cõmittere,monent. Cæſar ad hæc,ſe tempore magis opportuno militũ in
ſe ſtudia periclitaturũ reſpondit: ſed hoc in ſe animo ſemper eſſe pergerẽt.

Atque

A Atque hæc quidem Cæsar apud milites, priuatim autem apud amicos errorem suum non dissimulauit, quòd castra ad Dyrrachium vbi Pompeio omnia parata & instructa erant posuisset,& non potiùs aliò inde in maiores difficultates & angustias abstraxisset. Mutatis igitur ex hoc belli consilijs, habita priùs sauciorum & ægrorum cura, omnibus quæ exædificarat castellis munitionibusq; concrematis & disiectis,præmissisq; prima nocte rectà in Appolloniam cum vna legione impedimentis,reliquoq; exercitu, præter duas legiones, impedimenta subsequi iusso, ipse haud multò pòst conclamatis ex militari instituto vasis, ne fugæ magis quàm profectionis speciem daret,cum duabus legionibus nouissimum agmen citato expeditoq; itinere consequitur. Cognito Cæsaris discessu Pompeius,nulla interposita mora,cum omnibus copijs ad Cæsarem insequendum castris egressus,equitatum præmittit,qui Cæsarianos ad Genusium flumen assequutus, transitu fluminis nouissimum agmen impedire conatur. Sed prælio inter equitatum Cæsaris & Pompeij commisso, Pompeianisq; loco pulsis & profligatis, Cæsar cœpto pergit itinere,inhærente assiduè vestigijs suorũ Pompeio. Ceterùm interiecta in exercitu Pompeij mora,quòd Pompeiani ad vetera ad Asparagum castra, quæ in proximo erant, sarcinas ibi relictas repetituri diuerterant, præcurrente continuis magnisq; itineribus Cæsare, quarto demùm die insequendi finem Pompeius facit. Cæsar quum Appol-

B (marginal letter at "toq; itinere")

C loniæ ex itinere subsistens,reficiendis curandisq; militibus, stipendio item persoluendo temporis quantum satis erat, impendisset, præmissis ad Cn. Domitium, quem in Macedoniam ab ipso missum retulimus, de suo aduentu nuncijs, Appollonia, Lysso, Orico præsidijs aliquot cohortium firmatis, per Epirum & Acarnaniam in Macedoniam ad Domitio succurrendum, si fortè hunc Pompeius peteret,contendit. Eòdem & Pompeius Scipioni à Cæsare metuens, per Candauiam exercitum ducebat. Cæsari verò ad Eginium,quod est oppidum Thessaliæ oppositum,cum exercitu occurrit Domitius: ita coniuncto exercitu Gomphos, quod Epiro venientibus primum se Thessaliæ oppidum offert, Cæsar peruenit. Oppidani qui priùs

D se & sua per legatos Cæsari permiserant, conuersis cum fortuna Cæsaris animis, auctore Androsthene Prætore Thessaliæ, aduersam Cæsaris fortunam aspernati, Pompeianorum successuum fautores, portis Cæsari præclusis,præsidium à Pompeio exspectabant. Quare Cæsar indignatus,cùm oppidum altissimis mœnibus cinctum, eodem quo venerat die, post horam nonam oppugnare cœpisset, ante Solis occasum captum, militibus diripiendum concessit: motisque inde extemplò castris, præuenta etiam rei à se ad Gomphos gestæ fama, Metropolim peruenit. Metropolitæ intellecto statim è captiuis, quos Cæsar ad muros produci iusserat, Gomphensium casu, portas quas & ipsi iisdem de Cæsare rumorib. permoti clauserant, aperiunt.

GOMPHI RECEPTI. METROPOLIS RELIQUAEQUE THESSALIAE CIVITATES RECEPTAE

Qui ab omni iniuria à Cæſare conſeruati,ceteris Theſſaliæ ciuitatibus,La- A
riſſa excepta,quam Scipio validiſſimis exercitus ſui præſidijs occupabat,vt
Cæſaris ſe poteſtati & imperio ſubmitterent, facilè perſuaſere. Cæſar itaq;
Gomphis,Metropoli,alijsq; Theſſaliæ ciuitatibus receptis,ſeptem omnino
dierum iter emenſus, locum pabulationi idoneum in agris Pharſalicis na-
ctus, Pompeij aduentum exſpectaturus caſtra ibidem locat. Haud multò
pòſt & Pompeius in Theſſaliam ad Scipionem peruenit: vbi habita pro ſuo
& pro Scipionis exercitu oratione, poſtquam ſuis militibus pro opera pro-
ximis prælijs ſtrenuè nauata,gratias egiſſet, Scipionis quoque milites eiuſ-
dem cum ſuis prædæ & victoriæ participes fore pronunciat: iunctisq; cum
Scipione caſtris .xxx. haud ampliùs à Cæſare ſtadijs, & ipſe ad Pharſalum B
conſedit: imperijque honorem ſibi cum Scipione ſocero communem eſſe
voluit, ita vt & ipſi claſſicum æquè vt Pompeio caneretur,alterumq; præ-
torium tenderetur. Sic auctis non mediocri acceſſione,duplicatisq; copijs,
magna in caſtris Pompeianis ſecuritas & fiducia, nec alij ſermones, quàm
de præmijs, honoribus, ſacerdotijs, magiſtratibusq; in proximum annum
petendis: præterea de domibus,bonisq; eorum qui partes Cæſaris ſequuti
fuerant,diuidendis: atque adeò de ipſo Cæſaris Pontificatu maximo, con-
tendentibus ſuper eo,non ſine acerbiſſimis verborum contumelijs,Scipio-
ne, L. Domitio, & Lentulo Spintere. Agebatur præterea de iudicijs,mul-
tationibus, & ſupplicijs eorum, qui vel Cæſaris partes ſequuti fuerant, vel C
neutrarum partium Romæ remanſerant. Hæc ferè atque his ſimilia tam
inter milites,quàm ipſos duces, quotidianis in exercitu Pompeiano collo-
quijs & ſermonibus agitabantur, non tam ſollicitis omnibus, quî bellum
cœptum conficerent, quàm ad quem modum victoria quaſi iam parta vti
deberent. Pompeius ipſe,quòd compertum haberet,Cæſarem tum à re pe
cuniaria minùs inſtructum, tum etiam commeatibus deſtitui, valetudine
præterea graui & peſtilenti ex victus inſolentia contracta,exercitum ipſius
infeſtari, omnino conſtitutum habebat prælio abſtinere, ſperans id quod
poſt Dyrrachinam victoriam ſupereſſet, ſe ſine ſuorum ſanguine aut peri-
culo facilè etiam quieſcendo confecturum, & vel ipſa mora hoſtium vires D
attenuaturum,Cæſarisq; exercitum fame & inedia ſtimulante, relicto Im-
peratore ſuo, ad ſe quamprimùm tranſiturum, vtpote cui & ab omnibus
victui neceſſarijs abundè eſſet prouiſum: quòd munitis obſeſſisque à ſe o-
mnibus paſſim vijs,caſtellis, & portubus, commeatus terra mariq; vndiq;
facilè comportari poſſent. Atque hoc Pompeij conſilium ſoli ferè Catoni,
qui ciuili parcendum ſanguini dictitabat, probabatur. Sed alij complures
Senatorij atque Equeſtris ordinis viri, Regesq; confœderati, atq; adeò vni-
uerſus exercitus,Dyrrachino ſucceſſu elati,ſimul etiam diuturno bello feſſi,
fretiq; multitudine, qua Cæſarem Pompeius longè ſuperabat, ad prælium

q̃pri-

A q̃primùm committendum Pompeium hortari non desistunt, tandiu victo
riam differri dictitantes, quandiu à pugna abstineretur. Quidam militum
in sententia persistentes, Pompeium etiam maledictis incessere non dubi-
tabant, Agamemnonem eum, Regemq; Regum appellantes: quippe quòd
vt Agamemnon olim belli caussa ceteris interim Regibus apud Troiam im
perarat, ita & Pompeius delinitus voluptate imperandi, bellum etiam stu-
dio duceret, quò diutiùs inter alioqui æquales emineret. Quidam tamen
aduersis quibusdam ostentis & insomnijs territum pugna abstinuisse tra-
dunt. Cæsar autem postquam angustijs rei frumentariæ, qua iniquiùs
vtebatur, aliquantùm se explicuisset, reficiendisque militum animis, tum
B corporib. quantum sufficere videbatur temporis tribuisset, perspecta suo-
rum alacritate, nihil magis optabat, quàm acie quamprimùm concurrere.
Ceterùm captata per plures dies sæpiùs occasione, vnico tantùm, eoque e- RES IN THESSALIA INTER CAESAREM ET POMPEIVM GESTAE.
questri prælio decertatum est: quo Cæsar, quanquam equitum numero
longè inferior, ita vt septem milibus Pompeianorum, mille tantùm quos
opponeret, haberet, superior tamen euasit. Quam ad rem non minimum
momenti attulit, quòd Cæsar ex instituto peculiari, vt paucitati equitatus
sui consuleret, adolescẽtes expeditos, atq; ex antesignanis electos, & prælio
equestri assuetos, pedites inter equites armatos præliari iubebat. Sed ani-
maduerso Pompeium nulla ratione ad pugnam elici posse, nisi ipse in loca
C iniquiora descenderet, alia ratione inita, mutatis quotidie de loco in locum
castris, se quidem commodiore pabulatione & frumentatione vsurum in-
telligebat, militem verò Pompeianum itineri & labori insuetum, continuo
labore insequendi defatigatum iri, simulq; in itinere in aliquam dimican-
di necessitatem conijci posse sperabat. Hinc signo profectionis dato, tento-
rijsque solutis Scotussam versus castra mouet. Speculatores præmissi ad
Cæsarem recurrentes, nunciant Pompeium longiùs vallo egressum, suos in
aciem producere. Pompeius enim victus conuicijs suorum, aliena sequu-
tus consilia, summam rei quanquam inuitus, prælio cõmittere statuerat,
hoc tantùm apud amicos prolocutus: Eum diem vterlibet horum vince-
D ret, funestum populo Ro. magnarumque calamitatum initium futurum:
quum priùs in concilio prædixisset fore, vt vel ante acierum cõcursum Cæ-
sariani loco pellerentur. Cæsar autẽ gauisus hoc nuncio, ad suos conuersus:
Non, inquit, de itinere nunc, sed de prælio nobis cogitandum. En vobis,
inquit, toties expetita delendæ prioris infamiæ, sarciendæq; acceptæ nuper
ad Dyrrachium cladis occasio: quam si nunc è manibus amiseritis, non est
quòd aliam temerè in posterum exspectetis: simul copias expeditas castris
educit. Quidam non leues auctores scriptum reliquêre, Cæsarem sub me-
diam noctem, quæ proximè præcesserat, Marti & Veneri Genetrici opera-
tum, ædemq; eidem Deæ vouisse, si victoria penes ipsum stetisset. Postri-

die verò postquam suos castris eduxisset, vallum ipsum solo æquari iussisse, A
ne quis suorum aliquam in receptu spem reliquam sibi cogitaret: sed aut cum suis in acie casurum, aut hostium castris potiturum. Labienus autem postquam Pompeius expositis pro concione consilij sui rationibus, suos & animis & manibus paratos esse iussisset, Pompeij consilium summis laudibus extollens, exercitum Cæsaris despectui esse iubet, negans eundem illum esse, cum quo Gallos, Germanos, Britannos, ipsam denique Hispaniam subegisset: quorum pars longè maxima, alij continuis bellorum laboribus, infinitisq; prælijs, alij diuersis morborum generibus, alij alia occasione vel perijssent, vel abessent: prælium deniq; Dyrrachinum, si quid ex illo robore supererat, penitus consumpsisse. Quibus recitatis primus iurat, se nisi victorem in castra non reuersurum. Idem & reliqui mox omnes hortante Labieno iurant. Ipse quoque Pompeius idem coram omni exercitu iureiurando affirmare nõ dubitauit: sic ab omnibus spe & fiducia plenis è concilio discessum est. B

Cæsar autem postquam castris Pompeij appropinquasset, vbi aciem Pompeij instructam cognouit, & ipse suam quamprimùm instruit. Sinistrum cornu aciei Pompeianæ tenebat ipse Pompeius, mediam cum legionibus Syriacis Scipio, dextrum Cilicensis legio cum cohortibus ab Afranio nuper ex Hispania adductis. Cæsar autem cùm se Pompeio opposuisset, dextrum cornu P. Sullam, sinistrum Antonium, mediam aciem Cn. Domitium tenere iubet: reliquam aciem ita C
instruit, ne ab equitatu Pompeiano, qui maximus erat, facilè circumueniri posset. Fuêre autem in exercitu Pompeij peditum milia, vt quidam tradidêre. LX. vt alij. LXX. equitum verò septem milia. Cæsar ipse præter euocatos, quorum duo milia erant, Pompeij exercitum centum & decem cohortium fuisse scribit, hoc esse ait milium. LV. Cæsaris autem copiæ. LXXX. erant cohortium, quæ milia. XXII. conficiunt. Cæsar acie iam instructa, commemoratis suis in milites beneficijs, simulq; professus per se non stetisse, quominus res ab armis ad pacem deducta fuerit, quod non semel à se summo studio tentatum ipsis militibus esse testatissimum, seq; vtrumque exercitum Reip. saluum voluisse: postquã de cetero more militari suos ad D
pugnam opportuna & cõmoda oratione cohortatus esset, militibus vltrò exposcentibus, studioq; pugnæ ardentibus, tuba signum dari iubet. Quod simul atque insonuit, non ea statim animorum promptitudine, qua Cæsar sperauerat, concursum est: dum ad conspectum eorundem signorum, eorundem armorum & telorum, ad auditum eiusdem clamoris, Cæsarianis in mentem subit, cum quibus sibi decertandum foret, fratri scilicet cum fratre, patri forsan cum filio, consanguineo cũ consanguineo: hinc loco prioris alacritatis, luctus, & aliquandiu silentium: donec tandem Crastinus euocatorum vnus, qui primũ pilum in exercitu Cæsaris duxerat, cum centum

A viginti ſpectatæ virtutis ſuæ centuriæ militibus ſe ſequi iuſſis, primus in ho
ſtes prorumpens, ſimul dextra protenſa reſpiciens & inclamans: Faciam,
inquit, Cæſar, vt hodie aut viuo mihi aut mortuo ſis gratias acturus: ſimul
in hoſtem irruit, ſtatimq; ab omnibus Cæſarianis infeſtis pilis procurritur. PVGNA PHARSALICA.
Non deſunt idonei auctores, qui tradunt acie vtrinque iam inſtructa, an-
tequam claſſicum pugnæ ſignum caneretur, vtrumque Imperatorem illa-
crymaſſe, atq; aliquandiu tam dubium, & vtrique parti funeſtum pugnæ
initium facere diſtuliſſe: donec tandem Pompeius videns tædio moræ or-
dines ſuos iam turbari cœptos, prior ſigna canii iuſſit. Hoc indubitatum eſt,
Pompeium monitu Triarij ſuos loco cõſiſtere, denſoq; agmine impetum
B Cæſarianorum, iactumque pilorum excipere iuſſiſſe, quòd ſperaret militi-
bus loco retentis, pila leuius caſura, quàm ſi immiſſis occurriſſent: Cæſa-
rianosque duplicato curſu defatigatos, antequam ad ſuos perueniſſent, vi-
ribus deſtitutos, remiſſiùs prælium commiſſuros. Hinc Cæſariani mirati
à Pompeianis inuicem non concurri, vſu & peritia rei militaris edocti, me-
dio ferè curſu ſubſtitêre: cumq; à priore contentione nonnihil reſpiraſſent,
confecto curſu incœpto pilis miſſis gladios in hoſtes ſtringunt. Similiter
& à Pompeianis, conſeruatis tamen ordinibus, locoq; immotis, poſt pilo-
rum iactum ad gladios ventum eſt: ſimulque equitatus Pompeianus cum
multitudine ſagittariorum à ſiniſtro cornu procurrens, explicatis turmis
C Cæſaris aciem circumuenire cœpit. Cæſar autem poſtquam equitatum
ſuum ad primum impetum loco ceſſiſſe vidit, quartam aciem, quam è co-
hortibus aliquot in ſubſidium totius exercitus prouidè inſtituerat, atq; in
talem euentum poſt ordines locauerat, ſigno vexillo dato, ſuis laborantib.
ſubmittit. Ab hac tanto impetu & ea violentia procurſum eſt, vt vniuerſus
mox Pompeij equitatus loco pulſus, in altiſſimos montes fuga ſe reciperet,
ſagittarijq; & funditores præſidio equitum nudati, inermes omnes ferè in-
terficerentur. Eodemque impetu, eædem illæ quartæ aciei cohortes, acie
Pompeij à ſiniſtro cornu circumita, Pompeianos etiam reſiſtentes à tergo
adorti, maximè accedente tertia acie, quam Cæſar illuc vſque quieſcere iuſ-
D ſerat, quæ à fronte ſe obijciebat, vniuerſum Pompeij exercitum terga ver-
tere compellunt. Cæſar autem nuſquam non præſens, non ſegniùs manu
quàm verbo ſtrenui ducis ſimul & militis munus obibat. Sunt qui tra-
dant, inter præliandum Pompeium ſubinde inclamaſſe, incertum ſiue ad
ſuos, ſiue ad Cæſarem: PARCE CIVIBVS: Cæſarem verò ex alia parte,
MILES, FACIEM FERI: Quòd Pompeianum militem vtpote tyronem
adhuc, & per ætatem rei bellicæ inſuetum, formæq; & venuſtatis conſer-
uandæ, quàm decoris militaris ſtudioſiorem, huiuſmodi plagas propter ci-
catricum deformitatem maximè vitaturum, imò ne exſpectaturũ quidem
ſibi perſuadebat: quum aliàs non tam oculos & os, quàm crura & brachia
ferire

ferire Romanis moris esset. Alij vtramque hanc vocem Cæsari tribuunt. A
Ceterùm Cæsar, postquam vniuersa acie iam in fugam conuersa, stragem longè latéque promiscuam edi cerneret, siue pietate in ciues motus, siue metu ne Pompeiani sumpta à desperatione audacia ordines instaurarent, missis circumquaque præconibus, ciuibus quidem parci, sed in auxilia sæuiri iubet. Pompeius conspecta suorum fuga, equitatuq; cui potissimùm tanquam inuicto exercitus sui robori fidebat iam profligato, equo ad castra quamprimùm delatus, procul inclamans ad eos qui pro porta prætoria in statione erant: Vos, inquit, castra tuemini & defendite, ego reliquas portas circumibo, præsidioque firmabo. Ceterùm paulò pòst prætorium ingressus rebus desperatis tacitus & cogitabundus euentum rei exspectans, B in tentorio desedit. Cæsar autem suos cohortatus, vt præsenti fortunæ beneficio vsi, partam iam victoriam è manibus ne amitterent, licet æstu meridiano per mediam æstatem, & multa cæde fessos, sequi tamen paratos, ne spacium Pompeianis vllum se colligendi, animosque resumendi daret, quamprimùm ad castra oppugnanda educit. Quæ quum non tam à Pompeianis etiamnum dispersis, & magis de fuga, quàm castrorum defensione cogitantibus, quàm à Thracibus alijsque Barbarorum auxilijs aliquandiu defenderentur, haud multò pòst Pompeiani multitudine telorum & vulnerum superati, vallo relicto cum Centurionibus & Tribunis in excelsos montes, qui castris imminebant, perfugiunt. Ipse Pompeius relicto palu- C damento insignibusq; Imperatorijs, quattuor tantùm comitantibus, equo conscenso per portam Decumanam Larissam properè se cōtulit. Vbi postquam quamminimùm substitisset, cum alijs.xxx. equitibus, qui è fuga eò confluxerant, continuato per noctem itinere pari festinatione ad mare descendit. Cæsar quanquam opulentissimis instructissimisq; hostium castris potitus, in quibus præter triclinia strata, sumptuosissimaque tabernacula, magnum etiam argenti pondus, reliquaque ad luxum & voluptatem comparata videre erat, ne dum miles circa prædam distinetur, occasionem rei perficiendæ prætermitteret, parte copiarum in castris Pompeij relicta, parte verò alia in sua castra redire iussa, ipse cùm quattuor legionibus ad D Pompeianos, qui Larissam versus cursum intenderant, persequendos proficiscitur: quos postquam è fuga in montem compulsos, aquatione fluminis, qui monti suberat, munitione effecta interclusisset, missis legatis deditionem facere cogit, paucis tamen ordinis Senatorij, qui eòdem fugerant, per noctem fuga dilapsis. Postridie omnibus è monte in planiciem descendere, armaq; deponere iussis, salutemq; passis manibus suppliciter petentibus, veniam concessit, militibusq; suis, ne quis eorum violaretur, edixit, plurimosq; ex his etiam legionibus suis adscripsit: ijsq; quas secum adduxerat legionibus in castra ad quietem remissis, alijsq; in locum eorum accersitis,

POMPEII FVGA.

A cerſitis, eodem die Lariſſam peruenit. Hic fuit memorabilis illius & fatalis inter ciues Rom. in campis Pharſalicis inter Pharſalum ipſum & Enipeum flumen, pugnæ exitus. Quo autem die funeſtiſſimum hoc ad Pharſalum prælium cõmiſſum ſit, à nullis certò traditur: fuiſſe tamen circa diem .XIIII. Kal. Sextil. certum eſt, menſe ex quo Cæſar Brunduſio traiecerat ſeptimo, poſt Pompeium quattuor penè menſes ad Dyrrachium validiſſimis maximisq; operibus obſeſſum. A quibuſdam traditum eſt, Cæſarem ſimulatq; in caſtra Pompeij veniſſet, conſpecto occiſorum aceruo ingemuiſſe, dixiſſeque: Hoc ſcilicet voluerunt, vt maximis confectis bellis, dimiſſo exercitu C. Cæſar condemnatus morerer. L. Florus præter auxilia externa, huic B bello hinc inde trecenta ampliùs milia interfuiſſe commemorat. Numerus autem occiſorum ab alijs aliter traditur. Aſinius enim Pollio, qui & ipſe Cæſarianorum ducum vnus prælio intetfuit, non plus ſex milibus è Pompeianis cecidiſſe ſcribit: alij .XXV. milia, præter Senatores decem, Equites quadraginta: è Cæſarianis verò præter Centuriones .XXX. mille ducentos perijſſe ſcriptum reliquêre. Ipſe autem Cæſar, è ſuis quidem ducentos, nec ampliùs deſideratos, auctor eſt, & præter hos Centuriones .XXX. è Pompeianis verò milia .XV. cæſa refert. In his etiam L. Domitium, qui Cæſari in Galliam ſucceſſor mittendus fuerat, ab equitibus in fuga interemptum. Capta autem fuiſſe milia .XXIIII. eo ampliùs, ſignaq; militaria ad Cæſarem C relata .CLXXX. aquilas verò .IX. Inter Cæſarianorum cadauera inuentum eſt & Craſtini euocati corpus, adacto in os aduerſum gladio, quod Cæſar ob egregia erga ſe eius prælij merita, militaribus ornatum donis, honorifico ſeorſim ab alijs, haud longè tamen à communi cæſorum tumulo, monumento dignatus eſt. Hæc antequã accidèrent, obſeruata ſunt diuerſa plurimis in locis oſtenta atque omina, quæ tantam hanc cladem, inſignemq; Cæſaris victoriam portenderent. Fulmina namque aduerſa in caſtra Pompeij deciderunt, ignisq; in aëre ſuper caſtra Cæſaris viſus, in caſtra Pompeij delatus, ibidem extinctus eſt. Item Pompeio nocte ſacrificanti victimæ ab altaribus aufugêre: ipſeq; poſtridie pulla indutus veſte apud principia con D ſpectus, aduerſi ominis loco militibus fuit. Signa item militaria apes obſedêre. Panicus tumultus in caſtris Pompeij incerto auctore exortus, vniuerſum terruit exercitũ: quo ſedato, cùm ſe ſomno dediſſet Pompeius, ædem Veneri victrici ſibi per ſomniũ dedicaſſe viſus eſt. Venerem autẽ victricem militibus in teſſeram dederat Cæſar, vt Pompeius Herculem inuictum. Antiochiæ quoque in aëre maximus auditus eſt armorum ſtrepitus, tanquam exercituum cõcurrentium, aut hoſtium aduentantium. Trallibus verò in templo Victoriæ pro ſimulachro Cæſaris palma è ſolo lapide ſtrato repentè enata eſt: alibi quædam ſimulachra ſponte conuerſa ſunt, alia ſudauêre, fleuêre nonnulla. Pergami tympanorũ cymbalorumq; ſonitus à Bacchi fano

per totam vrbem del..us est: aliaq; passim his similia,quæ tum aliàs,tum ipso pugnæ die accidêre,primò quidẽ neglecta,posteà allato rei gestæ nuncio,omnibus miraculo fuêre. Cæsar autem tam insigni illustriq; victoria potitus,pari modestia & cleměntia vsus est.Nam clarissimis quibusq; Senatorij Equestrisq; ordinis viris,qui nullo priùs ab ipso beneficio affecti Pompeij rebus studuissent,vt qui nihil cõtra se deliquissent, facilè veniam cõcessit.Inter hos & M.Bruto,qui à Q.Seruilio Cæpione adoptatus,Q.Cæpio Brutus appellatus est,quiq; posteà vnus è percussorib.fuit,salus donata: hũc enim præ ceteris Cæsar etiam ante prælium,si occurrisset,seruari iusserat: prælioq; iam confecto per litteras ad se euocatum maximis insuper honoribus prosequutus est. Eos verò quos semel in potestatem redactos,& à se dimissos,arma iterũ sumpsisse cognouerat, interfici iussit: nisi si quos & ex his amicorũ precibus condonasset: singulis enim ex amicis suis salutem vnius concesserat. Quinetiam quum in scrinia quibus secretiores ad Pompeium litteræ includebantur,incidisset,è quibus facilè multorum in se animum cognoscere poterat,comburere maluit quàm inspicere: ne perlectis litteris, perspectisque inimicorum in se voluntatibus,in aliquem acerbiùs quàm innata ipsi clementia ferebat, statuere cogeretur. Eadem lenitate & posteà vsus,Regibus quoque Barbaris, populis, & ciuitatibus, quæ Pompeium auxilijs iuuerant,facilè omnem offensam remisit. Thessalos in præmium & signum victoriæ apud ipsos obtentæ,vel ante discessum suum publicè libertate donauit. Pompeius interim postq̃ à Larissa ad mare venit, nactus in ostio Penei amnis nauem frumentariam,quũ per noctem in anchoris stetisset, primoq; statim diluculo soluisset,cõspecto maiori nauigio quod pręteruehebatur,eoq; conscenso,in Lesbum insulam circa Mytilenã aduectus est.Quidam eodem nauigio P.& L.Lentulos,Fanonium item & Deiotarũ receptos tradidêre.Erat Mytilenę Cornelia Metelli Scipionis filia Pompeij vxor,Sextus item filius: hos Pompeius,cùm oppidum ingredi nollet,in portum per nuncium ad se venire iubet: ijsdemq; cũ reliquis amicis, cõmeatu,rebusq; suis in quattuor triremes impositis,Attaliam maritimũ Pamphyliæ oppidum peruenit: ibi triremes quasdam è Cilicia obuias sibi habuit:tum & milites quidam,Senatorijq; ordinis sexaginta eòdem è fuga ad ipsum conuenêre.Inde in Ciliciam primò,posteà in Cyprum appellens, postq̃ arcem Antiochensium excludendi sui caussa captam,suosq; qui se in finitimas ciuitates è fuga receperãt, Antiochia prohiberi intellexit,consiliũ Syriæ adeundæ,& ad Arsacem Parthorum Regem se recipiendi amicis hortantib.deponit. Posteà perlato ad ipsum classem sibi in Corcyra saluam,Catonemq; cũ valido exercitu cõstituisse in Africam traijcere,dubitauit num & in Africã ad Iubam Regem,quod quidam cõsulebant,sibi cõfugiendum esset. Sed quum præter dignitatem videretur, hoc tanq̃ minùs illustri vti

per-

CAESARIS CLEMENTIA.

A B C D

A perfugio, ex amicorum consilio AEgyptum petere constituit: tum quòd trium haud ampliùs dierum itinere distaret, quodque ipsa regio potens & felix, nauibus, frumento, pecunijs, alijsque ad bellum necessarijs abundaret: tum etiam quòd Reges pueri paterna necessitudine sibi iungerentur. Postquam igitur Cæsarem ad se persequendum cum equitatu & vna legione viam ingressum, nusquam interquiescere intellexit, celeritatem Cæsaris pertimescens, contractis vndiq; quoquo modo pecunijs, coacta etiam vndecunque poterat tumultuaria duorum milium militum manu, ijsque cum reliquis ad belli vsum necessarijs in naues impositis, Cypro soluens Pelusium venit. Ptolomæus tum fortè vixdum pueritiam egressus, vtpote
B tredecim annorum, cum sorore Cleopatra pro regno armis decertabat, castraque ad Pelusium circa montem Cassium haud procul à Cleopatræ castris habebat. Ad hunc Pompeius quosdam è suis mittit, petens pro veteri paternaq; amicitia atque hospitio, vt Alexandria receptus, opibus ipsius in præsenti calamitate iuuaretur. Quod eò se faciliùs impetraturum sperabat, quòd mortuo Rege patre, tutor puero Regi à Senatu datus, regnũ ei summa cum fide restituisset. Verùm qui administrationi regni præerant, quorumq; consilijs Rex puer regebatur, dum eos qui à Pompeio missi fuerant, cũ militibus regijs, inter quos & quidam Romani erant (qui sub Pompeio aliquando stipendium fecerant, quiq; bellis Syriacis confectis à Gabinio eò
C traducti, & apud patrem Ptolomæum pro præsidio relicti erant) liberiùs & familiariùs colloqui vident, siue veriti ne Pompeius sollicitato exercitu regio regnum occuparet, siue despecta Pompeij fortuna, Cæsari victori gratificari studentes, dato benigniori responso Pompeium accedere iubent. Ceterùm Photinus Eunuchus pecuniæ & thesauris regijs præpositus, Achillas item militum præfectus, consilium Pompeij per dolum interficiendi, secretò inter se ineunt: cuius tam nefarij consilij auctor exstitit Theodotus Samius Rhetor Regis præceptor: Canem, inquiens, mortuum non mordere. Pompeius itaque ab Achilla & L. Septimio, qui bello piratico sub eo meruerat, è maiori nauigio in minorem scapham cum vno atq; altero suo-
D rum exceptus, (quòd littus vadosum magnarum nauium accessum nõ admitteret) Septimio, qui dextram ei paulò antè Regis nomine porrexerat, primum auerso ictum infligente, videns & ab Achilla & ceteris astantibus strictis vndique se peti mucronibus, toga vtraque manu in caput adducta, nulla præter suspirium voce emissa, semet vltrò percussoribus feriendum obtulit. Hunc vitæ finem sortitus est Cn. Pompeius, cui à magnitudine rerũ gestarum meritò Magni cognomen inditum, annum agens .LX. Quidam occisum tradunt die suo natali, quo de piratis & de Mithridate aliquando triumpharat, qui fuit pridie Kal. Octob. alij postridie eius diei interfectum scriptum reliquêre. Corpus capite præciso in littus eiectum, paulò pòst à POMPEII CAEDES.

 Phi-

Philippo Codro liberto Cypri Proquæstore exstructo tumultuariè & è fragmentis scaphæ rogo concrematum, atque ibidem in littore sepulturæ traditum est. Nauis autem in qua erat Cornelia vxor cum Sexto filio, conspecta cæde Pompeij Cyprum retrò se fuga recepit. L. autem Lentulus postridie appellens, & ipse captus in carcere necatus est. Cæsar biduum Pharsali commoratus, rebusq; omnibus in Thessalia constitutis, relictisq; suorum nonnullis ad recipiendas Græciæ ciuitates, Pompeium è vestigio in quascunque ille partes se recepisset, persequi statuit. Quem quum in Asiam traiecisse suspicaretur, eôdem tertio pòst die cursum instituit. Eo forsan itinere cùm præmissis copijs triremibusq; atque alijs maioribus nauibus, ipse modico nauigio Hellespontum quà angustissimus erat, traijceret, B medijs ferè freti faucibus C. Cassium, qui cũ parte classis Pompeianæ .LXX. triremium ad Pharnacem in Pontum properabat, obuium sibi habuit. Sed tantum abfuit, vt Cæsar aut fugeret, aut à tanta nauium multitudine opprimeretur, vt vltrò Cassium ad deditionem vrgere non dubitaret. Vnde Cassius ratus Cæsarem studio contra se nauigare, opinione felicitatis Cæsarianæ territus, supplices è triremi manus tendens, veniamq; petens, se & classem eidem continuò dedidit. Qui à Cæsare in fidem receptus & seruatus, posteà & ipse per summam ingratitudinem vnus percussorum exstitit. Cæsar maximo fortunæ beneficio præter exspectationem seruatus, postquam in Asiam venit, AEolibus, Ionibus, reliquisque gentibus Asiaticis, C culpam per legatos deprecantibus, veniam concessit: parteque tributorum tertia insuper remissa, à publicanorum acerbitate liberauit. Gnidijs etiam in gratiam Theopompi familiaris sui, libertatem largitus est. Intellectoq; interim Pompeium in Cypro conspectum, suspicatus id quod res erat, AEgyptum petijsse, veritus ne præoccupato regno opulentissimo vires recolligeret, Rhodum traiecit: conscensisq; ibidem Cassianis Rhodijsque triremibus, non exspectato donec exercitus in vnum conueniret, cum duabus legionibus, equitibusq; octingentis, quum sub vesperam soluisset, nemine suorum quò tenderet conscio, gubernatoribus tantùm ignem & signum nauis prætoriæ sequi iussis, missoq; posteà ad suos nuncio, vt quamprimũ D se subsequerentur, tertio pòst die, triduo post interfectum Pompeium, vt quidam tradunt, Alexandriam peruenit. Quo tempore quæ hactenus commemorata sunt, tum ad Dyrrachium & in Thessalia inter Cæsarem & Pompeium, tum alibi posteà acta sunt, alia alijs interim locis accidêre. C. enim Cassius cum Cilicum, Phœnicum, & Syrorum, cui præerat, classe, in Siciliam appellens, partem classis Cæsarianæ .xxxv. nauium, cui ad Messanam M. Pomponius præerat, pice, teda, stupa, similiq; materia flammis concipiendis idonea, iniecta, incendit. Hinc legionariorum præsidio ægrè præ timore oppidum defendente, minimùm abfuit, quin & ipsa

Messa-

A Messana caperetur: nisi nuncij de victoria Cæsaris peropportunè allati, Cassium incœpto desistere compulissent. Alteri Cæsarianæ classis parti præfectus erat P. Sulpicius Prætor, eaq; Vibone ad fretum in statione erat. Huc profectus Cassius, simili ratione qua superiùs, aliquot è nauibus flammas inijcit: ita & ex his quinque incendio absumuntur. Reliquis autem à P. Sulpitio in mare deductis, factoque in classem Cassianam impetu, triremes duæ ex eadem deprimuntur, aliæ verò duæ quinqueremes capiuntur, quarum altera prætoria ipsius Cassij erat: sed is scapha è maiori nauigio exceptus, ad suos euasit, cognitoque certiùs de prælio in Thessalia commisso, classem ex ijs locis eduxit. Eodem tempore & D. Lælius, qui Asiaticæ B classi præerat, quique insulam Brundusio obiectam, quam Libo priùs tenuerat, quò Vatinium, quem Brundusio Cæsar præfecerat, mari intercluderet, similiter occupauerat, quanquã quinqueremi vna cum alijs aliquot nauibus amissa, omnique aquæ vsu, quam quæ onerarijs nauibus Corcyra Dyrrachioq; supportaretur prohibitus, non nisi accepto Pharsalicæ cladis nuncio à proposito destitit. Parte alia Q. Fufius Calenus, quem Cæsar ante pugnam Pharsalicam in Græciam ad recipiendas Græciæ ciuitates miserat, vastatis latè Atheniensium agris, Piræum quidem Atheniensium portum nullis circundatum muris ceperat, ceterùm ipsis Athenis non antè potiri potuit, quàm Athenienses intellecto Pharsalici prælij euentu, ipsi vltrò C se dederent. His Cæsar posteà etiam nulla imposita multa veniam concessit, addito se non ipsorum meritis, sed maiorum gloriæ eam culpam condonare. Eodem nuncio & aliæ pleræq; Græciæ ciuitates, Cæsari se permittentes, in gratiam acceptæ sunt. Soli ferè Megarenses obstinatiùs in sententia persistentes, non tam vi quàm astu & proditione, tandem in potestatem venêre. Qui magno suorũ numero interfecto, ceteris verò quàm vilissimo precio diuenditis, meritas imprudentiæ suæ pœnas exsoluêre. M. verò Octauius qui Achaicis Liburnicisq; nauibus præfectus erat, ex clade Pharsalica in Illyricum maxima se cum classe contulerat. Eò Q. Cornificius Cæsaris Quæstor pro Prætore cum duabus legionibus æstate proxima missus D fuerat, captisque castellis compluribus, quæ locis editioribus sita, ad decursiones vastationesque magnas præstabant opportunitates, prouinciam sua prudentia hactenus Cæsari seruauerat. Idem paucis Iadertinorum nauibus adiutus, & Octauium tum temporis in ea loca cum classe venientem, compluribus è nauibus ipsius partim captis, partim disiectis, accessu prouinciæ prohibuerat, iunctisque sociorum Iadertinorum nauibus cum captiuis Octauianis, classem quæ vel prælio cõmittendo sufficere posset, constituerat. Cæsar autem postquam profligato ad Pharsalum Pompeio, plurimos è fuga collectos per Macedoniam in Illyricũ se recipere intellexisset, veritus ne dum ipse parte diuersa Pompeium persequitur, bellum alibi in-

ATHENAE ET RELIQUAE GRAECIAE CIVITATES RECEPTAE.

RES IN ILLYRICO GESTAE.

ſtauraretur, Gabinium per litteras cum legione tyronum in Illyricum proficiſci, ſeq; Cornificio iungere iuſſerat. Proinde Gabinius poſtquam in Illyricum appulit, per ſummas hiberni temporis difficultates, omnibusq; & victui & bello neceſſarijs deſtitutus, (vtpote in prouincia finitimo bello & diſſenſionibus iam exhauſta, nec alioqui ſatis fida) bellum per maximas incommoditates adminiſtrabat: & quòd interclusò hibernis tempeſtatibus mari commeatus aliunde ſubuehi non poſſet, non niſi expugnatis magno cum diſcrimine caſtellis inopiam ſubleuabat. Hinc poſtquam ſe barbaris contemptui eſſe videt, dum Salonam ſe recipit, prælio ex itinere decertare coactus, cæſis ſuorum duobus ampliùs milibus, Centurionibus. XXXVIII. Tribunis quattuor deſideratis, Salonam cum his qui prælio ſuperfuerant, ſe recepit: ibique poſt menſes paucos in maxima rerum omnium egeſtate morbo abſumptus eſt. Ex hoc Octauius in ſpem potiundæ prouinciæ erectus, percuſſo cum Barbaris fœdere, Cæſaris præſidia, mari quidem cum claſſe ſua, terra verò cum pedeſtribus Barbarorũ copijs diuerſis pluribusq; quotidie locis infeſtabat. Sed Vatinius Cornificij litteris Brunduſio accitus, cum tumultuaria quidem ex actuarijs alijsq; minoribus nauigijs, quibus roſtra impoſuerat, claſſe, verùm cum nõ pœnitenda veteranorum manu in Illyricum veniens, primoque ſuo aduentu maritimis aliquot ciuitatibus receptis, reliquas in propoſito perſiſtentes prætereuectus, Octauium Epidaurum, vbi Cæſaris præſidium erat, terra mariq; oppugnantem, nuſquam interquieſcens aſſequutus, ab incœpto diſcedere compulit, fugientemque cum ſua illa tumultuaria claſſe inſequi non dubitauit. Ceterùm Octauius haud ignarus Vatinij claſſem è minoribus comparatam nauigijs, fiducia claſſis ſuæ ad Tauridem inſulam curſum ſiſtit: ſuſpicatusque, quod euenit, Vatinium ſubſequuturũ, ſuos in portu paratos eſſe iubet. Vatinius contrà ratus Octauium longiùs etiam progreſſum, nauibus ſuis propter tempeſtatis metum diſtentis, imparatus nec quicquam tale exſpectans, Octauij claſſem ſibi obuiam habuit. Et quanquam multis partibus, cùm nauium numero & magnitudine, tum ipſo apparatu Octauio impar, virtute tamen & promptitudine ſuorum factum eſt, vt poſt acerrimam hinc inde concertationem, victoria tandem penes ipſum ſteterit: ipſiusque Octauij quadriremi, in quam primus cum ſua quinqueremi impetum fecerat, depreſſa, è reliquis non paucæ captæ ſunt, aliæ roſtris Vatinianarum nauium perforatæ, in profundum demerſæ. Propugnatores pars iugulati, pars in mare proiecti. Ipſe autem Octauius ſcapha, in quam è ſua quadriremi ſe coniecerat, præ pondere ſimul irruentium ſubſidente, ad myoparonem adnatauit: quo exceptus, poſtquam nox finem prælio feciſſet, ſubſequentibus nonnullis, quos non tam ſua virtus, quàm fortunæ beneficium ſeruarat, in fugam ſe dedit. Vatinius autem omnibus ſuis integris in portum

vnde

A vnde Octauius egressus erat, se recepit: nauibusque ibi refectis, tertio pòst die versus Hissam insulam vela facit, quò Octauium cursum intendisse suspicabatur. Sed oppido Hissanorum quamprimùm per deditionem in potestatem accepto, intelligit Octauium vento vsum secundo aliò cursum flexisse. Ita Vatinius prouincia intra breue spacium recepta, Cornificioq; restituta, postquam sinum illum pulsis aduersariorum nauibus pacatum tutumque reddidisset, Brundusium reuersus est. In Hispania quoque tum alioqui pacata, per id tempus maximis tumultibus, grauissimisq; seditionibus caussam præbuit Q. Cassius Longinus, qui Hispaniam vlteriorem pro Prætore obtinebat. Nam quum is siue insita sibi cupiditate, siue B odio, quod in illam prouinciam vel anteà, Quæstor in ea ex insidijs vulneratus, conceperat, eandem per summam auaritiam administraret, & quò militum animos sibi quoquo modo conciliaret, largitionibus & pollicitationibus speciosis militarem disciplinam infringeret, (ita tamen vt hac ipsa ratione largitori ipsi maiora quærerentur commoda: dum scilicet quò grande æs alienum ibi contractum dissolueret, simulatione futuræ liberalitatis, à nullo genere quæstus ne minimi quidem ac sordidi abstinet) pecunijsq; acerbissimè vel exactis vel imperatis, alijsque grauissimis oneribus prouinciam omnimodè diuexaret, pristina prouincialium in se odia plurimùm exasperauit, vsqueadeò vt quidam noua de cæde ipsius consilia inirēt. Cumq; C acceptis eo fortè die à Cæsare litteris, quibus exercitum in Africam traijcere, & quò auxilia quæ Iuba Rex iam missis longè maiora Pompeio in Thessaliam missurus videbatur, impediret, per Mauretaniam in fines Numidiæ venire iubebatur, animo ob id elatus, omnia etiam insolentiùs impotentiusque perageret, hi qui in exitium ipsius conspirauerant, haud diutiùs ferendum rati, præeunte Minutio quodam Silone impetu facto, interfectoq; proximo lictore, Cassium plurimis simul plagis consauciant: eoque mortuo, vti ipsi credebant, relicto, alij aliò dilabuntur. Sed Cassius postquam vulneribus obligatis & curatis ad se redijt, præcipuis quibusque coniurationis auctoribus interfici iussis, alijs crudelissimè excruciatis, superante crudeD litatem auaritia, quosdam etiam pecunia supplicium & mortem redimere passus est. Deinde post dies aliquot, alteris à Cæsare litteris de Pompeij clade & fuga factus certior, quanquam dubius quid sibi in posterum consilij capiendum foret, pecunias tamen imperatas maiori quàm anteà acerbitate exigit, aliamq; simul etiam ampliorem imperat: habitisque nouis ad Africanam expeditionem per omnes prouinciæ conuentus & colonias delectibus, territos transmarina militia ad sacramenti redemptionem vocat. Hinc crescentibus quotidie sub specie mandatorum Cæsaris, reuera autem stimulante odio & vindictæ cupiditate, iniurijs, creuēre ex aduerso non prouincialium modò, sed & legionariorum quorundam in Cassium odia: eoq; tan-

TVMVLTVS ET SEDITIONES LEGIONVM IN HISPANIA.

tandem res prouecta est, vt legionib. inter se dissidentibus, parùm abfuerit, A
quin vniuersa prouincia à Cæsare alienata fuerit. Conuentus autē Cordu bensis inter ceteros, cum duabus cohortibus præsidiarijs, duce sibi sumpto M. Marcello AEsernino (quē tamen paullò antè Cassius Cordubā miserat, vt eam in potestate retineret) à Cassio defecit. His se iunxêre legiones aliquot, è quibus quædam sub M. Varrone aliquando pro Pompeio militauerant. Hæ priùs ducem sibi elegerant L. Torium Italicensem: & ne per seditionem dissentire viderētur, Pompeio se prouinciam recuperare velle dictitabant: sed postq̄ se Cordubensibus & Marcello iunxêre, dum vident Cassium æquè Cæsarianis ac sibi inuisum, neq; Marcellum à Cæsaris partibus abduci posse, deleto è scutis Pompeij nomine, Marcellū & hi sibi ducem capiunt, Prætoremq; simul appellant: & sic castra ad Cordubam ponunt. Eôdem mox Cassius cum suis legionibus venit, scriptis priùs ad Regem Bogudem in Mauretaniam, & ad M. Lepidum in Hispaniam citeriorē pro subsidio litteris: castrisq; citra Betim flumē quattuor circiter passuum milibus à Corduba loco edito locatis, populatisq; circumquaque ferro & flamma Cordubensium agris atque ædificijs, nihil ab hoste atrocissimo differebat. Qua iniuria irritatis Marcellianorum animis, minimo minus abfuit, quin legiones iusto prælio concurrerent, ni Marcellus intelligens quemcunque tandem euentum res habitura fuerat, Cæsaris hoc detrimentum fore, milites iam Betim traductos, siue loci iniquitatem, siue Cassij ignauiam caussatus, transmisso iterū flumine maturè in castra reduxisset. Quo in transitu C
è nouissimo Marcelli agmine ab equitibus Cassianis complures occisi sunt. Ex hoc intelligens Marcellus transitum fluminis difficilem iuxta ac periculosum esse, castra & ipse Betim transfert. Hinc Cassius videns se aquatione minùs commoda vsurum, ad Vllam oppidum sibi fidele per noctem legiones cum festinatione ducit, castraq; ipsis oppidi mœnibus iungit. Marcellus insequutus, castrisq; ex aduerso positis, contentus operibus excitatis Cassium populationibus & vastationibus agrorum prohibere, rem & tempus trahens, pugna de cetero abstinuit. Interim Bogud, qui cum auxilijs è Mauretania iam aduenerat, exteriores Marcelli munitiones frustrà oppugnare tentat. Sub idem ferè tempus & M. Lepidus Procos. ex citeriore Hispania cum cohortibus trigintaquinque, magnoq; equitatu, & reliquis auxilijs aderat: non tam alteram partium iuuaturus, quàm fœda ducum & legionum dissidia compositurus. Huic se statim Marcellus permittit: Cassius autem siue caussæ suæ metuens, siue Lepidum suspectum habens, siue alia quauis de caussa, suis se tenebat munitionibus. Atque hinc postquam Lepidus iunctis cum Marcello ad Vllam castris, fide data inducijsque concessis, quò maiorem Cassio ad se veniendi securitatem præstaret, partem insuper munitionum Marcellianarum disiecisset, custodiasque deduxisset, D

Bogudis

A Bogudis auxilia altero impetu in castellum Marcelli, quod castris Regijs oppositum erat,facto,non paucos Marcellianorum oppressere: maximaq; cædes subsequutura fuerat, nisi Lepidus interuentu suo prælium diremisset. Cassius liberum sortitus exitum,Norbam se cum suis recepit. Lepidus autem Cordubam cum Marcello profectus est. Cumq; per hos tumultus C. Trebonius Procos. qui Cassio succedere debebat, ad prouinciam obtinendam in Hispaniam vlteriorem venisset,Cassius intellecto ipsius aduentu, legionibus in hiberna distributis,sarcinisque compositis,ne cum pecunia ex rapinis conflata, priuatus iam & exercitu nudatus in potestatem veniret, Malacam properat: conscensisq; ibidem nauibus, versus Hispaniam
B citeriorem vela facit: cumque per noctem in Iberum flumen diuertisset, obortaq; tempestate propter aduersos fluctus nauem flectere non posset, nauigio violentia fluctuum marinorum in ipso fluminis ostio demerso, interijt. Atque hæc quidem in Illyrico & in Hispania hisce temporibus procul a Cæsare & Pompeio gesta sunt. Cato autem, qui post felicem Dyrrachini prælij euentum, à Pompeio Cæsarem in Thessaliam fugientē persequente,Dyrrachij cum quindecim cohortibus præsidio pecunijs commeatibusque bellicis, tum etiam aduersus Parthinos,ne quid interea mouerent,relictus fuerat, accepto funestissimæ ad Pharsalum pugnæ nūtio, in Corcyram, vbi Pompeiana trecentarū nauium classis erat, cum ijs quas
C secum habebat copijs, traiecit: Ciceronique, quem ibi inuenit, copias suas tradere volebat,Prætorius scilicet Consulari cedere paratus. Sed Cicero exercitum accipere recusans, Romam inde cum alijs aliquot Senatorij ordinis recta se contulit. Haud multò pòst, ad Catonem,qui summæ rerum in Corcyra præerat,sparsæ magis quàm oppressæ partium vires,alij post alios conuenēre. Et primi quidem, Labienus, Afranius, Scapula, & ipse Scipio Pompeij socer. Deinde Cneus filiorum Pompeij natu maior: qui postquā patre ad Dyrrachium & Pharsalum rebus gerendis intento,vniuersam ferè Epiri oram cum classe AEgyptia circumuectus, plurima crebris in terram excursionibus detrimenta intulisset, tentataq; non solùm Orici, quod M.
D Acilius tenebat, (vbi tamen cum magna oppidi parte naues ferè omnes, quæ in portu erant,flammis iniectis absumpsit) sed & ipsius Brundusij,nihilo meliore successu,quàm alij ante ipsum fecēre,expugnatione, post irritos conatus,& ipse Corcyram se recepit. Postea & C.Cassius post prælia aliquot terra marique non infeliciter commissa,plurimaq; cùm Siculæ, tum Italicæ oræ loca à se infestata & vexata,vt suprà relatum est,eòdem cum sua tandem classe peruenit. Similiter & C. Octauius ab Illyrico & Epidauri oppugnatione à Vatinio depulsus, vt suprà dictum est, eò postea delatus est. Denique quotquot primi nominis Pompeianorum ducum prælio su-

M per-

perfuerant, nec in Cæſaris poteſtatem venerant,huc ad Catonem tandem vndique confluxère,claſſeque inter ipſos diuiſa,C.quidem Caſſius in Pontum, Pharnacem Regem aduerſus Cæſarem concitaturus, cum .LXXX. nauibus miſſus eſt. Sed is dum inter nauigandum in Cæſarem incidit,ſalute impetrata claſſem amiſit, ſicut ſuprà memoratum eſt. Cneus autem Pompeius Magni filius,cum Labieno & Scapula, & parte exercitus, in Hiſpanias, ad alias copias cogendas, maioresq; apparatus faciendos proficiſcitur. Scipio verò in Africam ad Varum,nõ ſine ſpe auxilij à Iuba Numidiæ Rege impetrandi, curſum dirigit. Ipſe autem Cato in Peloponeſum, ſpe eius potiundæ ſibi iniecta,traijcit: Patriſque occupatis,ibidem Petreium & Fauſtum Pompeij generum prçter alios ſibi adiungit.Ceterùm Caleno,quem à Cæſare in Græciam miſſum ſuperius retulimus,cum ſuis copijs accedente,dum ſolutis nauibus, relictis Patris, cum his qui ſibi aderant Cyrenem petit,è Sexto Pompeio ſibi in itinere obuio,de cæde Pompeij intelligit: Berenycenq; maritimum Cyrenaicæ oppidum delatus, Cyrenem inde pergens, à Cyreneis receptus eſt. Hîc inter eos qui Catonem hucvſq; ſequuti fuerant, ſententijs aliquandiu variatum, vtri ſe partium adiungerent: donec tandem diſceſſione facta, hi quibus nulla ſpes veniæ ſupererat, apud Catonem (cui mori certiùs erat, quàm Cæſari ſe permittere) remanſere. Reliqui alij aliò,quò quemque caſus deferebat,dilapſi ſunt. Quidam rectà ad Cæſarem profecti, impunitatem impetrauêre: in quibus & C. Caſſius memoratur. Cato autem intellecto Scipionem ad Iubam confugiſſe, honorificeque & humaniter à Rege exceptum, ipſe quoque iter eò inſtituit. Exercitu igitur propter aquæ penuriam in partes diuiſo, aſiniſque complu ribus, qui vtres aquæ plenos geſtabant, ſecum aſſumptis, ſeptem dies continuos per deſerta Syrtium, & profunda arenarum æſtuaria, infeſtaq; feris & ſerpentibus loca,decem milium agmen laborioſo difficilique itinere ducens, ipſe capite ſemper aperto ante legiones pedibus iter faciebat. Strabo auctor eſt, à Berenyce iter ingreſſum Syrtim pedibus per triginta dies peragraſſe. Confirmatis autem plurimùm acceſſione copiarum Catonianarum partibus, poſt longam Vari, qui eam prouinciam hactenus adminiſtrarat, & Scipionis ante Catonis aduentum de imperio diſceptationem, Cato oblatam ſibi à militibus ſummam, vel ſaltem æqualem cum Scipione poteſtatem, vtrumque recuſans, quòd maiorem Prætura magiſtratum necdum geſſiſſet, Scipioni,qui dignitate reliquos facilè anteibat, haud inuitus ceſſit, & exercitum quem adduxerat, eidem tradidit. Romæ autem primis de Pharſalica pugna rumoribus diu non eſt creditum. Neq; enim Cæſar, ne parta contra ciues victoria inſolentiùs efferri videretur, de rebus à ſe ad Pharſalum geſtis ad Senatum litteras dare curauerat.

SCIPIO IMPERATOR

Sed

A Sed vbi tandem allato certiore nuntio fides eſt habita, Pompeij & Syllæ imagines, quæ pro roſtris ſtabant, diiiectæ ſunt. Poſteà vbi allato Pompeij annulo, etiam cædis Pompeianæ fama confirmata eſt, ſtatim Pompeio cõ-uicijs palàm ab vniuerſis exagitato, quidquid honorum excogitari poterat, certatim tam à primoribus, quàm à populo in Cæſarem collatum eſt. Inter quæ præter ſtatuas, coronas, aliaq; his ſimilia, vel anteà vſurpari ſolita, vel tum primum excogitata, quæ Cæſar ipſe poſtea repudiauit, præcipua fuere Conſulatus in quinquennium, Dictatura, non ſemeſtris, vt antè, ſed annua, Tribunitia poteſtas in perpetuum ipſi decreta. Præterea prouinciarum extra ſortem quibus vellet decernendarum, comitiorum denique o- HONORES CAESARI DECRETI.

B mnium magiſtratuum, plebeis exceptis, arbitrium & poteſtas. Quæ Senatus decreta poſtquam ad Cæſarem Alexandriam perlata ſunt, reliquis quidem approbatis, Dictaturam etiam ſtatim inijt, M. Antonio qui necdum prætor fuerat, magiſtro equitum ſibi aſſumpto, eoque ad vrbem remiſſo: reliquorum vero magiſtratuum comitia in aduentum Cæſaris ad finem vſque anni delata ſunt. CAESAR DICTATOR II. M. ANTONIVS MAG. EQV.

Per hæc tempora Reſpublica diu grauiſſimis tumultuoſiſſimisq; ſeditionibus agitata eſt. Primis motibus anſam dedit M. Cæcilij & C. Trebonij Prætorum de Prætura vrbana contentio: indignante nimirum Cæcilio prælatum ſibi in ea Trebonium, qui Prætor à Cæſare conſtitutus, non more maiorum electus erat: ita vt omnibus Tre- SEDITIONES VRBANAE.

C bonij actionibus acerrimè ſe opponeret, neque eum ſecundum Cæſaris leges ius dicere pateretur: reſciſſisq; iis quæ Cæſar de pecunijs creditis conſtituerat, debitoribus aduerſus creditores ſe auxiliaturum, mercedesq; habitationum conductoribus donaturum polliceretur, facto etiam in collegam cum multitudine ſibi adiuncta, impetu. Poſtea etiam lege in id lata, mercedes habitationũ conductoribus remiſit, & nouas tabulas proponere non dubitauit. Eoque tandem res progreſſa eſt, vt Senatus non niſi armatorum militum præſidio ſeptus conueniret, Seruilioq; Conſuli cuſtodiam vrbis mandaret, Cæcilio ipſi omni adminiſtratione Prætoria interdicta. Concitataq; ex hoc non modo Roma ipſa, ſed & per Milonem (qui ſolus

D exulum à Cæſare reuocatus non fuerat, cuique ſe quoquo modo Cæcilius iuuare ſtudebat) vniuerſa fere Campania, non priùs hi conquieuére tumultus, quàm cæſo in Apulia Milone, ipſe quoq; Cæcilius, qui in Brutios nouos & ibi motus cõcitaturus conceſſerat, à Cæſarianis in ipſis conatuum ſuorum initijs oppreſſus & interfectus eſt. Nec minores poſtea motus primis ſequentis anni initio exorti ſunt. Dilatis enim in Cæſaris aduẽtum comitijs, inſolita in vrbe magiſtratuum ſolitudo erat, ita vt nec Conſul, nec Prætor adeſſet, ſolusq; Antonius, qui magiſter equitũ à Cæſare creatus erat, omnia pro ſuo arbitrio adminiſtraret. Deinde L. Trebellius, & P. Cornelius Dolabella Tribuni pleb., nouis vrbem ſeditionib. implicuêre. P. enim

 Dola-

Dolabella, quum ære alieno prægrauaretur, à Patricijs ad plebem, qui Tri- A
bunus pleb. fieret, transiuerat: statimque Tribunus factus, debitorum ad-
uersus Patricios sese auxiliatorem præstitit. Trebellius contrà, nobilitatis se
propugnatorem exhibuit: legibusq; hinc inde per tumultum promulgatis,
tandem & ad manus ventum, nec à cædibus temperatum est: ita vt nec Se-
natus nec Antonij auctoritas quicquam valeret, sed apud seditiosos hinc
inde iuxta in contemptum veniret. Hinc tertia nata factio Senatus & An-
tonij aduersus vtrumque: Antonioque à Senatu permissum, vt exercitum
intra vrbem haberet, ipseque cum reliquis Tribunorum plebis custodiam
vrbis S.C. suscipere iussus est. Ita vt Trebellius & Dolabella & à [illegible]
& ab Antonio, Antonius verò ab vtroque oppugnaretur: omniaq; [illegible] B
atrocissimis maximisq; maleficijs & facinorib. miscerentur: maximè quod
Antonio ad milites (qui à Cæsare à pugna Pharsalica in Italiam præmissi
licentiosiùs seditiosiusque agere nunciabantur) metu nouorum motuum
profecto, cura vrbis L. Cæsari relicta erat, quem Antonius discedens Præ-
fectum vrbi crearat.

CAESAR ALEXANDRIAM PERVENIT.

Cæsar interea postquam Alexandriam perue-
nit, statim de cæde Pompeij certior factus, Alexandrinis etiam tum tumul-
tuosiùs agentibus, in littore aliquandiu ad anchoras substitit. Sed haud
multò pòst Theodotus Rhetor, à Rege adhuc circa Casium montem hæ-
rente missus, caput & annulum Pompeij ipsi obtulit: ad cuius aspectum
vultum auertens, altiusque ingemiscens, casum tanti viri miseratus, etiam C
largiùs lachrymas profudisse traditur, ciuem generumque suum [illegible]
appellans. Percussores verò tantum abfuit vt laudaret, aut gratias ageret,
vt tanquam parricidas detestaretur, facinusque ipsum, vt impium & inhu-
manum, palam damnaret, & execraretur. Caput autem Pompeij honesta
sepultura in suburbio Alexandriæ dignatus est. Addunt quidam eodem
loco quo caput ipsi oblatum fuerat, Nemesis, siue Indignationis sacellum
in monumentum actæ rei statuisse. Annulum vero postea Romam misit.
Huic quidam leonem [illegible] tria trophæa insculpta fuisse produnt.
Ex hoc Cæsar securior iam factus, deductusq; a tutoribus [illegible] Re-
gijs, dum Alexandriam ingredi cogitat, subito inopinatoq; [illegible] Alexan- D
drini tumultu exceptus est. Ægyptijs videlicet fasces Cæsaris [illegible] R[illegible]-
giamque per hoc maiestatem imminui clamitantibus: ita vt crescente tu-
multu, Cæsar in regiam confugere coactus fuerit: & postea plerique mi-
litibus ipsius quotidianis Alexandrinæ multitudinis concursibus diuersis
vrbis partibus malè multarentur, interficerenturq;. Sed Cæsar composito
vtcunque eo tumultu, maiora metuens, legiones sibi ex Asia alias [illegible]
mùm adduci iubet: pecunijsq; vndique cogendis intentus, tanquam [illegible]
agens, ocio hoc interim spacio ob suorum infrequentiam se dabat, [illegible]
ad se accedentes comiter excipiens, subinde & per vrbem tanquã [illegible] di

eius

A eius gratia obambulans, pulchritudinem se eius demirari simulabat. Nonnunquam & ad professores sapientiæ & disciplinarũ accedens, etiam stans eos audiebat. Quæ res vel imprimis apud Alexandrinos plurimùm ipsi ad beneuolentiam & gratiam cõtulit. Præter hæc, si qui ex Pompeij comitibus atque amicis capti in Regis potestatem venerant, hos omnes summa liberalitate & beneficentia prosecutus, sibi mirè conciliauit. Quumq; controuersiam, quæ inter Ptolomæum & Cleopatram de regno erat, ex testamento patris Ptolomæi, ad cognitionem populi Romani, & suam, quòd Consul esset, pertinere diceret, vtrumque ab armis discedere iussum, iure apud se de caussa contendere iubet. Ptolomæus enim, è quattuor liberis
B quos decedens reliquerat, (filijs scilicet duobus, & totidem filiabus) regnum duobus natu maximis ex vtroq; sexu, Ptolomæo & Cleopatræ, testamento reliquerat, quos etiam ex veteri instituto apud Ægyptios obseruari solito, matrimonio inter se coniungi volebat: missisq; Romam per legatum testamenti tabulis, populum Ro. per omnia sacra & fœdera obtestatus erat, vt quæ ipse de regno testamento cauerat, ea ita vti fierent, operam darent. Pothinus tamen interea & Achillas, ceteriq; tutores & præfecti Regij, nihil intentatum relinquebant, quò Cæsari quoquo modo inuidiam apud populum & exercitum conflarent: præter cetera probra & hoc nomine Cæsarem apud eosdem accusantes, quòd is sub specie recipiendi crediti, quo Re-
C gem Ptolomæum defunctum sibi obnoxium esse causaretur, vsq; ad summam mille septingentarum quinquaginta miriadum, expilatis omnibus thesauris Regijs, & preciosiori cùm aurea tum argentea supellectile, imò & frumento publico intercepto, ne à sacris quidem manus contineret. Cuius rei [illegible] fidem facerent, frumentũ iam vetustate corruptum militibus [illegible], ligneisq; vasis & fictilibus ad conuiuia vtebantur. Et Photinus Regis nutritius inter ceteros, siue caussæ Regis à iudice parùm æquo, & [illegible] parti aduersæ affecto metuens, siue stimulante concepto iam in Cæsarem odio, præter Regiam dignitatem esse dicebat, Regem ad caussam dicendam in ius vocari. Communicatis igitur clandestinò cum his, quos pro-
D positi conscios habebat, consilijs, copias Regias clàm à Pelusio reuocat, ijsq; omnibus Achillam præponit: què etiam per litteras & nuncios ea quæ fieri vellet, edocet. Cleopatra autem, quæ hactenus per alios caussam suam apud Cæsarem egerat, questa se ab amicis & necessarijs desertam, quũ tam in formæ elegantia, quàm sermonis venustate (quibus reliquas facilè mulieres anteibat, quibusq; Cæsarem, vtpote amoribus obnoxium, capi posse sperabat) magnam haberet fiduciam, per internuncium petit, vt sibi liceat iniurias sibi à fratre illatas, Cæsari coràm exponere. Clam itaque à Cæsare ex interiore Ægypti regione accersita, nullo ex familiaribus suis præter Apollodorum Siculum comite assumpto, eoq; corporis ornatu, vt salua formæ

dignitate misericordiam Cæsari moueret, paruulum ingressa lembum sub A primas vespertini temporis tenebras ad regiam adnauigauit. & quo custodes falleret, stragulo siue culcitræ in longitudinem inuolutam, loro [illegible] circumligatam, Apollodorus tanquam sarcinam aliquã in interiorem [illegible] ad Cæsarem introtulit. Quæ statim genibus ipsius aduoluta, partem [illegible] regni sibi reddi petit. Cæsar miratus astutiam puellæ, simul gratia formæ, & dulcedine orationis, ipsaq; morum suauitate illectus, sororem fratri reconciliaturus, Ptolomæum quoque postridie ad se venire iubet: exuta [illegible] iudicis persona, controuersias de regno compositurus, pro am[illegible] at[illegible] arbitro se deinceps gerere cœpit, quanquam in Cleopatram qu[illegible]m in Ptolomæum longe propensior. Ptolomæus postquam ad Cæsarem ingressus, B sororem Cleopatram intus esse vidit, inexpectata rei nouitate atto[illegible], ita excanduit, vt proiecto diademate proditum se clam[illegible]tans, ad popul[illegible]m prosilire pararet. Sed qui tum fortè Cæsari aderant, veriti ne ad su[illegible]s [illegible]s tumultum excitaret, comprehensum ad Cæsarem reduxere. Hinc c[illegible]o maximo tumultu, Ægyptij statim reg[illegible] terra marique inuadunt, eam procul dubio occupaturi, Cæsare potissimũ omnibus ad re[illegible]endum destituto, ni Cæsar de loco tuto omnia se quæ vellent facturum p[illegible] progressusq; cum Ptolomæo & Cleopatra in concionem, Regis testa[illegible]tum de scripto recitari curasset. Quo in eam sententiam, qua supr[illegible] est, recitato, addens omnem populi Romani potestatem in se translatam, C quod iam Dictator esset, (eo enim honore sta[illegible]m post [illegible] tam [illegible] vrbe Pompeij cædem sibi à Senatu in annum decreto, [illegible] tum Cæsar v[illegible] cœperat) Ptolomæo & Cleopatræ reg[illegible]um Ægypti, vti testam[illegible] Re[illegible]batur, assignauit: Arsinoę vero & Pt[illegible]mæo iuniori Cy[illegible]rum [illegible] concessit. Ita reconciliatis inter se [illegible]bus, tumultus [illegible] est. Ceterum non cessante Photino, Achillam, vt cum exercitu accedere [illegible]raret, per litteras instigare, sparso[illegible]; rumore, C[illegible]rem in præ[illegible]nti [illegible]dem vtrique regnum dedisse, sed postea soli Cleopatræ adiudicaturum, [illegible] statim pri[illegible] auiores ex[illegible]re motus. Et iam Achillas cum [illegible]u Regio, cumq; exercitu qui .XX. milium erat, plurimumq; ex ijs [illegible]s D constabat, quos Ga[illegible]s cōfecto bello Syriaco cum Septi[illegible], Pto[illegible] Regi præsidij loco reliquerat, aduentare [illegible]ciabatur. Cæsar autem [illegible] hactenus ignarus, certusq; sibi minus adesse roboris, q̃ vt oppido egressus tantis se viribus opponeret, intra regiam se continere constituit: m[illegible]e nomine Regis ad Achillam legatis, Dioscoride & Serapione, vtroq; [illegible]mæ quondam apud Regem d[illegible]nctum au[illegible], Achillam exer[illegible]m dimittere, & ab in[illegible] desistere iubet. Sed Achillas per litteras a [illegible]o monitus, ne cœpta rel[illegible]nquer[illegible], persuadens sibi non a Rege, sed [illegible] missos, & mandata habere, [illegible]tos statim corripi iubet, alt[illegible] e[illegible] occiso,

BELLVM ALEXANDRINVM.

A occiso, alter grauiter vulneratus pro mortuo à suis sublatus est. Quo intellecto, Cæsar primùm Regem in sua habere potestate studuit. Achillas autem paucitate Cæsarianorum contempta, atque ipsa mox Alexandria, eaq; oppidi parte, quam Cæsariani milites tenebant, occupata, primo statim impetu in regiam irruisset, ni Cæsar deductis copijs, dispositisque per vias cohortibus, impetum sustinuisset. Eodem tempore & ad portum acerrimè certatum est, Ægyptijs naues quæ plurimæ in portu erant, occupare conantibus: sed loco pulsis, frustrà hic eis conatus fuit. Cæsar autem, quòd parua manu tam latè tueri non posset, naues quæ in portu & naualibus erant, incendi iubet. Ibi fortè quum flamma longiùs euecta proxima naualibus te-
B cta inuasisset, cum bona vrbis parte etiam nobilis illa quadringentorum, siue septingentorum milium librorum, Ptolomæi Philodelphi bibliotheca, tum horrea, in quibus frumenta publica recondita erant, simul conflagrauêre. Veritus etiam Cæsar, ne si Pharum insulam hostis occuparet, portu quoque intercluderetur, (is enim erat insulæ situs, vt inuitis ijs qui eam tenerent, propter angustias in portum introitus non pateret) expositis statim in Pharum militibus, insulam occupat, eamque præsidio firmat: ita vt auxilia & frumentum, & reliqua bello necessaria tutò supportari possent. In oppido interea pluribus passim partibus noctu & interdiu dubio Marte pugnatum est, paucis vtrinque interfectis. Cæsar autem regiam, in quam
C primo suo ingressu diuerterat, cum proximis ædificijs tenebat. In his theatrum erat, quod pro arce Cæsari erat, simul & ad portum & naualia tutum præbebat accessum. Hæc loca Cæsar, & si quæ alia sibi idonea, vel necessaria videbantur, per noctem & interdiu pluribus diebus communiens, obiecto quasi hostibus muro, hoc consequutus erat, ne inuitus cum hoste dimicare cogeretur: deiectisque deinde illis atque alijs ædificijs, quibusdam etiam per vim receptis, munitiones quotidianis operibus proferebat. Interim ex Rhodo, Syria, & Cilicia, omnem classem auxiliaq; adduci iubet. Nec minori studio aduersarij sua administrabant, aut bello se coparabant. Achillas enim præter portum quo potiebatur, etiam longe maxima oppidi
D parte, alijsq; sibi opportunis occupatis, vias omnes & angiportus maximis operibus muniebat: idque ea industria, vt simul suas munitiones defenderent, & Cæsarianas infestarent. Conuectoque in vrbem maximo omnigenorum telorum, tormentorum, aliarumq; machinarum bellicarũ numero, institutisq; maximis armorum officinis, habitisq; nouis delectibus, auxilia vndique conquirebant: quin & seruos omnes puberes armabant. Sicut autem Cæsar toto mari potiebatur, ita Achillas portum tenebat: metuensq; ne Cæsar nauali prælio superior portum occupare conaretur, aggere plurimo iniecto, relictoq; paruo ad emittendas naues interuallo, portus introitum obstruxit. Sed Cæsar demissis ante easdem angustias onerarijs aliquot
naui-

nauibus, quas saxis priùs infarcierat, hostibus vi [illegible] exitum è portu in- A
terclusit. Dum hæc fiunt, Arsinoë filiarum Ptolomæi natu minor ne-
gligentiùs custodita, per Ganymedem Eunuchum nutritium suum produ-
cta, ad Achillam & Ægyptiorum exercitum transijt, sperans se hac potissi-
mùm via possessionem regni vacuam occupaturam. Hanc igitur Ægyptij
statim Reginam constituunt: gauisíque quod vno ex Regijs liberis [illegible]
existente, maiori cum auctoritate & dignitate bellum gestari videbantur,
maiori etiam studio, maiorique animorum contentione in bellum incu-
buêre. Quod vbi Cæsar intellexit, veritus ne Photinus idem aliquo dolo de
Rege moliretur, maximè quod non solùm ex indicio cognouerat, sed & re
ipsa deprehenderat, Achillam & litteris & internuncijs ab illo monitum, B
ne ab incœpto desisteret, sed cœpta fortiter ad exitum perduceret, Photinũ
interfici iubet: ipsum autem Regem diligentiore deinde custodia seruan-
dum mandauit. Hinc magis etiam exasperatis Ægyptiorum animis, quũ
viribus ipsorum magnæ quotidie accessiones fierent, Cæsari autem auxi-
lia, quæ tam ex Syria quàm aliunde expectabat, necdum aduenirent, Cæ-
sar his permotus, Ægyptios ad pacis conditiones perducere cupiens, Regem
loco vnde a suis exaudiri & conspici posset, constitutum, palàm pronuncia-
re iubet, se apud Cæsarem haud inuitum esse, quòd summa ab eo huma-
nitate exciperetur: proinde non esse opus longiori bello, & si pacem velint,
eam se facilè non iniquis conditionib. confecturum. Sed hæc quòd a Rege C
subornata, non autem ex animo dici crederentur, Ægyptiorum animos à
proposito flectere nequiuerunt. Apud exercitum autem orta inter A-
chillam & Ganymedem de summa imperij contentione, dum vterque mi-
litum animos maximis certatim largitionibus sibi deuincire [illegible],
mutuisque sese in insidijs petere non desinunt, Arsinoë tandem, tum quòd
in nutritium suum esset propensior, tum quod Achillam [illegible]
socium & consortem iam imperij non satis æquo animo ferret, illum à Ga-
nymede proditionis insimulatum, tanquam rem naualem parum fideliter
administrasset, interfici iubet. Ita imperio apud se solam remanente, Ga-
nymedem vnum solum exercitui loco Achillæ præesse iubet. Hic [illegible] D
administrandæ potestate [illegible] accepta, primum [illegible],
siue cuniculis per quos aqua è Nilo in eam partem oppidi quam Cæsar te-
nebat, inducebatur, (nam quòd Alexandria fonte caret, necessariò aqua
ex Nilo per subterraneos meatus in priuatas domos deriuata, plurimũ ex
cepta iuuatur) aqua intercludere conatus est. Præterea aqua salsa è ma[illegible]
tis alijsq; machinis in partem Cæsaris transfusa, eam quæ a Cæsari[illegible]
riebatur salsugine [illegible] ita vt bibi omnino non posset. Hinc [illegible]
perculsi, tanquã in extremum adducti discrimen, nihil [illegible]
cogitabant: quæ ne ipsa quidem satis tuta videbatur, q[illegible]

Vbi

A sibi ex propinquo Alexandrinis, difficillimus ad naues accessus daretur. Sed Cæsar confirmatis vtcunque suorum animis, omnem de fuga cogitationem, vtpote periculosissimam, deponere iubet: quumq; omnibus littoribus venas aquæ dulcis inesse diceret, dato Centurionibus negotio, vt omnibus operibus intermissis, ad puteos in littore fodiendos se accingerent, omnibus huic operi intentis, ita vt nec somno per noctem, nec quieti per diem locum darent, magna breui spacio aquæ vis inuenta, animum Cæsarianis restituit. Dum hæc per biduum à Cæsarianis procurantur, legio trigesima septima à Domitio Caluino cum frumento alijsq; cõmeatibus & apparatu bellico è Syria missa, quum Euro flante portum Alexandrinũ
B capere prohiberetur, paullò supra Alexandriam delata est. Sed quum & hæc aqua destitueretur, nauigio actuario Cæsarem facit certiorem: qui cõscensa naue, classeq; vniuersa se sequi iussa, nullis impositis militib. (quòd munitiones nudare nollet) ad legionem nauigare non dubitauit. Alexandrini intellecto ex remigibus Cæsarianis, quos dum ad Chersonesum Alexandrinam ad aquationem à Cæsare expositi, longiùs prædandi animo euagantur, exceperant, Cæsarem ipsum cum classe venisse, nec militem in nauibus habere, Cæsari cum legione redeunti occurrere constituunt. Sed Cæsar occurrentib. sibi in reditu Alexandrinis, quum necessariò tum propter suorum paucitatem, tum quòd dies iam inclinarat, scilicet post horam
C diei decimam, pugna sibi abstinendum censeret, naues ad terram subduxit. Conspecta tamen vna è Rhodijs, quæ longiùs ab alijs collocata, à pluribus Alexandrinorum nauibus circumuenta periclitabatur, quanquam inuitus in pugnam descendit: laborantiq; subsidium ferre coactus, prælio commisso, cõtentione & virtute Rhodiorum effectum est, vt capta statim vna hostium quadriremi, depressa altera, reliquis verò omnibus suis epibatis nudatis, maximoq; propugnatorum numero interfecto, facilè vniuersa hostium classe Cæsar potiturus fuisset, nisi noctis interuentus præliũ diremisset. Sic Cæsar pluribus hostium nauib. captis, reliquis disiectis, suas victrices in portum Alexandrinum reduxit. Ganymedes autem, quò
D detrimentũ acceptum quoquo modo & quamprimùm sarciret, quidquid vsquam erat nauium in vnum cogit, veteribusq; refectis, magna celeritate nouas etiam ædificat: quumq; remi deessent, asseres è tectis gymnasiorũ, porticuum, aliorumq; ædificiorum publicorum detracti, remorum vsum præstitère. Hac diligentia intra paucos dies prẹter maiores apertasq; naues complures, classe. XXVII. maiorum constratarum nauium, quadriremium, & quinqueremium confecta, militibusq;, atq; alijs necessarijs rebus instructa, Ægyptij ad prælium quamprimùm se comparabant. Nec minori studio Cæsar intellecto hostium apparatu, & suam triginta quattuor nauium classem (quæ tamen non nisi decem tum quinqueremes, tum qua-

driremes haberet) ad pugnam expedit: Pharumq; insulam circumuectus, A
classem suam hostium classi opponit: factoq; à Rhodijs nauibus duce Euphranore (qui ob singularem rei nauticæ peritiam, eximiamq; virtutem, & animi magnitudinē classi Rhodiæ præfectus erat) pugnę initio, ijsdemq; primum Alexandrinorū impetum dum reliquæ propiùs accederent sustinentib. totis viribus vtrinq; cōcursum est: oppidanis pariter & Cæsarianis, qui Alexandriæ erant, è summis tectis, ædificiorumq; fastigijs eam cōcertationē despectantib. Tanta autem fuit Cæsarianorum, imprimis Rhodiorū in pugna capessenda quum virtus, tum alacritas, vt Alexandrinis neq; ars, aut solertia, neq; nauium multitudo quicq̃ conferret, quin capta vna quin queremi cum suis propugnatoribus remigibusq;, tribus alijs depressis, reli B
quæ se in oppidum fuga recipere coactæ fuerint, Cæsarianis omnib. ad vnū integris. Cæsar autem quū animaduertisset, eos qui Pharum insulam incolebant, tam ex molibus, q̃ ex ædificijs suos prohibere, quò minùs propiùs accedentes Alexandrinos fugientes persequerētur, omnino insulam in suā redigere potestatem constituit. Manus itaq; distinendæ caussa, statim insulam à duabus partibus oppugnare aggreditur: præmioq; proposito illi, qui primus insulam cepisset, postquam aliquandiu è nauibus pugnatum, Cæsariani tandem nauibus egressi, in ipsis littoris vadis consistentes, factoq; in Pharitas, qui in ipso littore stabāt, impetu, eosdem custodia portus relicta, terga vertere, & in vicum ipsum ad ædificia tuenda fugere cogunt. Cumq; C
ne ad hæc quidem diutiùs defendenda Pharitis pauidis etiamnum & metu consternatis satis consilij aut animi superesset, ita vt nec in triginta pedum altitudine consistere auderent, fugientibus incolis, seq; è molibus in mare præcipitantibus, & per octingentorum passuum interuallum ad oppidum adnatantibus, Cæsariani, quanquam ab ijs quibus ad oppugnationē opus erat imparatissimi, facilè vico potiūtur: captisq; ex vicanis sexcētis, plurimi etiam interfecti sunt: prædaq; militibus cōcessa, ædificijsq; direptis, Cæsar castellum ad pontem qui Pharo propior erat, præsidio imposito cōmunit.

PHARVS CAPTA.

Ab hoc Cæsar & alterū pontem, qui molem quæ ad Pharū ducebat, Alexandriæ iungebat, postridie aggreditur: sed non eodem hîc quo priùs successu D
vsus est. Nam dum pontem cōtra hostem vallo claudi, fornicemq; qui sub ponte erat, quà Alexandrini ad subitanea latrocinia exercenda naues emittere solebant, lapidib. atq; alia materia obstrui iubet, Alexandrinorū copiæ oppido effusæ, pars è continenti ad pontem cum Cæsarianis operi intentis manus conserebant, pars è nauibus post terga eorum qui in ponte consistebant, cum ijs qui è nauibus in molem ascenderant, dimicabant: qui primo quidem congressu lapidibus & fundis à mole repulsi, tandem & ipsi è nauibus suis egredi ausi, Cęsarianos per molem ad naues refugere cogunt. Quibus dum acriùs instant Alexandrini, Cęsariani qui in nauibus remanserant

veriti

A veriti, ne & nauibus potirētur hostes, raptis scalis naues à terra propellunt. Hi verò qui ad pontem in prima mole operi incumbebant, exaudito à tergo clamore, perspectaq; suorum fuga, & Alexandrinis, qui in mole post se versabantur, perculsi veritique ne & ipsi à tergo ab ijsdem opprimerentur, relicto opere iam inchoato, ad naues cursum intendunt. Pars ex ijs in proximas naues recepta, nauibus onere & multitudine simul in ea trepidatione & tumultu irruentium depressis, perijt: pars dum occurrentibus se opponere non dubitat, ab Alexandrinis interfecta est: alij naues expeditas nacti, incolumes ad suos se recepêre: quidam in mare se præcipitantes, scutisq; subleuati, ad proxima nauigia adnatarunt. Cæsar autē aliquandiu quoad
B potuit, suos è fuga ad munitiones & pontem reuocare conatus, dum videt se nihil proficere, nec se diutius præsenti periculo permittere vellet, ex aggere siue mole in suum nauigium, quod fortè aderat, desilijt. Quumque eòdem reliqua quoque multitudo certatim se conijceret, ita vt nauis iam subsidere inciperet, simul hostes vndique circumfusi vrgerent, è nauigio in mare se deijciens, libellos quosdam & schædas læua altius supra aquā sublata ne madefierent gestans, ducentorum ampliùs passuum spacium natando emensus, ad proximas naues peruenit. Quidam tradunt, persequentibus eum hostibus diu sub aqua natasse, & prolato capite per interualla tantùm respirasse. Quin & paludamentum mordicus inter natandum te-
C nuisse, ne spolio potiretur hostis. Ceterùm postquam eo se prægrauari sensit, crebrisq; telorum & lapidum iactibus interim peteretur, quò expeditiùs nataret, tandem in fluctibus reliquisse: Alexandrinosq; id è fluctibus exceptum trophæo appendisse. Nauigium autem Cæsaris, vnde in mare desilierat, statim pondere depressum, vnà cum hominib. perijt. Sed Cæsar missis extemplò scaphis, plurimos suorum periculo exemit. Periêre hac clade è legionarijs CCCC. plus minus: remiges & classiarij aliquantò plures. Alexandrini autem castello ad pontem exstructo, operibusque & tormentis communito, lapidibusque, qui in fornicem coniecti erant, exemptis, liberè posteà eo exitu ad emittenda nauigia vsi sunt. Cæsariani
D autem, tantum abfuit, vt animis conciderent, vt potiùs magis iam incensi concitatique, in quotidianis operum hostilium oppugnationibus, alijsq; prælijs & concertationibus, non tam adhortatione ad pugnam incitandi, quàm monitionibus à periculo continendi & retrahendi fuerunt.

Sub hæc Alexandrini, siue à Rege ipso per internuncios subornati, siue muliebre Arsinoës, & superbum Ganymedis Eunuchi imperium (vt ipsi prætexebant) non ferentes, missis ad Cæsarem legatis, pacem se cupere, ciuitatemq; muliebris & effœminati imperij pertæsam, legitimū suum Regem desiderare exponunt: qui si sibi remittatur, paratos se ijs conditionibus, quibus inter ipsum Regem & Cæsarem conueniret, deditionem facere.

Sed Cæſar, quum Alexandrinæ gentis leuitatem & perfidiam perſpectam A
haberet, quanquam ijs quæ ab ipſis proponerentur, haud ſatis fideret, Regem tamē ipſis dimittendum eſſe cenſuit: vel ob hoc ipſum, quòd Alexandrinis fidem frangentibus, maiore cum dignitate contra Regem, q̃ contra multitudinem duce deſtitutam, bellum ſe geſturũ exiſtimaret: tum etiam quòd per ipſius Regis præſentiam, vel propter ætatem, vel minus rectam inſtitutionem, Alexandrinis parum præſidij acceſſurũ ſciret. Deniq; ſi vinceret debellato cum ſubditis ipſo ſimul Rege, liberiùs ſe ad arbitrium ſuũ de regno conſtituturum ſibi perſuadebat. Regem itaq; monitum, vt amicitiam populi Ro. quàm arma experiri mallet, proinde fidem ſibi & populo Ro. ſeruaret: ciuibus præterea & patriæ parceret, cui maximis ruinis & B
incendijs deformatæ, non tam bellum, quàm pax optanda foret, à ſe dimittit. Rex quanquam ſimularet ſe perquàm inuitum à Cæſare diſcedere, & ne à lacrymis quidem abſtinens, Cæſaris conſpectum vel regno opulentiſſimo iucundiorem ſibi eſſe affirmaret, ita vt tantùm non Cæſari fidem faceret: ſtatim tamen vt ad ſuos venit, tanquam carceribus ſolutus, acerrimũ contra Cæſarem bellum mouit. Alexandrini Rege iam recepto, quum rebus ſuis non eas quas ſibi promittere auſi fuerant, acceſſiones fieri, Regiſq; ætatem militibus tantùm non contemptui eſſe viderent, Romanis autem nihil ob id deceſſiſſe, potiſſimùm quòd maxima Cæſari auxilia adduci intelligerent, animis fracti, viribusq; ſuis minus confiſi, ad dolos con- C
ſuetos ſe conuertunt: commeatusq;, qui Cæſarianis mari ſupportabantur, intercipere conantur: nauigijsque expeditis locis idoneis ad Canopicum Nili oſtium diſpoſitis, ignibusque, quales à Romanis fieri ſolitos ſciebant, exſtructis, primæ aliquot naues, ex his quæ Cæſari commeatum ſubuehebant, ea loca à ſuis teneri exiſtimantes, illuc appellentes, ex inſidijs in Alexandrinorum poteſtatem venêre. Hinc factum, vt Cæſariani eaſdem inſidias timentes, reliquas naues eò obuertere non auderent. Quo Cæſar intellecto, Ti. Neronem eò cum claſſe mittit. In hac fortè & Euphranor cum Rhodijs nauibus erat. Qui vbi propiùs Canopum appulêre, claſſeque hinc inde inſtructa ad manus ventum, Euphranor, qui ſolita ſua animi alacri- D
tate & præſentia in prælium deſcenderat, dum perforata ac demerſa vna hoſtium triremi, alteram ſuis longo interuallo à tergo relictis, perſequitur, circumuentus ab Alexandrinis, procul à ſuis cum ſua quadriremi perijt. Reliquæ verò naues in ipſum oſtium ſubuectæ, hoſtibus prælio ſuperatis, tutam nauibus onerarijs nauigationem, tutumq; ad terram appulſum præſtitêre. Hoc tempore Mithridates Pergamenus Mennei filius, initio belli Alexandrini à Cæſare in Syriam & Ciliciam pro auxilijs miſſus, terreſtri itinere, quà Ægyptus Syriam attingit, maximas auxiliorum copias Peluſium adduxerat. Huic ſe & Antipater Iudæus (qui priùs Pompeij partes

tes

A tes iuuerat) iussu Hircani summi apud Iudæos Pontificis, cum tribus Iudæorum milibus, Syrisq; compluribus, & Arabum primatibus, iunxerat. Alij Hircanum ipsum cum mille quingentis Iudæis venisse tradunt. Qumque Ægyptij Nilum obstruxissent, ita vt per ostium nauibus Pelusium perueniri non posset, transportatis noctu trans molem, siue obstructionem nauibus, ijsq; qui ad custodiam relicti erant interfectis, Pelusium classe simul & terrestribus copijs circundatum, quanquam validis nuper ab Achilla propter loci oportunitatem munitum præsidijs, eodem quo oppugnare aggressus est die, cepit. Qua in expugnatione Antipatri præ ceteris virtus enituit: qui deiecta muri parte, primusq; muro succedens, ceteris PELVSIVM CAPTVM.

B post se irrumpentibus aditum aperuit. Mithridates autem dum capto Pelusio, Alexandriam versus ad Cæsarem properat, omnes eas regiones, per quas sibi iter erat, vel sola rerum ad Pelusium gestarum fama, in amicitiam fidemq; Cæsaris pertraxit. Plurimùm & hac in re Antipatri prudentia Mithridati contulit: dum Iudæos, qui Memphim, aliaq; Ægypti loca incolebant, Mithridatem transitu prohibere conantes, ostensis Hircani summi Pontificis litteris, non solùm cœpto desistere cogit, sed & vt commeatibus ceterisq; rebus necessarijs Mithridatis exercitum iuuarent, auctor fuit. Rex autem Ptolomæus, intellecto Mithridatem loco, cui haud procul ab Alexandria inter duo Nili brachia diuerso in mare abeuntia sito, à figura Græ-

C cæ litteræ Δ Delta nomen erat, appropinquare, quum necessariò flumen ei transeundum sciret, maxima copiarum parte obuiam missa, si non penitus opprimi, saltem transitu facilè prohiberi posse confidebat. Ceterùm Mithridates, quum impetum eorum qui primi flumē transierant, fortiter sustinuisset, castris in morem Romanorum vallo communitis, eosdem incautiùs insolentiusq; munitionibus succedentes, irruptione vndique facta parùm abfuit, quin ad internecionē omnes ceciderit. Plurimos enim partim locorum notitia, partim naues quibus flumen traiecerant, communi cladi exemerant. Hoc quoq; in prælio Mithridates forti & fideli Antipatri opera vsus est. Hæc vbi Cæsar & Ptolomæus acta intellexēre, simul

D etiam Mithridatem ab ijs, qui prælio superfuerant, iunctis sibi his qui posteriores flumen transierant, iterū oppugnari, eodem ferè tempore vterq;, hic oppressurus Mithridatem, ille verò laboranti subuenturus, pari studio & contentione iter ingrediuntur. Sed quanquam Rex, qui libera Nili nauigatione vtebatur, maioribus iuuaretur cōpendijs, Cæsar tamen per noctem circumuectus Chersonesum Alexandrinam eo mari quod ad Africā pertinebat, suis in terram expositis, priùs copijs Regijs occurrit, & se Mithridati iunxit, quàm Rex Mithridatem aggredi posset. Rex loco excelso & natura munito castra posita habebat, ita vt à tribus lateribus defenderetur, vnoq; tantùm aditus pateret. Medium erat inter castra & Cæsarem flumē

angustum, altissimisq; & præruptis hinc inde ripis: eò Rex cum omni equitatu delectorum & expeditorum peditum copias miserat, quæ Cæsarem transitu prohiberent. Sed Cæsar inuentis tandem vadis, pontibusq; quoquo modo opere tumultuario effectis, transmissoque exercitu, Ægyptios fugientes consecutus, paucis admodum exceptis, qui ad Regem peruenêre, ceteros omnes interfecit. Hinc ad castra Regis tendens, cùm ea & opere & natura munitiora conspiceret, quàm quæ eodem impetu à milite iam defatigato facilè capi possent, castra & ipse haud procul à Rege facit. Postridie castellum, quod quidem longiùs à castris Regijs aberat, operi tamen castrorum brachijs ductis iungebatur, oppugnare instituit: quo statim expugnato, eodem impetu castra, ad quæ vno tantùm latere, vt dictum est, facilis patebat aditus, à duabus primùm partibus, postea & à tertio aggreditur. Hinc factum, vt Alexandrini, qui primùm circa duas tantùm partes distinebantur, posteà exaudito conspectoq; alio à tergo clamore & prælio, perculsi trepidiq; in omnes castrorum partes discurrerent. Romani verò hoc magis animis incitati, omnibus ferè partibus se intra castrorum munitiones conijcientes, omnia cædibus complebant. Plurimi Alexandrinorum, se de vallo aceruatim in fossam castrorum deijcientes, præcipitio periêre: quorum cadaueribus fossa repleta, faciliorem reliquis fugam præbuit. Rex ipse è castris fugiens, scapha exceptus, dum & multitudo promiscua per summam contentionem, nulla habita Regis ratione, in eandem se conijcit, nauigio pondere demerso interijt. Corpus ipsius impulsu fluctuum ad littus deuolutum, limoque obrutum, posteà in littore inuentum, indicioq; loricæ aureæ cognitum est. Cæsar autem eadem lorica Alexandriam in signũ & fidem rei à se gestæ præmissa, facilè oppidanos omni spe amissa ad deditionem compulit: victoriæque tam insignis fiducia, proximo terrestri itinere cum Mithridate rectà Alexandriam profectus, ea oppidi parte quæ ab hostibus tenebatur, ab vniuersa Alexandrinorum multitudine supplicum habitu cum omnibus sacris sibi occurrente, & veniam deprecante, circa .VI. Kal. Maias exceptus est: receptosq; in fidem Alexandrinos consolatus, per hostium munitiones in suam oppidi partem, & demùm maximo suorum gaudio, in Regiam venit. Hoc bello. XX. hominum millia cæsa referuntur, capta autem. XII. milia: naues item longæ LXX: ex victoribus autem quingenti tantùm desiderati. Sic Cæsar Alexandria, atq; adeò vniuersa Ægypto sibi subacta, Cleopatræ, cuius potissimùm gratia tam graue bellum tam diu sustinuerat, regnum concessit: & quòd frater eius maior decessisset, minorem Ptolomæum Cleopatræ matrimonio iungit, simulque cum sorore ex testamento patris regnare iubet. Arsinoën verò minorem filiam, ne rebus adhuc parùm firmis noui motus orirentur, posteà regno eduxit, & Romam misit. Quidam tradunt, Cæsarem rebus iam

ALEXANDRIA ET AEGYPTVS SVBACTA.

A B C D

A iam pacatis cum Cleopatra aſſidua & intempeſtiua agitaſſe conuiuia: & cum quadringentis nauibus Nilum ſubuectum, interiorem regionem ad multa milia paſſuum vel Æthiopia tenus eadem cum Cleopatra ſemper naui vſum perluſtraſſe: captumq; formæ ipſius excellentia, ne à conſuetudine quidem ipſius abſtinuiſſe: natumque ipſi ex ea filium, qui Cæſarem ore referret, quem Alexandrini Cæſarionem dixêre. Alij auctores ſunt, Cæſarem dum in Ægypto peregrinaretur, ſapientibus & ſacerdotib. Ægyptijs congreſſum, etiam aſtrorum cognitioni operam dediſſe, multaque ex eorum ſermone addidiciſſe, tantumq; breui profeciſſe, vt ea potiſſimùm cognitione adiutus, faſtos negligentia Pontificum corruptos poſteà correxe-
B rit, atque annum ad eam formam, qua hodieque vtimur, conſtituerit.

Poſtquam igitur hiſce rebus apud Alexandriam & in Ægypto conficiendis menſes nouem impendiſſet Cæſar, rebus omnibus conſtitutis, excepta vna legione veterana, reliquas quas ſecum habebat, partim ad dignitatem Romani imperij, vtilitatemque & ſecuritatem Reipublicæ, partim etiam præſidio nouis Regibus futuras apud Alexandriam relinquit: exortisq; parùm lætis de Pharnace nuntijs, quanquam inuitus admodum à Cleopatra diuelleretur, terreſtri itinere cum ſexta veteranorum legione expeditionẽ in Syriam ſuſcipit. Hic Pharnaces Mithridatis Regis Ponti filius fuit: qui quum ſublato è medio patre populum Ro. maximis videretur explicuiſſe
C difficultatibus, in præmium parricidij Boſphorum Cimmerium partem regni paterni à Pompeio acceperat, quo & aliquandiu contentus fuit: donec diſtracto in partes populo Ro., Pompeioq; & Cæſare circa bella ciuilia occupatis, & victo poſteà Pompeio, Cæſare rebus ad Alexandriam gerendis intento, hanc vel optatiſſimam recuperandi regni partem ſibi occaſionem offerri ratus, Armeniam minorem, quæ Deiotaro, Cappadociam, quæ Ariobarzani à Senatu attributæ erant, partim occupauerat, partim etiamnum vaſtabat. Cn. itaq; Domitius Caluinus, qui cum tribus legionibus à Cæſare in Aſiam finitimaſque prouincias miſſus fuerat, euocatus precibus Deiotari & Ariobarzanis (qui ſe pecuniam ceteraq; à Cæſare im- RES A CN. DOMITIO CONTRA PHARNACEM GESTAE.
D perata præſtare & exequi poſſe negabant, regnis ſuis à Pharnace occupatis) miſſis nuntijs Pharnacem Armenia Cappadociaq; decedere iubet: ſimulq; cum vna è tribus legionib. (reliquas enim Cæſari in ſubſidium ad bellum Alexandrinum miſerat) auxilijsq; à Deiotaro & Ariobarzane ſumptis, propiùs accedit. Pharnaces autem Cappadocia decedens, miſſis legatis nuntiat, ſe Armeniam partem regni paterni retenturum, quòd eam cauſſam in Cæſaris aduentum integram ſeruare vellet. Cumque Domitius inſtaret, vt etiam Armenia decederet, quando idem vtriuſq; regni ius eſſet, exercitum nihilominus in Armeniam ducit: ſpretisq; muneribus, quæ ſubinde à Pharnace pacem ſe cupere ſimulante per legatos mittebantur, maximis continuis

nuisq; itineribus confectis, septem ferè passuum milibus à Nicopoli oppido minoris Armeniæ, quod Pharnaces tum occupabat, castra ponit: frustraq; insidijs à Pharnace petitus, postridie castra profert, atque ipsi ferè oppido coniungit. Ibi Domitio castris muniendis intento, Pharnaces ex Cæsaris ad Domitium litteris, quas interceperat, de rebus Alexandrinis intelligit: simulque Domitium ipsum iuberi à Cæsare, quamprimùm per Syriam ad Alexandriam cum subsidijs accedere. Hinc quũ Domitium mox discessurum crederet, vel hoc satis sibi ad victoriam fore censuit, si moras trahendo, prælio se abstineret. Domitius autem quum salutem Cæsaris sibi non esse negligendam existimaret, neque se ad priores pacis conditiones paulò antè à se reiectas, satis tutò & honestè, quando iam non offerren- B tur, redire posse: iterum nec sine opprobrio aut fugæ ignominia absque caussa discessurum, rem prælio committere statuit: & quanquam viribus longè impar, quòd præter Regia Ariobarzanis & Deiotari auxilia parùm firma, vnam tantùm Ro. legionem haberet tricesimam sextam, copias tamen suas instructas in aciem ducit. Postquam ad manus ventum, acerrimeque hinc inde concursum, prælio à sola tricesima sexta legione feliciter commisso, ita vt mœnibus oppidi iam succederet, auxilia vel primo statim impetu partim oppressa sunt, partim dissipata. Ita conuersæ in legionem totius Regij exercitus vires: quæ quanquam hostium impetum primò fortiter sustineret, tandem & ipsa loco pulsa, ducentis quinquaginta desideratis, in montes proximos se contulit: inde collectis exercitus dissipati reliquijs, per Cappadociam in Asiam se recepit. C Pharnaces autem sumpta ab hoc successu audacia, solitoq; ferocior, Pontum mox vniuersum occupat: captisq; & expugnatis oppidis quàmplurimis, omnia per summam crudelitatem administrabat, ciuium Romanorum, qui in Ponto negociabantur, æquè ac Ponticorum bona diripiens. Inter cetera, Amisum vrbem Ponticam, quæ aliquandiu resistere ausa fuit, tandem expugnatam, primùm diripuit: ciues autem puberes tam Romanos, quàm Ponticos partim interfici iussit, partim publicè sub hasta diuendi, impuberes autem ad vnum omnes execuit. Auctisq; cum successu animis in quamuis spem sublatus, sperans D & in Bythinia & in Asia occupanda ijsdem quibus pater olim, se vsurum successibus, exercitum & in illas regiones ducere cœperat. Ceterùm intellecto Asandrum, cui per absentiam suam Bosphoranum regnum seruandum commiserat, res nouas domi moliri, metuens ne dum alienis inhiat, ipse proprijs possessionibus excluderetur, Asiæ occupandæ consilium deponit. Hæc ferè ad Cæsarem, dum adhuc Alexandriæ hæreret, perlata, suscipiendæ aduersus Pharnacem expeditionis caussam dedêre.

MOTVS ET TVMVLTVS VRBANI.

Cæsar igitur postquam in Syriam venit, non minùs per litteras ex vrbe, quàm ex his qui Roma eò venerant, intelligit omnia Romæ & in Italia factionibus seditio-

A [illegible], [illegible] militaribus, quam tribunitijs turbari: neque vllam Rei[illegible] [illegible] administrari. Trebellius enim & Dolabella Tri[illegible] [illegible] superius commemoratum est, quanquam intellecto [illegible] Alexandriam iam confecto aduentare, aliquandiu se [illegible] [illegible]nt, [illegible] tamen certiore de expeditione aduersus Pharnacem [illegible] etiam prioribus atrociores renouarunt: Antonio, primo [illegible] [illegible]ellæ partibus vel palam accedente, quod Trebellium, præ[illegible] animos [illegible] tasse caussaretur: postea verò æmulatione [illegible] bellæ (quem multitudini quam se acceptiorem intelligebat) [illegible] contrariæ partium studere simulat, Trebellium clam fouente: ita vt
B [illegible] vtroque locis, quæ sibi quisque idonea existimabat, cædibus [illegible] passim per vrbem grassatum [illegible]. H[illegible] custodia v[illegible]s iterum at[illegible] [illegible]ratus Antonio a Senatu [illegible] [illegible]. Qui maxima militum manu in [illegible]em ad[illegible] Dolabellam lege [illegible] [illegible], & mercede con[illegible] abrogandis iam promulgare parantem, primum ipsis legum ta[illegible]s [illegible]s, tum aliquot e [illegible]issimis de Capitolio precipitatis, cæsisq; e [illegible] cite [illegible] ingentis, vix tandem compescuit. Quanquã ne sic quidem [illegible] tumultui impositus sit: nam quum Cæsarem maximo & longin[illegible] bello distineri intelligerent, quo plures e seditiosis peribant, hòc m[illegible] ten[illegible] reliqui tumultuati [illegible]. Hæc vbi ad Cæsarem perlata,
C ta[illegible] tantos motus haud [illegible] sine sua præsentia componi po[illegible] m[illegible] maturandum [illegible] in vrbem reditum, omnino tamen sibi fa[illegible] p[illegible]t, vt quas in prouincias regiones [illegible] venisset, eas prius consti[illegible] [illegible]umq; ex[illegible] [illegible] & Pharna[illegible] [illegible] qui pluribus iam [illegible] [illegible]rũ c[illegible] imminebat [illegible] libert[illegible]. Primum igitur in Syri[illegible] aliquot commoratus, & per præcipuas quasq; ciuitates circumue[illegible] qui se bellis præteritis iuuerant, [illegible] & priuatim præmijs prose[illegible] [illegible] postquam de veteribus [illegible] cognouisset, Reges, Ty[illegible] [illegible] Dynastas constituit. In his Antipatrum Iudæum, cuius forti & [illegible] bello Alexandrino vsus fuerat, ciuitate Romana & immunitate
D [illegible] Iudææ præfecit. Hi[illegible] autem de sententia Antipatri [illegible] sacerdotium [illegible]: muro[illegible] Hierosolymorũ [illegible], restituere permisit. Iudæis autem ipsis plurimis im[illegible] suis viuere [illegible] permi[illegible], omnes ad [illegible] in fidem [illegible], conditionibus impositis, sibi [illegible] Romano amicos dimisit. Quibus rebus intra paucos dies con[illegible]. Cæsare necessario suo Syriæ legionibus præfecto, atque ibi re[illegible] in Ciliciam [illegible] habito que Tarsi, nobilissimo fortissi[illegible] oppido, [illegible] conuentu, tam ipsius [illegible] quam finitimarum ciuitatum res ibidem constituit. Tarso dimoto verò,

CAESARIS IN PHARNACEM [illegible] REGEM EXPEDITIO.

qui partem Ciliciæ sub se habebat, & Pompeium re nauali plurimum iu-
uerat, petente veniam concessit. Hinc magnis itineribus per Cappadociam
proficiscens, Mazacæ biduum commoratus, Comana peruenit. [illegible]
medem Bythinium regio Cappadocum genere ortum, Sacerdotem Bello-
næ Deæ constituit: qui honos apud Cappadocas à Rege secundus erat, ha-
bebanturq; Reges & Sacerdotes eius Deæ ex eadem plerumque familia creari.
Ab his Cæsar in Pontum pergens, postquam in fines Gallogræciæ perue-
nisset, Deiotarus Gallogræciæ Tetrarcha (quem Senatus Regem minoris
Armeniæ appellarat) depositis insignibus ornamétisq; regalibus, non tam
priuati quam rei habitu supplex ad Cæsarem veniens, veniam petijt, quod
auxilia Pompeio submisisset: additis ijs, quæ maxime ad caussæ [illegible]
tionem facere videbantur. Cæsar cótra, quanquam commemoratis suis in
Deiotarum beneficijs excusationes eius facile dissoluisset, partim dignitati
& ætati hominis, tum etiam precibus ipsius in se meritis, partim etiam pre-
cibus eorum qui frequentes pro ipso deprecaturi conuenerant, omnem of-
fensam condonauit: restitutisq, Regijs insignibus, legionem quam [illegible]
habebat, omnemq, equitatum, in Pontum adducere iubet. Sic Cæsar cum
quatuor omnino legionibus, in quibus & Deiotariana auxilia erant, in Pon-
tum pergit. Pharnaces autem, quanquam ab expeditione Asiatica reuoca-
tus, in Asandrum prætextum exercitum ducere constituisset, intellexit ta-
men Cæsarem iam aduentare, apud Zelam Ponti oppidum substitit. Cæsari C
autem iam Ponti fines ingresso legatos à ducentesimo stadio ad ipsum mittit:
qui præter coronam auream magni ponderis, aliaq; munera, quæ Impera-
toribus rebus bene gestis ab amicis mitti solebant, etiam filiam Regis in
matrimonium offerentes, veniamq; deprecantes, quæcunque Cæsar impe-
rasset, Regem facturum pollicebantur, proinde ne hostili in [illegible]
esset, quando & Deiotaro, qui partes Pompeianas iuuerat, pepercisset [illegible]
naces autem nulla aduersus Cæsarem auxilia misisset. His Cæsar [illegible]
Pompeium, a quo maximi [illegible] ficia acceperat, ab ipso [illegible],
tantum abesse vt [illegible], vt hoc ipsum tanquam [illegible]
cissimumq, ingrati animi testimonium [illegible] detestarentur, non [illegible] D
quod his [illegible] veniam sperare. Cæterum [illegible]
bis pollicerentur, re præstare. Ponto q, decedens [illegible] quas
[illegible] Romanis & [illegible]
re [illegible] quam [illegible] turum, [illegible]
Reg [illegible]
non [illegible], C [illegible] Italiam, [illegible]
re [illegible] peret, [illegible] solis p [illegible]
m, [illegible] qua Cæsar [illegible] ret [illegible] vorum [illegible]
te [illegible], Cæsarem [illegible].

Sed

A Sed Cæsar intellecto fraudulento Regis consilio, vt hostem callidum contrario astu incautum opprimeret, celeritatem, quam sibi aliàs bene cessisse meminerat, & in hoc negotio sibi necessariò adhibendam existimauit. Quum igitur Pharnaces tribus ferè passuum milibus à Zela in colle editiore circa montem Scotium (eo ferè loco quo Mithridates pater ipsius Triarium vicerat) castra posuisset, Cæsar, qui haud longiùs milibus passuũ quinque ab eo loco castra habebat, proxima nocte inopinantib. hostibus collem castris Regijs proximum occupat, ita vt mille haud ampliùs passus inter vtraque castra intercederent: aggereq; per seruitia è superioribus castris eò comportari iusso, castra muniri imperat. Quod quum Pharnaces B animaduertisset, auspicijs quibusdam, & innata ipsius loci, vt ipse credebat, felicitate inductus, contempta Cæsarianorum paucitate, per præruptam vallem in non minùs arduum castrorum Cæsarianorum collem copias ducere non dubitauit. Cæsar ex aduerso, quum Phamaceem suos non tam ad prælium, q̃ ostentationem instruere crederet, nec sibi persuadere posset, Regem interiecta maxima locorum iniquitate cum exercitu transiturum, primam aciem pro vallo instruxisse contentus, reliquis cœptum opus perficere iussis, temeritatem Regis eminus irridebat. Ceterùm postquam Regem valle transita, eodem gradu collem conscendere vidit, tam audaci Regis instituto perculsus, relicto opere suos arma capere iubet. Et quanquam C legionibus oppositis, reliquam aciem per summam festinationem instrueret, falcatæ tamẽ Regis quadrigæ impetu inuectæ ordines turbauêre: quas insequuta tota acies, sublato ingenti clamore, primò quidem maximum Cæsarianis terrorem attulit: sed vbi cominus ad manus ventum, Cæsare equo inscenso cum mille equitibus primo in hostes procurrente, postquã aliquandiu vehementi prælio decertatum esset, à dextro cornu (in quo erat legio sexta, quam solam secum Cæsar Alexandria adduxerat) victoriæ initium exstitit, hostibus facilè è superiore loco in vallem detrusis. Postea & à sinistro cornu, & à media acie profligatæ vniuersæ Regis copiæ: plurimisq; tum interfectis, tum ruina aliorum oppressis, reliqui armis proiectis fugientes, vallemq; transgressi, in collem vbi castra habebant euasêre. Cæsariani eodem impetu insequuti, colle superato, mox & castris Regijs potiuntur. Rex dum castra oppugnantur, liberius fugiendi spacium nactus, cum mille equitibus, vt quidam prodidêre, cum paucioribus, vt alij, Sinopen maritimam vrbem se recepit, viuus alioqui in manus venturus. Ferunt Cæsarem profligato statim Pharnace exclamasse: O te beatum Pompei, qui cum talibus bello Mithridatico decertans, MAGNI cognomen accepisti. Et quanquam maximi metu belli liberatus, summoperè lætaretur, non aliud tamen, neque prolixiùs hac de re Romam perscripsit, quàm in hæc verba, VENI, VIDI, VICI. ita vt non tam victoriam ipsam, vtpote minùs splendidam

PHARNACES VICTVS.

D

didam, quàm celeritatem belli confecti prædicare, & significare voluisse videri possit. A quibusdam enim traditum est, Cæsarem intra quintū quàm in Pontum venisset diem, quattuor quibus in conspectum venerat horis Pharnacem vna acie profligasse. Sic Cæsar Ponto recepto prædam vniuersam militibus concessit, & quo loco Pharnacem fudit, trophæum statuit aduersum trophæo quod Mithridates de Triario ibi antè erexerat, quòd illud Dijs belli præsidibus consecratum euertere non auderet. Quæcunq; autem Pharnaces tam ciuibus quàm socijs abstulerat, ea omnia recepta suis quæque dominis restituit. Amisenorum autem calamitatem & iniurias libertate publicè concessa compensauit. Dimissisq; Deiotarianis auxilijs, veteranis verò sextæ legionis in Italiam ad honores & præmia accipienda præcedere missis, Cælium Vinitianum cum duabus legionibus in Ponto reliquit: rebusque tum vrbanis, tum peregrinis in diuersum trahentibus, negotium Pharnacis persequendi Domitio imponit. Pontoq; digressus per Gallogræciam & Bythiniam in Asiam pergit, de omnium interea ciuitatū controuersijs ex itinere cognoscens, iuraq; in Tetrarchas, Reges, & ciuitates constituens. Inter hæc partem Armeniæ, quæ priùs tota Deiotaro parebat, Ariobarzani Cappadociæ Regi attribuit. Mithridatem verò Pergamenum, in præmium operæ bello Alexandrino strenuè & feliciter nauatę, regno Bosphori (quod Pharnaces priùs tenuerat) cum Tetrarchia Gallogræciæ donatum, bellum in Asandrum (cuius in Pharnacem perfidiam impunitam esse nolebat) suscipere, Bosphoroq; eijcere iubet. Per Asiam autē in Græciam transiens, quòd tam in sumptus quotidianos, quàm ad promissa militibus præstanda, alendosq; maximos exercitus, ad conficiendas belli ciuilis tum in Africa, tum in Hispania reliquias, denique & ad triumphos, quos q̄ magnificentissimos sumptuosissimosq; ducere proposuerat, maxima sibi pecuniarum vi opus fore intelligeret, per omnes passim Asiæ & Græciæ ciuitates quantas poterat maximas pecunias quoquo modo conficere studiosè laborauit, exigentibus eas perquàm acerbè nō sine maxima inuidia publicanis. Quibus omnibus constituendis conficiendisq; Cæsar haud diutiùs, quàm turbulentissimus rerum vrbanarum status exigere videbatur immoratus, omnium opinione citiùs sub anni exitum Romam venit. Cumque Tribunitiæ vrbanæq; seditiones ad primum Cæsaris aduentum conquieuissent, quanquam plurimi sibi malè conscij extrema ab eo metuerent, tantum abfuit vt Cæsar quid seueriùs in aliquem statuerit, vt ne inquisitionem quidem anteactorum instituerit, omnibus ex æquo veniam concedens, maiori'ne cum laude clementiæ, an indulgentiæ reprehensione incertum. Quibusdam è præcipuis seditionis auctoribus etiam honores postea contulit: è quibus Dolabellam (quum potior apud eum esset officij aliquando ab illo accepti, quàm posterioris delicti ratio) nec-

PONTVS RECEPTVS.

CAESARIS AD VRBEM REDITVS.

A necdum Prætura functum ad Consulatum euexit. Ceterùm vti extra Italiam, ita in vrbe & in Italia, cogendis priuatim & publicè pecunijs animũ intendit: easque non solùm ratione muneris, vtpote coronarum, imaginum, statuarum, aliorumq; similium, quæ partim vltrò offerebantur, partim exigebantur: sed & mutui nomine non minùs à ciuitatibus, quàm à priuatis accipiebat. Nam quòd suas facultates Reipublicæ impendisset, nomina facere necesse sibi esse dictitabat. Hinc plebe inter hæc nouas petente tabulas, palàm & disertè recusauit, se quoque obæratum dicens. Vsuras tamen quæ à tempore susceptæ contra Pompeium expeditionis debebantur, & mercedes habitationum remisit: æstimationesq; possessionum, secun-
B dum quas debitores creditoribus satisfacere iubebantur, ad rationem præsentis temporis accommodauit. Atq; his quidem plebem sibi potissimùm demeruit: Senatoribus verò gratificaturus, sacerdotia & magistratus, tum in reliquam anni partem, tum in sequentem annum contulit. Et quò plures sibi deuinciret, Prætores in sequentem annum .x. designauit: additoq; singulis Pontificum, Augurum, & Quindecimuirorũ collegijs vno, etiam sacerdotiorum numerum auxit. Ex Equestri autem ordine, atque his qui secum militarant Centurionibus, plures in locum defunctorum in Senatũ allegit. M. porrò Brutum, quem post cladem Pharsalicam ad se euocarat, cum exercitu Galliæ Cisalpinæ: D. verò Brutum Transalpinæ præfecit.

PRAETORES .X. DESIGNATI.

C Superiores vrbanosq; motus vixdum aduentu Cæsaris sedatos alia statim militaris excepit seditio. Huius initium in Campania exstitit, veteranis qui prælio Pharsalico interfuerant, præmia simul & missionem tumultuosiùs flagitantibus: duobusque Senatorij ordinis viris, qui tum fortè Prætores erãt, per tumultum interfectis. C. quoq; Sallustius Crispus, qui & ipse tum Prætor erat, Romamq; ad Cæsarem vt eum certiorem faceret properabat, complurib. militum eum insequentibus, vix tandem fuga cædi se exemit. Postquam autem milites in suburbana venissent, Cæsar misso ad ipsos internuncio, rationem postulatorum suorum edere iubet: simulq; alias mille drachmas viritim promittens, reliqua confecto bello Africano se præstiturum
D rum pollicetur. Sed illi non promissis, sed promissorum repræsentatione opus esse occlamantes, Cæsari se coràm postulata sua exponere velle respondent. Dispositis itaque circa vias vrbis, atque adeò circa ipsas Cæsaris ædes præsidiarijs vrbanis M. Antonij cohortibus, inermes, præterquam quòd gladijs accincti erant (quòd & aliàs eos in vrbe gestare soliti erant) intra vrbem in campum Martium admissi sunt: ad quos etiamnum tumultuantes, Cæsar quanquam dehortantibus amicis, intrepidè prodijt: conscensoq; tribunali liberam loquendi potestatem facit. Illi expositis prolixè superiorum bellorum tum laboribus, tum periculis, non ausi Cæsarem de præmijs interpellare, postremò missionem sibi tanquam emeritis dari postulant: spe

rantes nimirum Cæsarem vrgente bello Africano potiùs vltrò præmia repræsentaturum, quàm se dimissurum. Ceterùm Cæsar præter omnium exspectationem, æquum ipsos postulare respondit, sacramentoq; militari solutis missionem concedere, addito, se ijs qui iustum militiæ tempus explessent, cum stipendijs etiam præmia persoluturum, postquam cum alijs triumphasset: Quiritesq; eos deinceps pro commilitonibus, tanquam iam non milites, sed in ciuium ordinem redactos, appellauit. Ad quæ illi primùm taciti, vtpote inexspectato responso attoniti, posteà postquam Cæsar de præmijs præstandis, triumphoq; cum alijs agendo egit, seq; non commilitones vti priùs, sed Quirites appellari intelligunt, pudore atq; æmulatione ad pœnitentiam conuersi, vt sibi diutiùs sub eius signis & auspicijs militare concedatur, supplices rogant. Quod quum Cæsar primò recusaret, addens sibi vlteriùs ipsis opus non esse, proinde missionem concedere, promissa tamen bona fide persoluturum, agrosq; non quidem dominis suis ereptos, sed vel publicos, vel suos, vel si hi non sufficerent, etiam suis pecunijs coëmptos adsignaturum: illi magis etiam instare, & discedere parantem retinere, rogareq; vt & pœnam, si ita videretur, de se sumeret. Ad quæ Cæsar subsistens, negauit se de quoquam supplicium sumpturum: ceterùm à Decumanis talia nō exspectasse: quos vtpote spectatissimæ virtutis & fidei, semper alijs præferre solitus erat. Hinc Decumani, quum sibi præ ceteris infensum intelligerent, etiam decimationis exemplum in se deposcebant. Sed Cæsar quum perspiceret eos seriò pœnitentes, omnes in gratiam recepit. Agrosq; vniuersis, partim suos, partim publicos, adsignauit: ita tamen vt eos quàm longissimè à se inuicem distraheret, ne iuncti nouos iterum motus cierent, aut finitimis colonis terrori essent. Pecunias verò militibus ad singula ferè prælia factaq; egregia promissas, partim se repræsentaturum pollicitus est, partim bello confecto vel cum fœnore persoluturū. Ceterùm se deinceps neminem ex ipsis inuitum ad militiam cōpulsurum: si qui tamen ad belli relliquias ipsum sponte sequi velint, admissurum. Ad quæ succedente in locum prioris ferociæ maxima animorum mansuetudine, actis Cæsari gratijs vniuersi nomen dedêre. Hic annus quo hæc à Cæsare gesta sunt, maiore sui parte sine Consulibus fuit, comitijs nimirum in Cæsaris reditū dilatis: quòd ius potestasque omnis comitiorum, vt suprà relatum est, ipsi permissa fuerat. Ita sub exitum demùm anni Consules creati Q. Fufius Calenus, P. Vatinius, Cæsaris vterque bellis superioribus legati. In sequentem autem annum se cum M. Lepido Coss. designauit: cui etiam hoc anno ex Hispania (quam pro Prætore à prima Cæsaris Dictatura administrauerat) reuerso, triumphum cōcessit: quòd ipsius interuentu Longini Marcelliq; motus in Hispania conquieuissent. Rebus autem vrbanis ad hunc modum constitutis, Roma digressus, media ferè hieme ad .XIIII. Calend. Ianua-

AGRI MILITIBVS ADSIGNATI.

Q. FVFIVS / P. VATINIVS COSS.

CAESAR. III. / M. LEPIDVS COSS. DESS.

M. LEPIDI EX HISPANIA TRIVMPHVS.

A Ianuarias Lilybæum peruenit. Vbi cùm aduersis tempestatibus diutiùs detineretur, certius de viribus hostium cognoscit. scilicet præter equitatum
fere infinitum, maximamq; leuis armaturæ multitudinem, Regias legiones esse quattuor. Scipionis verò decem: elephantos præterea centum viginti; nauium autem eam multitudinem, vt etiam in plures classes distributæ essent. Simul intelligit, Scipionem cum maiori longè parte exercitus,
ac vniuersis ferè primi nominis Pompeianarum partium ducibus & sectatoribus, Adrumetum tenere. Catonem verò cum parte copiarum, & vniuersæ classis, totiusq; adeò oræ maritimæ imperio, Vticæ (vbi & commeatus, & pecunia, ceteriq; apparatus bellici erant) in præsidio esse, cum trecen-
B tis ex omni numero electis, qui bellicis consilijs præerant. Nam quũ Cato,
vt supra cõmemorauimus, delato sibi in Africa imperio Scipioni cessisset,
& de Vtica, quòd in Cæsarem propensior videretur, auctore potissimùm
Iuba Rege euertenda ageretur, oppido ad preces Catonis ab interitu seruato, custodia eiusdem Catoni mandata fuerat. Cæsar interim omnibus ad
nauigationem expeditis, postquam sex omnino legiones conuenissent, equitum vero duo milia, legiones quidem in longas naues, equitatum autẽ
in onerarias impositum, cũ maiori parte nauium præcedere iubet: datoq;
Allieno Prætori, qui Siciliam pro Consule obtinebat, de reliquo exercitu
& commeatibus submittendis negotio, quum ad .vi. Cal. Ianuarias naues
C contendisset, reliquas naues quæ præcesserant consecutus, Clupeam, Neapolim, aliaq; maritima Africæ castella & oppida præteruectus, sub Cal. Ianuarias Adrumetum applicuit. Quumq; è naui in terram descendens, pedem impingens in littore procidisset, reliquis exterritis, nihil turbatus, verso
in melius omine, terramq; vlnis complexus: Teneo te, inquit, terra Africa.
Simili ratione & posteà, cùm intelligeret hostes, nescio quo vaticinio, siue
inueterata opinione confisos, qua vulgò Scipionum nomen in Africa inuictum credebatur, certam sibi fatalemque quodam modo victoriam polliceri, quòd apud ipsos Scipio summæ rerum præesset, hominem quendam
abiectæ & tantùm non infimæ sortis, è Scipionum tamẽ gente, cognomine
D Salutionem sibi assumpsit, Et mihi, inquiens, alter erit Scipio: eundemq; ue
posteà parti exercitus præpositum etiam cum aduersarijs congredi coëgit:
vanam hostium confidentiam ridens, an quòd & apud suos eam opinionẽ
[illegible]nualuisse crederet, incertum. Expositis autem in portu Adrumetino his quos secum adduxerat militibus, peditũ scilicet tribus milibus, BELLVM AFRICANVM.
equitibus verò centum quinquaginta, castrisq; ante oppidum positis, militibusque suis omni iniuria & præda abstinere iussis, reliquarum nauium
aduentum operiri constituit: quæ quod Cæsar Sicilia discedens, certũ ipsis
locum quem peterent, non præscripserat, quò potissimum cursum dirigerent, ignorabant. Sed Cæsar postq̃ Scipionem ad Iubam Regem discessisse,
C. au-

CAESARIS IN AFRICAM EXPEDITIO CONTRA IVBAM ET SCIPIONEM.

C. autem Considium cum præsidio duarum legionum Adrumetum tenere intellexit, tentata frustrà Adrumeti oppugnatione, nuntiatoq; maximorum auxiliorum aduentu, castra mouere cœpit. Ceterùm Considianis eruptione subitò facta, equitatuq; Maurorum, qui à Iuba subsidio missus peropportunè aduenerat, extremum agmen infestantibus, exutus castris exercitum ad Ruspinam duxit. Qua in Cæsaris profectione memorabilis fuit. x x x. equitum Gallorum virtus, qui duo equitum Maurorum milia loco pulsa in fugam conuertêre. Cæsar oppidis castellisq; quàmplurimis ex itinere per legatos in fidem suam receptis, factisq; vno die ad Ruspinam castris, oppido potitus, postridie ad Leptim ciuitatem liberam atque immunem progreditur: oppidoque per deditionem recepto, atque ab iniuria militum conseruato, intellecto naues quasdam onerarias è suis ad proximum littus appulisse, quasdam Vticam petijsse, alias incertas locorũ quæ peterent, per mare diuagari, mediterraneis abstinens, propter nauium errorem haud procul à Lepti iuxta littus castra locat: litterasque & nuncios in Sardiniam, finitimasq; prouincias, pro auxilijs & frumento mittit. Rabirium verò Posthumium pro secundo commeatu in Siciliam proficisci iubet. Missisq; decem longis nauibus, eas quæ deerrassent conquiri iubet. A

RVSPINA ET LEPTIS RECEPTA.

B

C. autẽ Sallustium ad Cercinnam insulam ab hostibus recipiendam (quòd ibi magnã frumenti copiam esse intelligeret) cum parte nauium ire iubet: relictoq; ad Leptim cum sex cohortium præsidio C. Saserna, ad. III. Nonas Ianuarias, castra Ruspinam, vnde pridie venerat, transfert: sarcinisq; relictis cum expedita manu circa villas frumentatum profectus, coacta magna frumenti vi, Ruspinam reuertitur: relictoque ibi cum legione P. Saserna superioris Savernæ fratre, ad portum cum septem cohortib. duo ab oppido passuum milia progressus, conscensa sub vesperam classe, naues quæ adhuc in errore erant conquisiturus, proficisci parabat. Ceterùm postridie appellentibus eôdem nauibus de quibus laborabat, eisdemque in portum receptis, cum his simul & prioribus Ruspinam redit. castrisq; ad oppidum positis, cohortes. xxx. expeditas, cum equitibus CCCC. & sagittarijs paucis frumentatum ducit: verùm vix tria passuum milia progresso à speculatorib. equitibusque antecessoribus hostes appropinquare nunciantur: simulque cum ipso nuntio puluis eminus conspici cœptus est. Haud multò pòst ipsæ hostium copiæ duce Labieno & duobus Pacidijs aduentare visæ sunt, ita instructæ, vt præter equitatum, qui vtrunque cornu tenebat, media quoque acies mirabili longitudine directa, equitibus conferta, Numidisq; leuis armaturæ & sagittarijs peditibus condensata, pedestrium magis quàm equestrium copiarum speciem præberet. Cæsar itaque & suam, quæ aderat, manum (quanquam perexiguam) tanquam cum pedestri acie dimicaturus, ad [illegible]am instruit. Sed priusquam ad manus veniretur, primùm Numidæ C D

leuis

A leuis armaturæ cum equitibus è media acie prorumpentes,legionarios Cæsaris insolito nouoq; pugnæ genere (quo potissimùm vsus Rex Iuba Curionem antè oppresserat) multùm perturbarunt. Interim & numerosissimus Labieni equitatus in latitudinem subitò extensus,cedentib.ob paucitatem equitibus Iulianis,vniuersas statim Cęsaris copias circumuenit:ita vt Cęsar orbe facto,non sine summo discrimine,maximoq; tyronū pauore præliari cogeretur. Hîc Labienus à veterano,quem ille priùs conuicijs lacessere,tyronemq; appellare ausus fuerat,pilo in se coniecto petitus,sed eodem in equum adacto,equo excussus,non minimum vitæ periculum adijt. Cæsar autem acie sua,quæ priùs in orbem coacta fuerat,in longitudinem q̃ maxi
B mam porrecta, cohortibusq; diuersò conuersis hostium coronam vtrinq; perrumpit:parteq; hostium in fugam cōuersa,quòd insidias metueret,fugientes longiùs persequi destitit: cumq; iam ad sua se præsidia recipere cogitaret,occurrentibus sibi M.Petreio & Cn.Pisone,cum maximis tum peditum tum equitum Numidarū auxilijs,simul etiam Labienianis,animis à priore terrore iam confirmatis,extremum suorum agmen impedientib., prælium signis conuersis redintegrare coactus est. Hostibusq; ad priorem illam dimicandi rationem confugientibus,Cæsar postq̃ perspexit & equos & equites suos,tum ex recenti nausea proximæ nauigationis,tum ex siti & languore propter vulnera priore pręlio accepta,ad insequendum diutiusq;
C persistendum minùs firmos, exiguam prætera partem diei superesse, hostibus vno impetu vltra proximos colles repulsis,postq̃ ab hora diei quinta ad occasum Solis dimicarū esset, M.Petreio inter ceteros grauiter sauciato, suos vt erant instructi ad suas munitiones reducit. Quidam produnt Cæsarem hoc prælio fugientib. suis omnibus solum se hostibus opposuisse,atq; aquiliferum quendam locum deserentem,sua manu in primam aciem obtorto collo retraxisse,dixisseq;: Hîc sunt aduersarij, huc tende. Intelligens aūt Scipionem & Iubam Regem cum vniuersis copiarum viribus,validissimisq; auxiliorū copijs breui adfuturos,castra sua accuratiùs munire,aliaq; opera efficere,copiasq; ex remigibus,atq; alijs cuiusuis generis classiarijs fir
D mare, frumentum & reliquum cōmeatum,ceteraq; ad bellum necessaria cōparare instituit. Et quòd pleræq; nauium onerariarum,quæ cōmeatum vehebant,ignaræ locorum quæ Cæsar castris suis tenebat,etiamnum vaga bundæ per mare errarent,è quibus quasdam ab hostium nauibus tum incensas tum expugnatas intellexerat,naues circa portus atq; insulas ad præsidium onerariarum disposuit. Cn.interim Pompeius,Magni filius,qui Vticæ apud Catonem erat,quotidianis ferè Catonis conuicijs,& cōmemoratione rerum à patre in ea ætate fortiter & feliciter gestarum incitatus,cum tumultuaria fortuitaq;.xxx.minorum nauium classe,in Mauretaniam Bogudis regnū profectus,tentato frustrà Ascuro oppido (quod pręsidio Regio

tenebatur)fuisq; eruptione oppidanorum ad mare repulsis,quum re malè A
gesta ad Catonem reuerti non sustineret,classem ab Africa auersam ad Baleares insulas appulit.vbi postquã Ebusum insulam vi cepisset,reliquę sine prælio in deditionem venêre. ipse Pompeius morbo correptus,cum militibus suis ibidẽ aliquandiu moratus est. Scipio aũt relicto Vticæ valido pręsidio,cum octo legionibus,& equitum quattuor milibus iter ingressus, circa Adrumetũ Petreio Labienoq; se coniunxerat,ita vt vnis castris quattuor passuum milia occuparent: equitatuq; suo circũ Cæsaris munitiones vagari iusso,Cæsarianos omni ad aquandum pabulandumq; exitu prohibebat. Hinc nondum subuecto ad Cęsarem è Sicilia Sardiniaq; cõmeatu, tanta fuit in castris Cæsaris nõ solùm annonæ,sed & pabuli inopia,vt equi B.
alga è littore collecta,aquaq; dulci elota aliquandiu alerentur.Quibus Cæsariani exercitus extremitatibus intellectis Iuba,antequam Cæsar his se difficultatibus explicaret,cum maximis equitum peditumque auxilijs regno egressus, Scipioni se iungere festinabat. Verùm intellecto ex itinere P. Sittium quendam, & Regem Bogudem iunctis copijs Numidiam regnum suum vastare,Getuliamq; (quæ & ipsa regni pars erat) ipsamq; Cirtam opulentissimum regni sui oppidum,vbi & Regia ipsius erat, cum alijs aliquot captam,rebus suis timens,cùm haud procul à Scipione abesset,abductis etiam à Scipione auxilijs quæ anteà submiserat, triginta tamen elephantis ipsi relictis,in regnum reuersus est. Cæsar autem quum ipsius in Africam C
aduentus per maiorem ferè prouinciæ partem in dubium vocaretur, nec alius præter vnũ ex ipsius legatis aduenisse crederetur,missis circumquaq; litteris omnes ciuitates de aduentu suo certiores facit. Hinc plurimi statim vndique ex vniuersa prouincia viri nobiles è suis ciuitatibus profugi,de aduersariorum sæuitia atque acerbitate non sine lachrymis conquerentes,ad castra Cæsaris confluxêre. Quibus intellectis,tantisque prouincialium iniurijs permotus,quum hactenus per hiemem statiuis se continuisset, æstate iam inita,coactis vndique quæcunq; vsquam erant cùm copijs tum auxilijs,iusto deinceps cum aduersarijs bello decertare, prouinciamq; ab illorum crudelitate vindicare constituit: litterasq; ad Allienum & Rabirium D
per catascopum mittit, quibus exercitum sibi quamprimùm transportare præcipit. Ipse interim dum exercitus adduceretur, opera incepta perficere, & castra validioribus augere munitionibus non intermittit. Scipio alia ex parte elephantos quotidie assuefacere,ne non tam hostium quàm suorũ periculo & exitio pòst in pugnam producerentur. Interea à turmis equitum,quæ vtrinq; pro vallo in stationibus erant,crebris minutisq; quotidie ferè prælijs concurritur. Et Scipio quidem per singulos penè dies, suos ad pugnam instructos pro castris maiore diei parte in acie consistere iubens, aliquando etiam longiùs progressus, Cæsarem ad prælium prouocabat.
Sed

A Sed Cæsar ijs, qui pabulandi, lignandi, muniendi, aut alterius rei gratia è castris processerant, sine tumultu, & modestè intra munitiones receptis, equitatusq; sui partem loco consueto in statione consistere, & si hostis propiùs accederet, retrorse intra munitiones recipere, reliquos autem suo quemque loco armatos, & si hostis ingrueret paratos esse iubens, se cum reliquo milite intra castra fossa valloque altissimo, alijsq; maximis operibus & munitionibus cincta, atque aliâs ab omni telorum tormentorumq; bellicorum genere instructissima, magna cum fiducia cõtinebat: exspectans nimirum dum id quod restabat veteranarum legionum cum secundo cõmeatu aduenisset. Qua in sententia quũ Cæsar copijs subinde ad pugnam à Scipione
B productis perstaret, Scipio contempta Cæsaris exercitusq; ipsius patientia, in castra regressus, concione aduocata prolixè de Cæsaris Cæsarianorumq; timiditate & desperatione apud suos verba facit, victoriamq; haud dubiam eamq; breuem ipsis pollicetur. Per id tempus Numidæ Getuliq; complures, quotidie signis castrisq; Scipionis relictis, alij in regnum discedere, alij in castra Cæsaris etiam cateruatim profugere, memoria beneficiorum quæ maiores ipsorum olim à Mario (cuius affinem Cæsarem esse intellegebant) acceperant. E quibus Cæsar illustriores aliquot cum litteris ad ciues suos mittit: hortaturque, vt se suosq; fortiter contra aduersarios defenderent, neque ijs se temerè permitterent. Hoc quoque tempore Labienus
C tentata cum parte equitatus Leptis oppidi, quod Saserna tenebat, expugnatione, amissoq; scorpionis ictu vno è Decurionibus, suisq; hinc perterritis, ad suos se recepit. Acillitani quoque per id tempus legatis ad Cæsarem missis, ciuitateq; sua in Cæsaris fidem tradita, frumentúmque & alia quæ ipsis suppetebant polliciti, præsidium sibi à Cæsare mitti petunt. Cæsar igitur C. Messium Ædilitia potestate functum, cum præsidio eò proficisci iubet. Quo intellecto C. Considius, qui Adrumeto cum duabus legionibus, & equitibus CC. præerat, cum octo cohortibus Acillam prior occupare studens, quum se à Messio præuentum, præsidiúmque Cæsaris ab Acillitanis receptum videret, Adrumetum reuersus, acceptisque ibi equestribus à La-
D bieno copijs, Acillam obsidione cinxit. Hanc postea multis magnisq; operibus oppugnare adortus, aliáq; diu multúmq; expertus, quum nihil proficeret, acceptis tandem aduersis de infelici suorum equestri prælio nuntijs, frumento cęterisque, quæ affatim in castris aderant, ad victum necessaria, incensis, obsidione oppidi relicta, Adrumetum iterum se recepit. Eodem tempore & Crispus Sallustius Cercinna insula, eiecto ex ea C. Decio viro Prætorio, qui eam cum præsidio tenuerat, potitus, magnam frumenti copiam ibi inuentam, per naues onerarias in castra Cæsaris mittit. Tunc quoque naues onerariæ, quas Allienus cum secundo commeatu, & duabus legionibus, & equitibus Gallis DCCC. funditoribusq; & sagittarijs

ACILLA RECEPTA.

CERCINNA RECEPTA.

mille à Lilybæo ad Cæsarem miserat, quarto pòst die in portum Ruspinæ, vbi Cæsaris castra erant, vento vsi secundo peruenêre. Hinc Cæsar post longa exspectationis tædia omnibus suis receptis gauisus, omnique sollicitudine liberatus, milites iam recenter aduectos, nauibusq; egressos, per castella munitaq; loca disponit: & donec à nausea & languore vigori pristino restituerentur, aliquantum interquiescere iubet. Eodem ferè tempore & Tisdritani legatos ad Cæsarem mittunt, triticiq; modia mille ccc. apud se esse docent: cuius conseruandi caussa præsidium sibi à Cæsare mitti petunt. Quibus Cæsar gratias agens, præsidium se quamprimùm missurum pollicetur. Interea P. Sittius, quem fines Numidiæ cum exercitu ingressum suprà relatum est, castellum munitissimum, in quod Iuba præter frumentum cetera quoque vsibus bellicis necessaria conuexerat, vi expugnatum capit. Cato verò dum hæc geruntur, habitis nouis delectibus, magnam omnis generis hominũ, tam seruorum, q̃ libertinorum, omniumq; qui per ætatem armis ferendis habiles essent, manũ armauerat, & Scipioni in subsidium submiserat. Sed Scipio miratus Cæsarem, qui alioqui vltrò bellum inferre, & prælio lacessere consuesset, ita obstinatè etiam prouocatum eo nunc abstinere, tamque insolitam Cæsaris patientiam, tantamque consilij commutationem suspectam habens, Getulos duos, quos sibi fidissimos amicissimosq; credebat, propositis maximis præmijs, in castra Cæsaris speculatũ mittit. Sed hi ad Cæsarem perducti, indicantes ad quid missi essent, cupere se in castris Cæsaris manere, simul & alios Getulos complures C. Marij clientes, omnesq; non nuper ciuitate Ro. donatos, & in legionem quartam & sextam adscriptos, in castra Cæsaris transire paratos exponunt. Quod & euentus mox comprobauit, pluribus legionarijs ex legionibus iam dictis ad Cæsarem postridie confugientibus: qui collaudatos, & ad se receptos stipendio donauit: factaq; aduentu duarum legionum cum equitatu, aliaque leui armatura, non mediocri copijs suis accessione, omnibus copijs suis eductis longiùs progressus, primùm collem quendam, in quo turris erat, siue specula, quæ à præsidio Numidarũ tenebatur, missa turma Hispanorum cum parua leuis armaturæ manu, deturbatis Numidis, pluribusq; ex his captis, reliquis in fugam conuersis, occupat. Deinde Labienũ ad suppetias Numidis præsidiarijs fugientibus ferendas, cum toto ferè dextræ aciei iam instructæ equitatu longiùs à suis procurrentem (media inter se & Labienum maxima quadam villa, quę Labieni prospectum impediebat) immissa equitatus sui ala sinistra, à reliqua acie intercludit: extremũq; ipsius equitatum antequam sentiretur cõsequutus, cùm intercluso reditus ad suos non daretur, rectà in castra confugere compulit. Galli autem Germaniq;, quos secum Labienus habebat, resistere ausi, circumuenti vndiq; vniuersi fortiter repugnantes cecidêre. Quod vbi legiones Scipionis, quæ lon-

(Margin notes: A; TISDRA RECEPTA.; B; C; D)

A longiùs à castris instructæ stabant, animaduertêre, hæ quoque fugientes omnibus se portis in castra coniecêre. Cæsar autem postquã receptum cani iussisset, suos omnes incolumes intra munitiones recepit. Postridie omnibus vndique præsidijs deductis, postquam vniuersas iterum copias instructas in campum produxisset, factaque pugnæ potestate, dum Scipionem suis se munitionibus continere videt, aciem suam, vt erat instructa, Vzitam versus (quod oppidum Scipio tenebat) ducit. & iam minùs mille passibus ab oppido aberat, quum Scipio veritus ne oppidum, ex quo aquatione ceterisque rebus necessarijs exercitus eius plurimùm iuuabatur, amitteret, aciem quidem vniuersam instructam, & elephantos ante oppidum consti-
B tuit: sed ita vt media acies oppido tegeretur, vtrumque tantùm cornu cum elephantis in conspectu aduersariorũ esset. Cæsar quum vsq; ad vesperam fere in acie constitisset, neq; Scipio se loco moueret, intelligens se non sine maximis difficultatibus vno eodemq; tempore oppidum, quod maximis Numidarum tenebatur præsidijs, oppugnaturum, simul & contra hostem ex loco iniquiore depugnaturum, milites suos, qui in illam vsq; horam in armis perstiterant, in castra reducit. Sub id tempus intercepta à C. Virgilio Petronio, qui Thapso oppido maritimo præerat, vna è nauibus Cæsarianis, quæ cum secundo cõmeatu è Lilybæo cum reliquis soluerat, atque ab alijs deerrauerat, ventoq; ad Thapsum delata fuerat: altera item quæ ve-
C teranos cum Centurione vno & tyronibus aliquot vehebat, simili tempestate ad Egimurum delata, à Vari & Octauij classe capta: Cæsar ob id indignatus, eos quos apud Thapsum cum parte classis præsidio nauium onerariarum & longarum, quæ per mare vagabundæ errabant, in statione esse iusserat, propter negligentiam ignominia notatos, propositoq; in eos grauissimo edicto, dimisit. Eodem tempore sub occasum Vergiliarum per noctem nymbus procellosus subitò cum saxorum grandine cælo deiectus Cæsaris exercitum plurimùm afflixit: qua nocte & quintæ legionis pilorũ cacumina sponte arsêre. Interim Rex Iuba nuntio de aduerso Scipionis equestri prælio ad se perlato, cùm domesticis bellis intentus, ad primam
D Scipionis euocationem nõ accederet: posteà omni Africa, quæ populo Ro. parebat, sibi à Scipione promissa, Saburam præfectum cum parte exercitus præsidio regni contra Sittium relinquit: ipse cum legionibus tribus, equitibus frenatis DCCC, Numidis autem sine frenis, alijsq; terrestribus copijs quàmplurimis, & alijs .xxx. elephantis, iterum ad Scipionem contendit. Quem Cæsar vbi aduenisse cognouit, munitiones suas longiùs producere, locaq; Scipioni propinquiora & excelsa occupare aggreditur. Scipio ex aduerso, vt Cæsari facultatem longiùs progrediendi præriperet, Labienum proximum collem inuadere iubet. Quo occupato, cùm eundem & Cæsarem petiturũ Labienus sibi persuaderet, in valle latissima profundissimaq;

quæ inter collem & Cæsarem media iacebat, quaq; necessariò Cæsari transeundum erat, in insidijs cum parte equitatus leuique armatura consedit: aliosq; equites post collem, quem Cæsar petebat, subsidere iussit, qui dum ipse Cæsarem à tergo ex improuiso adoriretur, se ex aduerso è colle ostenderent: sperans scilicet hac ratione Cæsarem & regressu & progressu interclusum, certissimum exitium incursurum. Ceterùm quum equites, quos post collem Labienus collocauerat, citiùs quàm debebant summa collis peterent, equites quos Cæsar præmiserat eosdem conspicati & consecuti, partim cædunt, partim viuos capiunt: deturbatoq; Labieni præsidio colle potiuntur, Labieno cum suo equitatu fuga salutem quærere coacto. Cæsar autem distributis statim per legiones operibus, castra eodem colle munit. Simul & à maximis suis castris per medium campum ad oppidum Vzitam vsque (quod inter sua & Scipionis castra medium erat) duo brachia ducit, quæ ad sinistrum dextrumq; oppidi angulum pertingebant: quam rem plurimas sibi cōmoditates & securitates tam ad expugnandum, quàm ad colloquia & perfugia, sibi præbere posse intelligebat. Quo ex opere dum Cæsar sub vesperam suos in castra reducit, Iuba, Scipio, & Labienus cum omni equitatu, leuiq; armatura, impetu in Cæsarianos facto, equites loco cedere compellunt. Sed Cæsar copijs omnibus ex itinere reductis, equitibusq; suis magno impetu in Numidicum equitatum conuersis, eundem cæsis sauciatisq; quàmplurimis, in castra vsque Regia fugere compulit. & nisi nox interueniens, puluisque aduerso vento sublatus prospectui Cæsarianorum officiens prælium diremisset, vniuerso equitatu cum leui armatura deleto, Iuba ipse & Labienus sine dubio in Cæsaris potestatem venissent. Hoc prælio magna felicitate à Cæsare commisso, plurimi è sexta & quarta legione à Scipione ad Cæsarem transière: nec pauciores alij in alias regiones finitimas, quò quisq; poterat, diffugêre. Getuli quoque, ad quos Cæsarem perfugas cum litteris & mandatis misisse relatum est, successu rerum Cæsaris permoti, à Rege suo Iuba vniuersi defecêre, armaque contra ipsum cepêre. Quo intellecto Iuba, ex ijs copijs quas ad Scipionem adduxerat, cohortes sex, quæ fines regni sui contra Getulos tutarentur, mittit. Similiter & ex Vzita oppido, brachijs quæ Cæsar instituerat perfectis, & ad oppidum vsq; perductis, ita vt tutò inter Cæsarianos & eos qui in oppido erant, quotidiana ferè colloquia fierent, nobiles aliquot Getuli ex equitatu Regio, quorum maiores sub Mario olim meruerāt, per noctem ad lumina cum equis calonibusque circiter mille in castra Cæsaris perfugiunt. Cæsar enim tam litteris, quàm fama vulgauerat, Afris quidem qui ad se transituri essent, libertatem & omnes facultates concessurum, ciuibus verò Romanis præter impunitatem etiam præmia daturum. Hinc factum est, vt plurimi quotidie in partes ipsius relicto Scipione & tum temporis & posteà concederent.

A derent. Postridie eius diei, quum vniuersæ vtrinque copiæ instructæ & in aciem productæ, non procul à castris Cæsaris medio inter vtrumque exercitum haud ampliùs tercentorum passuum spacio, à manè vsq; ad horam diei decimam sub armis cōstitissent, nec ab alterutra parte pugnæ initium fieret, atque hinc Cæsar inclinata iam die suos in castra reducere inciperet, omnis Numidarum Getulorumque equitatus sine frenis castra Cæsaris in colle posita inuadere parabat: Labienoque, qui loco suo immotus cum equitatu frenato persistebat, legiones Cæsaris distinente, equites cum leui armatura temerè & iniussu Cæsaris longiùs contra Getulos Numidasque progressi, transitaque palude à leui armatura deserti, à multitudine Numi
B dici Getulique equitatus loco pulsi, paucis quidem suorum cæsis, sed plurimis conuulneratis fugientes ad suos se recipere coacti sunt. Vicissim postero die cùm equitatus Cæsariani pars Leptim frumentandi caussa missa, Numidas Getulosq; equites prædatores sibi obuios habuisset, centum ex ijs cùm interfecêre, tum viuos cepêre. Post hæc vtroque duce suis hinc inde operibus munitionibusque incumbente, aliquandiu equestribus tantùm leuibusq; prælijs concursum est. Interim ad Cæsarem perfertur Varum, qui cum quinquaginta quinque nauium classe ab Vtica Adrumetum excurrerat, è Cothone Adrumetinorum portu egressum, tredecim nauium classem, quam Cæsar cum Q. Aquila Adrumetũ in stationem præsidij gra-
C tia miserat, tempestate iactatam, & ad Leptim negligentiùs custoditam, defensoribusque vacuam partim incendisse, partim cepisse. Cæsar itaque nihil cunctatus equo admisso Leptim (quæ .VI. milibus passuum à castris suis aberat) proficiscitur: conscensoque paruo nauigio, reliquis nauibus statim post se venire iussis, Varum persequi contendit. Varus autem celeritate audaciaq; Cæsaris territus, Adrumetum versus vnde venerat cum vniuersa classe fugam capit. Sed Cæsar fugientem consequutus, alteraque quinqueremium à Varo paulò antè captarum cum omnibus suis epibatis recepta, & præter hos CXXX. custodibus in ea captis, aliáque hostium triremi remigibus epibatisque onusta potitus, reliquas naues superato promontorio in
D Cothonem Adrumetinorum portum fugere coëgit. quas quum vento minùs secundo vsus, eodem die assequi nō posset, postridie prima luce, & ipse Adrumetum appellens, naues quidem onerarias quæcunque extra Cothonem longiùs in salo stabant, incendit: reliquis verò quæ in Cothonem se receperant, prælio decertare detrectantibus, in castra reuersus est. Haud multò pòst Labienus quum intellexisset Cæsarem loca quædam frumentandi gratia sæpiùs petere solitum, quum Cæsarem eôdem ex consuetudine commeaturum crederet, cum magno equitatu, leuiq; armatura ijsdem in locis in insidijs consedit. Sed Cæsar cognito ex perfugis Labieni consilio, quum per dies aliquot ea frumentatione abstinuisset, quò hostem securio-

curio-

curiorem negligentioremq; redderet: posteà eductis cum parte equitatus A octo legionibus, parte autem equitatus præmissa, insidiatores in conuallibus latentes inopinantésque aggressus, occisis circiter quingentis, reliquos fuga salutem quærere compulit, Labieno conspectis legionibus Cæsaris, laborantibus fugientibúsq; suis, cum suo equitatu succurrere non audente. Cæsar inter hæc quum in angustias rei frumentariæ coniectus, castra sibi necessariò mutanda intelligeret, Lepti, Ruspina, & Achilla præsidio firmatis, Aquiláque & L. Cispio Adrumetum & Thapsum obsidere iussis, castris incensis ad oppidum Agar proficiscitur, castraq; haud longè ab eo oppido ponit. Scipio Cæsarem cum omnibus copijs subsequutus, VI. passuum milibus à Cæsare castra facit. Hîc quum Scipio legiones duas ad Zettam oppi- B dum (quod à parte castrorũ Scipionis situm, ab ijsdem decem milibus passuum, à Cæsarianis verò .XVIII. milibus aberat) frumentatum misisset, Cæsar ex perfugis certior factus, motis è campo in collem & loca tutiora castris, quarta vigilia cum copijs suis hostium castra prætergressus, Scipione longiùs in agros circumiacentes propter frumentationem progresso, Zetta oppido potitur: captoque ibi C. Brotio Regino equite Ro. Scipionis familiarissimo, qui oppido præerat, & P. Atrio equite item Ro., camelisque Regijs .XXII., Oppium legatum ibi cum præsidio relinquit: copiasque suas præter hostium castra in suas munitiones reducere instituit. Quo in receptu Labieno postremum Cæsaris agmen infestante, Cæsar signis subinde in Nu- C midas equites leuemq; armaturam mirabili celeritate nunc suis instantes, nunc refugientes conuersis, minimoque itineris spacio non sine maximis difficultatibus per plures horas, modò procedendo, modò resistendo quàm tardissimè confecto, tandem hora prima noctis decem suorum saucijs, reliquos incolumes in castra reduxit. Labienus autem CCC. è suis desideratis, plurimis conuulneratis, omnibus autem nunc cedendo nunc insequendo defatigatis, ad suas munitiones reuersus est. Haud multò pòst Cæsar quum productis in æquiora loca copijs, non longè ab hostium castris diutiùs consistens, facta semel atque iterum pugnæ potestate, Scipionem in locum æquum descendere nolle perspiceret, exercitu ad. XII. Kal. April. lustra- D to, tertio pòst die motis castris Sarsuram oppidum, in quod frumentũ Scipionis conuectum erat, quodq; à Numidarum præsidio tenebatur, copias ducit. Sed Labienus facto in postremum Cæsaris agmen impetu, parte impedimentorum intercepta, etiam legiones onere sarcinarum impeditas aggredi ausus, submisso à Cæsare expeditorum aliquot legionariorum subsidio, plurimis suorum tum occisis tum vulneratis, turpiter in fugam versus est. Cæsar autem interfecto in hostium conspectu Numidarum præsidio, P. Cornelio Scipione euocato, qui oppido præerat, fortiter quidem sed frustra repugnante, oppido simul & frumento potitur. Postridie ad Thebennam

ZETTA CAPTA.

SARSVRA CAPTA.

A bennam oppidum quod Considius tenebat profectus, quum eam expugnare propter inopiam minùs operæprecium existimaret, in castra, quę ad Agar habebat, reuertitur. Similiter & Scipio in priora castra exercitum reducit. Interim Thebennenses missis legatis docent Regium præsidium à se interfectum, auxilium igitur à Cæsare contra Regem sibi quàmprimũ mitti petunt. Quibus Cæsar statim Marcium Crispum Tribunum cum cohorte, sagittarijsq; compluribus & tormentis mittit. Dum hæc geruntur, legionarij, qui morbo, aut alio impedimento retenti, cum priore commeatu traijcere non potuerant, ad quattuor milia, equites item quadringenti, sagittarijq; & funditores mille è Sicilia in Africam ad Cæsarem

THEBENNA RECEPTA.

B venêre. Hos igitur Cæsar cum reliquis omnibus legionibus ad pugnam instructos, haud procul ab oppido, cui Tegea nomen erat, vbi Scipio. ccc. equitũ præsidium habebat, in acie constituit. Sed quum & hîc Scipio prælio decernere detrectaret, Cæsar tædio victus, equitum suorum turmas vnà cum leui armatura sagittarijsq; & funditoribus in hostium equitatum, qui pro oppido in statione erat, immittit. Ibi auxilijs equestribus à Labieno equitatui suo summissis, dum recentiores defatigatis succedunt, Cæsariani paulatim loco cedere cœperant, donec Cæsar altera vicissim equitum ala suis laborantibus subsidio missa, prælioq; magnis suorum animis redintegrato, cæsis sauciatisque quàmplurimis fugientes per tria passuum milia

C persequutus, in proximos colles compulit. Et quum iam pluribus certisq; experimentis cõpertum haberet, Scipionem nullis conditionibus ad prælium loco æquo committendum pertrahi, neque iterum castra propter aquarum inopiam propiùs hostium castris admoueri posse, ad Thapsum obsidendum animum conuertit: sperans nimirum se hac ratione, vel Scipionem in necessitatem dimicandi conijcerturum, vel ipso pugnam detrectante, oppidum maximi momenti facilè in suam potestatem redacturũ. Aberat Thapsus ab Agar. xvi. ferè passuum milibus, maximoq; præsidio à Virgilio Petronio tenebatur. Is autẽ erat oppidi situs, vt peninsulæ speciem præberet: quòd ab vna quidem parte mari, ab altera verò palude alluere-

D tur, isthmusq; inter paludem & mare non ampliùs mille quingentorum passuum angustum admodum ad oppidum accessum præberet. Huc igitur progressus, castelloque statim ad fauces isthmi communito, validoque præsidio relicto, hostes accessu oppidi interclusit: castrisque lunatis constitutis, eodem quo venerat die, oppidum vallo munitionibusq; cingere aggreditur. Scipio autem cùm Virgilium Thapsitanósque hactenus rebus suis fidissimos, non sine dedecore à se deseri posse intelligeret, Cæsarem statim per loca superiora subsequitur: cumque occupatis iam à Cæsare angustijs, oppidoque exclusus, Thapsitanis auxilium submittere prohiberetur, mille quingentis à castris Cæsarianis passibus ad mare castra communire

instituit: partéq; operis iam effecta, dum reliqua perficitur, partem copiarum cũ elephantis pro vallo ad deterrendos hostes in acie constituit. Quo intellecto Cæsar, Asprenate Proconsule cum duabus legionibus præsidio castrorum relicto, partéq; classis ad Thapsum relicta, reliquas naues iubet post hostium, qui castra ad mare habebant, terga, ad littus appellere: exauditóq; signo quod illis constituerat, clamore subitò sublato hostibus auersis terrorem incutere. Ipse autem reliquas copias summa cum festinatione ad hostium munitiones ducit: quos vbi munitionibus perficiendis sedulò incumbere videt, acie triplici instructa, dum pedibus exercitum circumcursans verbis animos suorum excitat, animaduertit hostem circa vallum trepidare, pauidosq; vltro citroq; concursantes, nunc prodire, nunc intra munitiones se recipere, turbatos scilicet inopinato nauium Cæsarianarum à tergo accessu. Quod vbi & à maiore Cęsariani exercitus parte conspectum, legati statim pugnæ signum dari postulant. Sed negante Cæsare placere sibi, vt eruptione pugnaretur, atq; ob id cunctante, tubicen à militibus coactus dextro cornu signum canit. Hinc Centurionibus etiam aduerso pectore frustrà obluctantibus, signa ab omnibus simul cohortibus inferri cœpta. Cæsar autem quum suos iam ad pugnam accensos, nullo modo contineri posse videret, dato FELICITATIS signo, ipse protinus equo conscenso admissóq; vel primus in hostem fertur. Elephanti aduersariorum, qui pro munitionibus stabant, à sagittarijs funditoribusq; impetiti, clamoreq; & strepitu territi, & in suos conuersi, plurimos dum intra munitiones retrofugiunt oppressère. simul etiam Mauri, qui ad elephantorum præsidium in eodem cornu consistebant, in fugam versi sunt. Sic Cæsar paucis admodum repugnare ausis, ijsq; interfectis, primo statim impetu vallo hostium potitus, reliquos munitionib. relictis in superiora castra, vnde pridie excesserāt, fugere compulit: quæ postquam vacua inuenêre, illinc in castra Regia fugientes, dum & hæc à Cęsarianis occupata vident, armis simul cum omni salutis spe proiectis, quò expeditiores fugerent, cuncti locum quendam editum castris proximum cursu petiẽ. Cæsar autem dissipatis, totoq; passim campo quà quisq; poterat diffugientibus, ne hostibus se colligendi spacium daret, legiones è vestigio insequi iubet. Quæ postquam ad collem in quem hostes confugerant, peruenêre, aduersarios, salutatione more militari facta, fidem Cæsaris frustrà implorantes, etiam inspectante, & pro ipsis deprecante Cæsare, ad vnum omnes contrucidauêre, exasperatis & in vltionem à Scipione priùs interfectorum inflammatis præcipuè veteranorum animis. Tantaq; fuit Cæsarianorum ob recentem victoriam licentia, impunitatisque fiducia, vt ne à præcipuis quibusdam è suo exercitu manus cohiberent, Tullio Rufo viro Quæstorio inter ceteros pili iactu consultò à milite quodam transfixo, Pompeio item Ruffo grauiter vulnerato: ita

A ita vt Equites, Senatoresq; quamplurimi è Cæsarianis territi, & furorem militarem metuentes, è prælio se subducerent. Sic Cæsar tribus exercitibus vno die profligatis, cæsis hostium plus decem milibus, è suis verò vix quinquaginta desideratis, paucisq; saucijs, trinis etiam hostium castris vno quasi eodemq; impetu captis, insuper sexaginta quattuor elephantis armatis cũ turribus suis ornamentisq; potitus est. Plurimi autem è Prætorijs Consularibusque, qui fuga euaserant, alij postea sibi ipsi manus intulêre, alij capti, quòd priùs venia impetrata à Cæsare dimissi arma resumpserãt, ab eodem interfici iussi sunt. Dion auctor est: Quintanos magna virium suarum fiducia à Cæsare petijsse, vt elephantis opponerentur, debellatisq; elephantis
B ipsis concessum, vt in monumentum rei gestæ, elephantibus deinceps pro insignibus vterentur. Quidam scriptum reliquêre, Cæsarem huic prælio ad finem vsq; non interfuisse: quòd dum aciem instrueret, subitò morbo comitiali correptus, malum persentiens (quòd & aliâs eo laborasset) antequàm vis morbi sensus occuparet, in turrim quandam proximã se deferri iusserat. Cæsar quum ex itinere ad Thapsum aliquandiu constitisset, missoq; rei à se gestæ nuntio, Virgilium ad deditionem etiam impunitate promissa adhortaretur, nec ille obtemperaret, Caninium Rebilum Proconsulem cum tribus legionibus ad Thapsum in obsidione manere iubet. Postridie sacris operatus, militibusq; suis pro concione collaudatis, eosdem
C & potissimùm veteranos pro suis quemq; meritis pro suggestu inspectantibus oppidanis præmijs donat: Thapsoq; Vticam discessurus, Cn. Domitium ad Thisdram, quam Considius tenebat, relinquit: præmissoque Vticam M. Messalla, ipse cum equitatu eòdem subsequitur. Equites autẽ Scipionis, qui fuga cædem euaserant, dum Vticam versus ad Catonem cõtendunt, Parada oppido ex itinere per vim capto, quòd oppidani accepto de rebus apud Thapsum gestis nuntio, ipsos admittere recusarent, maxima lignorum strue medio in foro congesta, igneq; subiecto, oppidanos cuiuscuis sexus & ætatis constrictos, cumq; omnibus rebus suis in flammas coniectos, crudeli inhumanoq; supplicio vitam finire cogunt. Postquam verò
D Vticam peruenêre, Vticensium plebeiorum (qui à Catone ipso statim belli initio, tanquam rebus Cæsaris magis affecti, oppido eiecti, ante portam oppidi fossa exigua alijsq; leuioribus munitionibus contra repentinos incursus se continebant) castra oppugnare aggressi, lapidibus fustibusque ab Vticensibus fortiter repulsi, in oppidum irruperunt: expugnatisque ibi & direptis Vticensium domibus, plurimos etiam ex ipsis in odium Cæsaris, cuius partibus eos fauisse credebant, interfecêre: ita vt nõ nisi numerata ipsis etiam viritim à Catone pecunia, à cædibus & rapinis abstinerẽt. Acceptaq; postea & à Fausto Sylla alia pecunia, qui eam de suo numerauit, cum eodem in regnum Iubæ profecti sunt. Quum autem plurimi vndique ex

Scipionis exercitus reliquijs Vticam confluerent, Cato omnibus cõuenire A iussis, persuasoq; Vticensibus vt seruitia manumitterent, eosdem oppidum contra Cæsarem defendere hortatur, se ducem imperatoremque rei gerendæ fore, neque ipsos vllo casu quamuis graui deserturum pollicetur. Qua in re quum non omnium vnam esse sententiam intelligeret, Vticensibus potissimùm bellum contra Cæsarem detrectantibus, oppidi defendendi propositum omittit. Quumque Senatorij Equestrisque ordinis, alijq; magni nominis viri, qui eò confluxerant, sibi ab Vticensibus haud satis fiderent, vererenturq; ne ab ipsis comprehensi Cæsari traderentur, fugæ consilium capiunt. Quos Cato viatico & pecunia (si quibus opus erat) ceterisq; ad nauigationem necessarijs instructos, nauibusque subministratis, ad portum B vsque deduxit, & quò quisque voluit nauigare permisit. Ipse verò Cæsaris se aduentum exspectaturum simulans, Vticæ manere constitutum habebat. Quumque Vticenses se pro ipsius apud Cæsarem salute deprecaturos pollicerentur, subridens nullo sibi deprecatore opus esse respondit. Filium autem suum fiducia veniæ à Cæsare impetrandæ, ad Cæsarem proficisci, & de eius clementia optima quæque sperare iubebat, monebátque vt quando eo rerum statu natus & educatus esset, eam fortunam quæ ipsi obtingeret, æquo animo amplecteretur: se in libertate viuendi dicendique educatum, & iam ætate prouectum, non posse deinceps immutata vitæ ratione seruituti se addicere. Sed nec filio, nec alteri cuidam adolescenti Statilio, C quamuis cum ipso fortunam subire paratis, vt se relinquerent persuadere potuit. His peractis, Cato relicto portu, conuocatisq; in forum Vticensium magistratibus, eisdem prolixa oratione administrationis suæ rationes reddidit: & cum commentarijs rationum apparatuumque & commeatuum bellicorũ, etiam syngraphas omnes, & quicquid pecuniæ in ærario publico reliquum erat, tradidit: rebúsque ita constitutis domum reuersus, nihil de consueta quotidianáque vitæ ratione remittens, lotus cum amicis Vticensiúmque primoribus cœnauit, ne lætis quidem philosophicisque inter cœnam confabulationibus quæstionibúsque abstinens: subinde & de vento num secundus esset, atque etiam de his qui abnauigarant, quantum pro- D uecti essent, percontatus: ita vt nec vultu, neque sermone, vllum turbatæ mentis indicium præberet. Cœnatúsque, postquam confabulationem disputationémque etiam in multam noctem protraxisset, amicis benignè à se dimissis, liberisque suis L. Cæsari ipsius Cæsaris necessario, qui tum ibi pro quæstore erat, commendatis, intra cubiculum se recepit, pugione furtim puluinari supposito: lectóque ad lucernam Platonis de immortalitate animorum libro, postquam aliquantum etiam altiùs stertens, vt ab ijs qui in proximo cubiculo essent, exaudiretur, quieuisset, circa primam vigiliam stricto gladio infra pectus se percussit. Quumque inflicto vulnere è lecto

de-

A delapsus, abacum geometricum lecto astantem simul ipso casu in terram impulisset, excitatis eo strepitu his qui proximi cubabant, filius & familiares id quod erat suspicati, ingressi, Catonem sanguine fœdatum, procidentibus è plaga intestinis, offendunt. Sed postquam Medicus intestinis in locum suum repositis vulnus fascijs obligasset, Cato ad se rediens, simulata facti pœnitentia, actisque pro ope allata gratijs, somno sibi deinceps opus esse aiebat: proinde quando omnia se rectiùs habitura speraret, illi discederent. Quibus cum gladio digressis, foribusque iam clausis, Cato diruptis fasciarum suturis, vulneréque crudelissimè diuulso, procidentibusq; iterum intestinis, animam exhalans, moribundas in vulnere manus reliquit. Quidam

B tradunt, inter ipsam curationem rescisso vulnere inter Medici manus exspirasse. Vticenses quanquam aduersus Catonem ipsum aliàs odio partium minùs bene affecti, integritatem tamen ipsius reueriti, honorificentissimo funere publicè elatum in littore sepelierunt. L. autem Cæsar populum cohortatus, vt portis apertis Cæsarem aduentantem exciperent, ipse Cæsari obuiam profectus est. Messalla interim quem Cæsar præmiserat, ab Vticensibus admissus, custodias omnibus portis ponit. Cęsar autem interea temporis Vzita Adrumetóque in potestatem receptis, magnáq; cùm frumenti tum armorum & pecuniarum copia ibi inuenta potitus, & L. Liuineio Regulo cum legione Adrumeti præsidio relicto, Vticam pergebat: *Vzita et Adrumetum recepta.*

C occurrentiq; sibi in itinere L. Cæsari, vitamq; suppliciter deprecanti, ignouit. Alijs item compluribus sibi obuijs, qui Pompeium priùs, Scipionem postea sequuti fuerant, inter ceteros M. Eppio, & M. Aquinio Catonis filio veniam concessit: Vticamque per tenebras ad lumina perueniens, nocte extra oppidum exacta, postridie ingressus, Vticenses quidem pro ipsorũ in se studio gratias agens pro concione amplissimè collaudauit, ciues verò Romanos negociatores, potissimùm autem trecentos illos à Scipione delectos qui pecunijs & consilio Scipionem cõtra se iuuerant, grauiter increpuit: ita tamen vt vita ipsis concessa, mulcta bis mille sestertiùm imposita contentus fuerit. Ceterùm intellecta morte Catonis plurimùm indoluisse fertur, *Vtica recepta.*

D exclamasseque: Ego tibi Cato mortem inuideo, qui mihi gloriam salutis tuæ inuideris. Quumque in scrinia Scipionis, quibus secretiores litteræ includebantur, incidisset, etiam non lectas comburi iussit. Filijs autem Catonis non vitam solùm, sed & paterna bona concessit: aliósque quàmplurimos, qui postea, quum animum eius iam deferbuisse crederent, ad eum accessère, venia data incolumes dimisit. Pompeiæ Cnei Pompeij filiæ, quæ Fausto Syllæ nupserat, ipsisq; Fausti liberis vitam & omnia sua concessit. Interea Rex Iuba, qui cum Petreio fugiens prælio excesserat, interdiu latitans, nocte proficiscẽs, in regnum peruenerat: Zamamq; oppidum (quod maximis operibus ipso belli initio cõmunierat, quòd ibi Regiam haberet,

coniugésque ipsius cum liberis omnique Regia suppellectili ibidem asseruarentur) accedens, à suis admissus non est. Idq; hac potissimùm de caussa, quòd quum ad expeditionem contra Cæsarem proficisceretur, maximam in medio foro pyram coaceruata immensa lignorum copia exstrui curauerat, hoc proposito, vt siquidem se hoc bello inferiorem esse contingeret, interfectis omnibus suis & in pyram coniectis, ipse quoque cum coniugibus, liberis, & omni denique gaza superiniectis ea cōcremaretur. Quumq; primò pro suo imperio minis agens nihil proficeret, tandem & ad preces confugiens, ne sicquidem auditus est. Imò nec coniuges quidem aut liberi petenti, acriusq; instanti redditi. Hinc omni spe destitutus, indignatusq;, relicta Zama, cum Petreio paucisque equitibus villam quandam suam petit: vbi sumptuosissimè cum Petreio epulatus, quum aliam honestæ mortis occasionem non inueniret (quòd omni passim bello sublato, omnia se Cæsari submitterent) mutuis casuri vulneribus infesti se inuicem ferro petunt. Ceterùm Petreio à Iuba Rege, qui viribus & robore corporis præstabat, adacto altiùs ferro facilè interempto, Rex superstes conatus sibi manus adferre, quum non posset, vix tandem ab vno seruorum vt ab illo occideretur impetrauit. Quidam Iubam priùs à Petreio interfectum tradunt, Petreium autem proprijs manibus cecidisse. Zamenses autem horum ignari, quum Regem cum exercitu quamprimùm adfuturum crederent, missis Vticam legatis, auxilium sibi à Cæsare aduersus Regem mitti petunt, se vel ad vltimum vitæ spiritum Cæsari oppidum seruaturos. Quò dum Cæsar ipse cũ equitatu suo postridie proficiscitur, obuios sibi Regios duces quàm plurimos in gratiam recipit. Cuius fama clementiæ exciti, omnes ferè totius regni equites, Zamam ad Cæsarem confluxêre, veniaq; à Cæsare impetrata dimissi sunt. Dum hæc fiunt, Considius intellecta clade suorũ, Domitij aduentum exspectare veritus, relicta Thisdra, clam cum paucis Getulis, quanta poterat maxima pecunia secum ablata, Iubæ se coniuncturus in regnum fugit. Sed Getuli auiditate prædæ Considio in itinere interfecto, in sua quisque delapsi sunt. C. quoque Virgilius terra maríque obsessus, superioribus nuncijs acceptis, fide data, se suaq; omnia cum oppido Caninio Proconsuli permittit. P. autem Sittius fuso profligatoq; exercitu Regio, ipsoq; duce Sabura interfecto, dum per Mauretaniam ad Cæsarem proficiscitur, intellecto Afranium & Faustum cum mille quingentis equitibus, qui Vticam diripuerant, in Hispaniam contendentes eodem sibi itinere occursuros, dispositis insidijs, maiori equitum Afranianorum parte vel cæsa, vel in deditionem accepta, Afranium ipsum cum Fausto viuos capit: quos quum ad Cæsarem perducere cogitaret, orta in exercitu seditione, antequam ad Cæsarem peruenirent, interfecti sunt. Scipio interim, qui conscensis XII. nauibus apertis, cum Damasippo, L. Torquato, & Ple-

ZAMA CAPTA.

A B C D

A & Pletorio Cestiano, in Hispaniam ad Pompeium cursum instituerat, diu aduersis iactatus tempestatibus, quum tandem Hipponem Regium inuitus deferretur, à classe P. Sittij, quæ ibi per id tempus erat, cum suis circumuentus, irrumpentibus statim in nauem suam Sittianis, atque vbi Imperator esset interrogantibus: Imperator, inquit, bene se habet. simul ferro se traijciens, seipsum in mare præcipitauit. Cæsar autem Zamæ etiamnum consistens, suppellectili gazaq; Regia, simul etiam bonis ciuium Ro. qui arma contrà tulerant, sub hasta diuenditis, collatisq; in Zamenses præmijs, Numidiam ex regno prouinciam facit: relictoq; ibi Proconsule Crispo Sallustio, Vticam reuertitur: diuenditisq; & ibi bonis eorum, qui con- NVMIDIA PROVINCIA FACTA.
B tra se militauerant, aut ordines duxerant, multatisq; Thapsitanis, Adrumetanis, Leptitanis, & Thisdritanis, impositoq; singulis ipsorũ pro sua cuiq; facultate certo olei, frumenti, aut etiam pecuniæ modo, Idibus Iunijs Vtica soluens, post diem tertium Caraleis in Sardiniam peruenit. Ibi & Sulchitanos (quòd Nasidium, qui ad Massiliam contra Cæsarem rem gessit, cum classe recepissent, suisq; copijs iuuissent) octauas pro decimis pendere iussos, multauit. Ibi & partem veteranorum militum, ne nouas iterum seditiones mouerent, etiam antequam in Italiam traijceret, dimisit. Reliquas autem copias cum C. Didio in Hispaniam aduersus Pompeium misit, perlatisque iam tum ad se honorificentissimis Senatus de se decretis gauisus,
C conscensis ante diem .III. Kal. Quintiles nauibus, tempestatibus subinde retentus, duo de trigesimo pòst die Romam peruenit. Senatus namq; accepto statim victoriæ Africanæ nuntio, decreta quadraginta dierum supplicatione, plurimis quoque amplissimisq; Cæsarem honoribus per Senatusconsulta decretis ornauit. Inter quæ præcipua fuêre, quòd Dictatorem ipsum deinceps in decennium crearunt: non quidem bello, aut alia aliqua necessitate impendente, neque alia quauis caussa, ob quas Dictator ante ea tempora creari solebat, sed quòd aliud non haberet populus Ro., quo cum summo honore summum simul imperium ipsi deferret. Præfectum quoque moribus Censoria potestate (quod Censoris nomen infra ipsius CAESARIS AD VRBEM EX AFRICA REDITVS. CAESAR DICTATOR IN DECENNIVM. CAESAR PRAEFECTVS MORIBVS.
D merita videretur) in triennium constituerant: quæ quidem præ ceteris cupidissimè admisit, interim & alijs quibusdam honoribus, qui simul decreti erant, non reiectis. nimirum vt curuli sella proximus semper Consulibus in curia & Senatu assideret: sententiam primus diceret: præmiaq; in equestribus certaminibus solus diuideret: Magistratus omnes etiam plebeios quibus vellet conferret, equisque albis & lictoribus, quos in prima secundaq; Dictatura habuerat, in triumpho vteretur: quæque humanum excedebant fastigium, vt quadrigæ ipsi in Capitolio ante Iouem statuerentur, imagoq; ipsius simulachrum orbis terrarum pedibus premens cum titulo SEMIDEI poneretur: atque his ferè contentus, alia pleraq; his similia vel ma-

CAESAR DICT. III. M. LEPIDVS MAG. EQ.

maiora repudiauit. Tertiam autem Dictaturam ſub id ferè tempus in- A
ijt, M.Lepido magiſtro equitum ſibi aſſumpto, quem & in Conſulatu illius anni collegam ſibi adſciuerat, vt ſuprà dictum eſt: quam Dictaturam etiam in plures inſequentis anni menſes dum annus compleretur (quòd non ſemeſtris vti priùs, ſed annuus iam is Magiſtratus eſſet) continuauit. Poſtquam autem in vrbem peruenit, omnibus ſtatim qui arma bellis pręteritis contra ſe geſſerant, ignouit: inter quos & M.Marcello deprecante Senatu reditum conceſſit. habitaque tam apud populum quàm in Senatu oratione benignitatis humanitatisq; plena, vniuerſos deinceps bono eſſe animo, optimaque de futuro ipſius imperio ſperare iuſſit, redditis interim rationibus de pecunijs ſolitò maioribus à ſe exactis: nimirum ob alendos B
exercitus, quibus promotis iam ſua potiſſimùm opera vndiq; imperij Ro. terminis, etiam ſolitò maioribus opus eſſe dicebat. Deinde rebus omnibus magnificentiſſimè ſumptuoſiſſimeq; adornatis, quattuor egit triumphos, diuerſo quemque apparatu & inſtrumento.

GALLICVS CAESARIS TRIVMPHVS.

Primum quidem celeberrimumq; Gallicum, de Gallicis Germanicisq; populis, cuius apparatus ex citro potiſſimùm conſtitit: inter cuius fercula fuit Rhenus, Rhodanus, Oceaniq; captiui ex auro ſimulachrum. Deinde & Vercingetorix inter captiuos ductus eſt, in illum vſque diem in eum vſum ſeruatus, poſt triumphum verò cum alijs aliquot necatus. Elephantis autem quadraginta lychnuchos dextra ſiniſtraq; geſtantibus ad lumina ſub veſperam Capitolium C
aſcendit, gradusque Capitolij genibus ingreſſus pro more conſcendit, non habita ratione aut currus, qui ipſi ante Iouem erectus erat, aut ſimulachri orbis terrarum pedibus ſuis ſubiecti cum titulo SEMIDEI, vt ſuprà relatum eſt, quem titulum poſtea ſuſtulit. Huius autem triumphi die, quum Velabrum prætereheretur, cõfracto currus triumphalis axe, apud fanum Fortunæ, quod Lucullus exſtruxerat, penè excuſſus, alio curru ad perficiendum triumphum vti coactus eſt.

ALEXANDRINVS TRIVMPHVS.

Alter triumphus fuit Alexandrinus de Rege Ptolomæo, apparatusq; eius teſtudineus: in hoc Nilus & Pharus ardens: inter captiuos Arſinoë Cleopatræ ſoror, non ſine ſpectantium cõmiſeratiõe traducta eſt, poſtea precibus Cleopatræ ſororis & Ptolomæi fratris dimiſſa. D

PONTICVS TRIVMPHVS.

Tertius aũt Ponticus de Rege Pharnace, acantho ſpectabilis: in cuius ferculis fuit Pharnacis imago, & hic titulus, VENI, VIDI, VICI. celeritatem belli confecti ſignificans.

AFRICANVS TRIVMPHVS.

Nouiſſimus autem fuit Africanus de Iuba Rege, ebore inſignis: quo triumpho inter captiuos ductus eſt Iubę Regis filius patri cognominis, poſtea celeberrimis ſcriptorib. annumerat'. Hoc triumpho Petreij, Catonis, ipſiusq; Scipionis, aliorumq; primi nominis ciuium Ro. qui eo bello contra Cæſarem militauerant, imagines, non ſine maximo populi dolore & inuidia in pompa tranſmiſſæ ſunt. Pecunia ex manubijs per hos triumphos traducta, à Gręcis quidem ſcriptoribus traditur

A ditur, LX. M. talentorum & dimidium talentum: à Romanis verò amplius sexies milies sestertiûm. Præterea aureæ coronæ bis mille octingentæ, pondo XX M CCCC XIIII. è quarum precio militibus postea stipendium & donatiuũ quod promiserat, etiam çum auctario persolutum, congiariumq; plebi datum. Notabilis autem fuit per hosce triumphos dicax militum triumphantem subsequentium in Cæsarem licentia æquis auribus à Cæsare accepta, ita vt præter Cleopatræ amores, aliasque Cæsaris libidines, etiam adolescentiam parùm continenter sub Nicomede Rege Bithyniæ transactam exprobrare non vererentur, & inter alia quàmplurima scommata & dicteria, quæ ex militari instituto in ipsum iaciebantur, hi quoque

B versus post illum palàm decantarentur:

Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus.
Auro in Gallia stuprum emisti, hîc sumpsisti mutuum. Item & illi:
Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem:
Ecce Cæsar nunc triumphat qui subegit Gallias,
Nicomedes non triumphat qui subegit Cæsarem.

Cæsar aũt triumphis iam peractis epulum vniuerso populo etiam in multos dies præbuit sumptuosissimũ, ita vt vno die duobus & viginti milibus tricliniorũ discumberetur: addita etiam visceratio & cõgiarium, distributo extra ordinẽ in populum viritim denis frumẽti modijs, totidem olei libris. CONGIARIVM POPVLO DATVM.

C Et præter nummos trecẽtos quos olim promiserat, centenos insuper corollarij nomine addidit, vt moram beneficij tardiùs præstiti compensaret. Appianus tradit minam Atticam viritim distributam. Annuam præterea habitationẽ in vrbe ad bina milia nummûm, in reliqua verò Italia vsq; ad quingentos sestertios remisit. Militibus etiam præmia quæ pollicitus erat, dilargitus est, veteranis quidem legionibus prædæ nomine in singulos quidem pedites bina sestertia, in equites verò vicena quaterna milia nummûm. Appianus aũt tradit militib. quinquies milenas drachmas Atticas diuisas, Centurionib. duplum, Tribunis aũt & alarũ præfectis quadruplum persolutũ. Ædem quoq; Veneris Genetricis, quã ante prælium Pharsalicum vouerat, AEDES VENERIS GENETRICIS DEDICATA

D tunc dedicauit: simul & forum ipsi contiguum, in quo spectacula plurima populo exhibuit. Addit Dion & Amphitheatrũ propter ferarũ venationes ab eo ędificatum. In æde Veneris Genetricis Cleopatram iuxta Venerẽ constituit. Et præter ludos, quos omnibus passim vrbis regionib. per omnium ferè linguarũ histriones fecit, Circenses quoq; atque alia varij generis certamina exhibuit. Munus etiam gladiatorium, quod in funere filiæ suæ pollicitus erat, venationem item ferarum per quinque dies, aliaq; q̃ plurima in honorem filiæ dedit. Eo tempore Camelopardalis primùm Romam adductus, populoq; in arena exhibitus est. In Circensibus autem spacium Circi vtrinq; produxit: bigasq; & quadrigas equosq; desultorios agitauerunt nobilis- LVDI CIRCENSES FACTI.

bilissimi iuuenes. Troiam lusit turma duplex maiorum minorumq; pue A
rorum. Pyrrhicam aũt saltauerunt Asiæ Bythiniæq; principum liberi. Sublatisq; postea è Circo metis, bina loco ipsarum castra aduersa constituens, pugna in duas acies diuisa, quingẽtos hinc inde pedites, trecẽtos verò equites, & viginti elephantos commisit. stadioq; temporario in campo Martio excitato, Athletę per triduum decertarunt: effossoq; eodem campo in modum cochleæ lacu, naualis prælij speciem exhibuit, concurrentibus Tyrijs Ægyptijsq; biremibus, triremibus, & quadriremibus, adhibitisq; quadringentis hinc inde remigibus, maximoq; pugnatorũ numero. Quibus rebus quũ multitudinis ciuilium bellorum cladibus afflictæ animos aliquãtùm refecisset, ad cõponendum Reip. statum se conuertit. Primũq; Fastos vicio B
Pontificũ per intercalandi licentiam corruptos & turbatos, ita vt cùm messium & vindemiarum, tum reliquæ anni feriæ alieno tempore inciderent, correxit: annumq; qui ad illa tempora secundum Lunę cursum æstimabatur, &. CCCLV. dierũ fuerat, ad rationem cursus Solaris digessit, &. CCCLXV. dierũ esse voluit. Decem scilicet in. VII. menses, qui. XXIX. antè dierum fuerãt additis, è quibus Ianuarius, Sextilis, & December binos singuli acciperent: Aprilis verò, Iunius, September, & Nouember singuli singulos dies. Et quò in posterũ ex Kal. Ianuarijs ea ratio cõstaret, præter mensem intercalarem XXI. dierum, qui ex Numæ instituto quarto quoquo anno intercalabatur, & in eum annum inciderat, etiam alios duos menses, siue, vt Dion scribit, C
LXVII. dies inter Nouembrẽ & Decembrem interposuit: sublatoq; mense intercalari, cõstituit, vt loco illius quarto quoq; anno deinceps ante quinq; nouissimos Februarij dies vnus dies intercalaretur. Ita hic annus. XV. mensium fuit. Sancitis quoq; q̃plurimis saluberrimis legibus, libidines compressit, maleficia cõpescuit, sumptus nimios cohibuit, fidem reuocauit, iudicia collapsa restituit. Nam quum iudicia præter Equites & Senatores etiam à Tribunis ęrarijs, qui plebeij erant, administrarentur, sublatis Tribunis, ea solis Senatorib. Equitibusq; mandauit. Sumptuariam quoq; legem seuerissimè exercuit: dispositisq; circa macellum custodibus, quę importarẽtur obseruari, vetitaq; retineri, & ad se deferri voluit: & si qui custodes fefellissent, immissis lictoribus aut militibus etiam apposita è triclinio rapi iussit. D
Promiscuum lecticarũ vsum, vestis item conchiliatæ, & margaritarũ, ad certas personas, ętates, & tempora restrinxit: peregrinarũq; mercium portoria quò cariores essent, instituit. Pœnas etiam scelerum auxit. Quumq; locupletiores, quòd nulla facultatum suarũ parte imminuta, solo exilio sicut alij quiuis plecterentur, minùs à maleficijs deterrerentur, parricidij quidem reos omnibus facultatibus, alijs verò criminib. obnoxios, dimidia parte bonorum multari voluit. Quũq; exhausta bellorũ ciuilium sumptibus Rep. fides publica laboraret, debitoresq; creditorũ acerbitatẽ multùm timeret, sub-

FASTI CORRECTI.

ANNVS EMENDATVS.

ANNVS QVINDECIM MENSIVM.

LEGES CAESARIS.

LEX SVMPTVARIA.

A ſublata omni nouarum tabularum mentione, quæ ſubinde ſeditioſiùs & tumultuoſiùs mouebatur, decreuit, vt debitores creditoribus ſatiſfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſq; earum ante bellum ciuile comparaſſent, deducto ſummæ æris alieni quicquid vſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuerat: ita vt hac ſola ratione quarta ferè parte æs alienum imminutum ſit. Cenſum autem, vti nec Cenſoris nomine vſus, ſed tanquam Præfectus moribus, ita nec more nec loco ſolito peregit, ſed vicatim per dominos inſularũ: inuentumq; eſt dimidio minus ciuium q̃ proxima ante bella ciuilia recenſione. Nam quũ priùs trecenta & viginti milia frumentum è publico acciperet, centum & quinquaginta milia dun- CENSVS POPVLI ACTVS.

B taxat reperta ſunt, tantum ſanguinis bellis ciuilibus exhauſtum. Sed Cæſar quò eam ciuitatis exhauſtæ vaſtitatem quoquo modo repararet, ad propagandam ſobolem præmia ijs qui plures liberos procreaſſent, conſtituit. IVS LIBERORVM.

Sanxit præterea, ne quis ciuis ſupra annos viginti, aut infra decem annos ſacramento liber ampliùs quàm triennium cõtinuum Italia abeſſet: néue quis Senatoris filius niſi cõtubernalis aut comes Magiſtratus peregrè proficiſceretur: néue hi qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter paſtores haberent. Omneſq; qui Medicinam profiterentur, alioſq; liberalium artium doctores, quò & ipſi libentiùs vrbem incolerent, & aliunde eò accederent, ciuitate donauit: plurimiſque, qui iudi-

C cum ſententijs exilio multati fuerant, reditum per Tribunos plebis confecit. Collegia tamen omnia præter antiquitùs inſtituta, detraxit. Senatum autem, qui & ipſe multùm imminutus erat, adſcriptis in eum pleriſque etiam indignioribus, ſuppleuit. Similiter & in Patritios quàmplurimos allegit: ita tamen vt repetundarum conuictos ordine Senatorio moueret, facilior in hos qui ambitus damnati fuerant, quos ab exilio reuocatos in Italia verſari permittebat. Comitia autem cum populo ita partiebatur, vt exceptis Conſulatus petitoribus, reliqui Magiſtratus pro parte dimidia quos populus, pro altera quos ipſe vellet pronunciarentur. Ceterùm ne hi qui in prouincias mittebantur, conſuetudine imperandi dominationem affe- SENATVS SVPPLETVS.

D ctarent, (quod ſibi vſu veniſſe intelligebat) Prætorijs prouincijs annum, Conſularibus verò biennium nec ampliùs ſtatuit. Ad honorum autem petitionem, etiam proſcriptorum liberos admiſit. Et hæc quidem omnia, vt & alia pleraque, quę de Republica per id tempus conſtituit, vel cum vniuerſo Senatu, vel cum primoribus eius ordinis communicauit: ſiue ne nihil Senatui deferre videretur, ſiue etiam ne ſi quæ aſperiùs decreta eſſent, in ſe ſolum inuidia recideret. Per id tempus Cleopatram cum fratre marito Romam accerſitam, etiam proprijs ædibus excepit, non ſine ſiniſtris propter præteritos amores rumoribus. Quos Cæſar maximis affectos honoribus & præmijs, atq; inter Reges ſocios amicoſq; populi Ro. adſcri-

ptos, in regnum postea dimisit. Constituto ad hunc modum rerum vrbanarum statu, Cæsar quum non ignoraret haud cōtemnendas Africanæ Pharsalicæq; cladis reliquias, cum nō paucis primi nominis in Hispaniam confluxisse, Cneumq; & Sex. Pompeios, qui animorum magnitudine & audacia à patre neutiquam degenerarent, comparato quoquo modo non inualido exercitu, contractisque vndique partim precibus, partim opibus, non solùm ex Hispania, sed ex toto ferè terrarum orbe maximis auxiliorum copijs, prouinciam vastare, plurimasque Hispaniæ ciuitates, alias fauore paterni nominis, alias vi & armis sibi adiunxisse, auctisq; indies viribus, bellum etiam superiorib. atrociùs instaurare, ita vt à suarum partium ciuitatibus, & à legatis per internuncios & litteras pro auxilijs interpellaretur, aut ipse aduentum suum maturare iuberetur, intelligens bellum grauius esse conflatum, quàm quod facilè per legatos suos se absente confici posse speraret, vrbis custodia Lepido magistro equitum, cum octo, vt quidam prodidêre, siue sex, quod alijs verisimilius videtur, Præfectis vrbis mandata, extremis tertij sui Consulatus mensibus iam tertiùm Dictator expeditionem in Hispaniam suscepit. Belli autem Hispaniensis hæc potissimū exstitêre initia, quòd legiones quæ sub Marcello & Longino, vti suprà cōmemoratum est, seditionem concitauerant, & cum plerisque Hispaniæ ciuitatibus ad res nouas consurrexerant, sedato superuentu C. Trebonij & morte Cassij Longini tumultu, veritæ ne quid grauiùs in se statueret Cæsar, missis clam ad Scipionem nuntijs, eiusdem se fidei permisissent, & Cn. Pompeium adolescentem, qui tentata infeliciter Mauretania ad Baleares insulas appulerat, recenti adhuc Pompeij patris, pro quo nuper militauerant, memoria, è Balearibus ad se euocassent. Verùm quum ille morbo retentus in Hispaniam traijcere prohiberetur, Scipio autem perijsse nuntiaretur, legionarij intellecto C. Didium cum classe contra se venire, veriti ne ante Pompeij aduentum opprimerentur, Q. Aponium & T. Scapulam equestris ordinis viros sibi duces elegerant: eiectoq; Trebonio Beticam vniuersam ad defectionis societatem pertraxerant. Nec multò pòst Pompeium, qui pristinis viribus ex morbo restitutus in Hispaniam traiecerat, plurimasq; ciuitates primo statim aduentu paterni nominis beneficio adiutus receperat, omnes vno consensu Imperatorem sibi adsciuerant. Quorum animos cùm Pompeius tum factis tum verbis sibi quoquo modo cōciliaret, factum est, vt & alij quàmplurimi qui sub Scipione hactenus militauerant, Pompeio sese adiungerent. Sextus item frater per id tempus cū Varo & Labieno & classe ex Africa ad eum peruenerat. His rebus adiutus, ciuitatibusque quàmplurimis tum per vim tum per deditionem subactis, etiam latiùs ipso Cæsare in Hispania imperare videbatur. Et hic quidem erat rerum in Hispania status, quum Q. Pedius & Q. Fabius Maximus Cæsaris

EXPEDITIO CAESARIS IN HISPANIAM CONTRA SEX. ET CN. POMPEIOS.

A ſaris legati, qui tum Hiſpaniam adminiſtrabant, miſſis litteris Cæſarem horum certiorem faciunt,& quamprimùm accedere monent. Pompeius igitur poſtquã quibuſdam à Cæſare præmiſſis, ipſum quamprimùm ſubſequuturum intellexiſſet, vniuerſa Hiſpania Cæſarem ſe prohibere poſſe deſperans,omnem ſtatim Beticam occupare contendit: ſperans ſe cum his quas habebat copijs,Cæſarem reliqua poſtea Hiſpania faciliùs pulſurum. A cuius diſceſſu omnis quidem ora maritima mox ab ipſo ad Cæſarem defecit: mediterraneas tamen ciuitates omnes,Vlla excepta, ſibi habuit addictiſſimas. Et Sex.quidem Pompeius Cordubam, prouinciæ caput, cum præſidio tenebat.Cn.verò iam menſes aliquot circa Vllam oppugnandam
B diſtinebatur. Ceterùm Cæſar confectis maxima celeritate itineribus, decimo ſeptimo poſtquam Roma egreſſus fuerat die Saguntum, vigeſimo autem ſeptimo omnium opinione citiùs in conſpectum & ſuorum & hoſtium venit. Legati autem Cordubenſes, Cæſari in itinere occurrentes, nunciant,ſi accedere properaret, Cordubam per noctem ex improuiſo capi poſſe: quòd nec Pompeius ipſe nec aduerſarij quicquam de aduẽtu eius cognouiſſent. Paulò pòſt & Vllenſium legati præſidia Pompeiana clam prætergreſſi,ſubſidia ciuibus ſuis quamprimùm à Cæſare mitti petunt: ad quos Cæſar confeſtim cum L.Iunio Patieco,homine illius prouinciæ prouido iuxta ac callido, ſex cohortes cum totidem equitibus ſecunda vigilia
C proficiſci iubet. Quos quum Patiecus vſus beneficio tempeſtatis procelloſæ & perobſcuræ, vt vix proximi ſe agnoſcerent, magno aſtu & calliditate per media aduerſariorum præſidia vſque ad portam oppidi perduxiſſet,ſigno dato ab oppidanis recepti, ſubitoque eò vnde venerant conuerſi, clamore ſublato, irruptioneque in hoſtium caſtra facta,ita eos ex improuiſo terruêre, vt maior ipſorum pars captos circumuentosq; ſe crederent. Vllenſibus autem eo ſubſidio firmatis, Cæſar quò Pompeium ab oppugnatione deduceret, præmiſſo Cordubam equitatu, ipſe eôdem ſubſequitur,oppidumq; obſidione cingit. Hinc Pompeius litteris Sexti fratris accitus, relicta Vlla cum totius exercitus viribus Cordubam proficiſcitur. Ad cuius
D quidem aduentum,Cæſar in morbum delapſus,à rebus gerendis aliquandiu abductus eſt: ſed ſalute poſtea recepta, quum per hiemem maximis conflictaretur incommodis,commeatuumq; & rei frumentariæ anguſtijs preſſus, Cordubam validiſſimis teneri præſidijs non ignoraret, ſoluta Cordubæ obſidione Atteguam verſus (quam frumento abundare intellexit) copias ducit. Quo in itinere quum ſibi Bætim flumen tranſeundum intelligeret,corbes lapidibus refertos demittit, ponteq; ſuperiniecto copias traducit. Quò quum & Pompeius perueniſſet, magnaque contentione pro ponte occupandò per dies aliquot crebris quidem ſed leuioribus & minutis prælijs Marte vario & nunc huc nunc illuc inclinante victoria decertatũ

R iij eſſet,

esset, tandem maioribus viribus cócursum, & cominùs ad manũ ventum A
est, maximaq; hinc inde clades accepta, alijs ferro cadentibus, alijs ex ponte & ripa in flumen præcipitatis. Cæsar autem quũ Pompeium nullis conditionibus, vt in æquum ad pugnam descenderet, adduci posse intelligeret, copijs Bætim traductis Atteguam vallo & munitionib. cingere constituit. Sed Pompeius satis ipsi oppido vtpote & situ & opere & præsidio munitissimo fidens, quum suos hibernis frigoribus diutiùs confici nollet, eisdemq; de caussis Cæsarem diutiùs in obsidione perduraturum non crederet, relicto Atteguæ defendendæ proposito, Cordubam se recepit. Ceterùm postquàm Cæsarem munitionibus operibusq; perfectis obstinatiùs oppugnationi insistere intellexit, Atteguam reuertitur: factoq; per nebulam densissimam in excubias equitesq; Cæsarianos impetu, paucis admodum seruatis, reliqui ferè omnes cæsi sunt. Qumq; oppidanos duce carere sciret, L. Minutium Flaccum ad eos mittit. Is solus excubias Cæsaris tanquam à Cæsare missus per noctem adiens, tesseram edere iubet: & sic cognita tessera, simulans se ad oppidum per proditionem recipiendum pergere, per medias hostium excubias ad oppidum perueniens, ab oppidanis intromissus est. Pompeius autem prioribus castris nocte sequenti incensis, trans Salsum flumen castra tredecim legionum inter duo oppida Atteguam & Vcubim in monte constituit. Cæsar verò maioribus quotidie munitionibus operibusq; effectis, omnibusq; quæ ad oppugnationem opus erant comparatis, turres vineasq; agere instituit. Et post multa hinc inde à Cæsarianis oppidanisq; & Pompeianis damna & incommoda vicissim nunc data nunc accepta, crebrasq; nunc per eruptioné pro muris, nũc inter oppugnationem in ipsis muris cócertationes, quum oppidani inter cetera operibus Cæsaris flammas aliquando iniecissent, ventus ex aduerso coortus, incendium ab operibus in proxima oppidi ædificia reiecit: ita vt bona vrbis parte incendio consumpta, fumoq; prospectum intercipiente, plurimi insuper oppidanorum frequentibus tum lapidum tum telorum iactibus perirent. Hinc orta in oppido inter Pompeianos & oppidanos dissensione, oppidanis quidem deditionem fieri volentibus, alijs verò reclamantibus, & vel extrema exspectanda sentientibus, Pompeiani plurimos ex oppidanis etiam in conspectu Cæsarianorum crudeliter iugulatos è muro præcipitarunt. Hinc plurimis quotidie ex oppido ad Cæsarem transfugientibus, tandem Minutius per litteras salutem & impunitaté sibi depactus, oppidum Cæsari tradere se paratum nuntiat. Postea & oppidani missis legatis se imperata exequi paratos exponunt: & si vita concedatur, postridie oppidum esse dedituros. Responsoq; à Cæsare accepto, ipsum Cæsarem esse, fidemq; præstaturum, postridie ante diem. XI. Kalendarum Martij Attegua deditur: & Cæsar ob rem prosperè gestam Imperator appellatus est. Pompeius auté oppidi

(Margin notes: B at "...per nebulam densissimam"; C at "...opus erant com-"; D at "...alijs verò reclamantibus, &"; ATTEGVA RECEPTA. beside "præstaturum, postridie...")

A oppidi deditione intellecta, castris Vcubi propiùs admotis, suis se deinceps tenebat munitionibus. At Cæsar castra castris conferens, per plures dies Pompeium in æquum deducere studebat, ita tamen vt leuibus tumultuarijsque prælijs nonnunquam concurreretur, cæsis vno tempore .CCCC. eo amplius Pompeianis. Interim quum & aliæ pleræque vrbes intellecta Ateguæ deditione per legatos Cæsari se dederent, præsidiaque ipsius passim reciperent, Pompeius his permotus, mutatisq; subinde de loco ad locum castris, veritus ne si bellum diutiùs traheretur, omnis tandem prouincia à se ad Cæsarem deficeret, rei summam prælio committere constitutum habebat, nihil motus plurimis aduersis ostentis, quę haud dubiam alteri partium perniciem portendere credebantur. Inter quæ præ ceteris obseruatione dignum erat, quòd aquilæ in Pompeianarum legionum signis fulminibus aureis quibus insistebant proiectis, motisque alis à Pompeio ad Cæsarem auolantes, certissimum Pompeianis exitium denunciare videri poterant. Et Pompeius quidem haud procul ab vrbe Munda castra posita habebat. Eòdem Cæsar profectus, ciuitatibus aliquot ex itinere in potestaté receptis, castra aduersa Pompeianis castris constituit: ita vt media inter vtrumque exercitum quinque milium passuum planicies, magnam dimicaturis præbitura loci æquitaté, intercederet. Copiæ autem Pompeij præter equitatum & sex milia leuis armaturæ, legiones tredecim erant: auxilia

C etiam alterum tantum efficiebant. Cæsaris verò .LXXX. cohortes, & octo equitum milia. Pompeio Bocchus filios suos subsidio miserat. Bogud auté suppetias Cæsari laturus aduenerat. Postero autem die quum Cæsari à speculatorib. nunciaretur, Pompeianos à tertia vigilia in acie stetisse, Cæsar & ipse dimicare paratus, omnes mox copias instructas in mediam planiciem producit, sperans & hostem propiùs in æquum accessurum. Ceterùm quũ Pompeius non longiùs mille passibus à munitionibus vrbanis suos progredi pateretur vsque ad riuum quendam, qui in extrema planicie ad partem castrorum Pompeianorum palustri voraginosoque solo fluens difficilem admodũ præbebat accessum, Cæsariani procedentes ad riuum vsq; perue-

D nêre. Vbi, perspecta loci iniquitate, non sine graui indignatione coacti substitêre. Hinc Pompeiani animis aucti, quum Cæsarianos timore impediri crederent, quò minùs vlteriùs procederent, è loco tuto etiam vltrò ad pugnam prouocabant: donec superata tandé à Cæsarianis ea loci iniquitate, clamore statim vtrinq; sublato hinc inde concurreretur: sed à Cæsarianis, propter eas quas dixi incommoditates, aliquantò maiori cum difficultate: ita vt initiò victoriæ diffidere viderentur. Nam sicuti multitudine & rei bellicæ vsu vincebant Cæsariani, ita Pompeiani loco longè superiores erât. Hinc factum est, vt pari vtrinque contentione atque impetu ad prælium se compararent: quum Cæsariani hunc potissimùm diem si quem alium

diu-

diuturnæ militiæ laboribusq; huc vsque susceptis finem impositurum cre A
derent: Pompeiani verò in sola victoria spem sibi salutis reliquam intelligerent: maximè quòd plerique ex his cum Afranio & Varrone antè superati, vitaque donati, armis resumptis veniam deinceps ne sperare quidem auderent. Primo statim cōgressu sociorum auxiliorumq; copiæ hinc inde terga vertêre. Romanæ vero acies vbi cominùs cōgressæ incaluêre, totis in prælium hinc inde viribus incubuêre, nemine vel cedente vel respiciente, sed quo quisq; loco constiterat, eodem vel vincente vel cadente. Ita diu ancipiti Marte, & quasi deliberante fortuna vtri se potissimū parti applicaret, acerrimè pugnatum est: Cæsare interim & Pompeio (vt quidam auctores sunt) in equis ex loco edito studia laboriosasq; suorum contentiones despi B
cientibus, interq; spem & metū dubijs, quò se inclinaret victoria obseruantibus: donec suæ quisq; parti metuentes, dum præsentiam suam nō parùm ad victoriam momenti allaturā crederent, constituto vel simul vincere, vel simul occumbere, equis desilientes, & in mediam se aciem insinuantes, studia quidem suorum exemplo excitarunt, ceterùm ad victoriam hinc inde parùm profuêre, quin sicuti pari animorum cōtentione, ita & æquo Marte vti priùs prælium hinc inde cōmitteretur: & vel vniuersi simul vtrinq; casuri, vel nox sola prælium diremptura videretur, nisi Bogud qui cū suis extra aciem stabat, ad capienda Pompeij castra cōuersus, Labiennm è medio prælio ad castra defendenda cum quinque cohortibus subitò acie excedere C
cōpulisset. Qui quū & à suis & ab aduersarijs fugere crederetur, Cæsarianorum quidem animos, dum se vincere putant, plurimū erexit: Pompeianos verò, dum se vinci credunt, abiectis animis ad fugam alia ex parte capessendam impulit, ita vt ne intellecto quidem aliquantò pòst Labieni instituto, acies restitui posset: sed insistentibus acerrimè Cæsarianis, non priùs fugæ finem facerent, quàm pars Mundam, pars in castra peruenissent. Alij aliquantò aliter hæc tradidêre, Cæsarem nimirū ipsum ante prælium solito mœstiorem fuisse: tanquam non eundem quem hactenus expertus fuerat prçteritarum rerum successum sperare ausum: militesq; ipsius metu perculsos cunctantiùs in aciem progressos, & tam remissè primo statim D
congressu rem gessisse, vt Cæsari etiam Deos obtestanti, ne vno ignominioso conflictu reliquæ tam insignes victoriæ abolerentur, nunc minis nunc precibus apud militem opus fuerit: quumq; ne sic quidem satis proficeret, arrepto proximo cuiusdam clypeo, Tribunisq; grauiter increpitis inclamasse: Hìc milites mihi vitæ, vobis militiæ finis erit. simul in aciem ante omnes perrumpentem, ita vt decem tantùm ab hoste pedes distaret, vniuersam suorum aciem post se traxisse: ducentisque breui spacio telis in ipsum coniectis, maiorem horum partem clypeo excepisse, reliqua corporis flexu declinasse. Alij tradunt, medio ferè prælio subitum vtrinque
exsti-

PRAELIVM MVNDENSE.

A extitisse silentium,quasi conuenissent.Alij post longam acerrimamq; ancipiti Marte dimicationem,Cæsarianos etiam veteranos impetũ hostium non sustinentes,retrocessisse.Hinc Cæsarem furenti similem,primò etiam de morte sibi consciscenda cogitasse,deinde equo relicto in primam aciem prosilijsse,suosq; cedentes voce & manu confirmasse & repulisse,addito se vestigio non recessurum,proinde viderent,quem quo loco Imperatorem desererent, & quem quibus proderent, senem scilicet quinquagenarium pueris: ita aciem verecundia magis quàm virtute militum restitutã. Hinc & postea ad amicos dixisse ferunt,Pro laude & gloria sæpius,tum demùm pro salute & vita decertasse. Hoc prælio milia hominum triginta & amB pliùs cæsa referuntur: inter ceteros Labienus & Actius Varus. Equitum item Romanorũ tria milia, nemine,vti creditur,tantæ cladi superfuturo, ni castra & Munda tutum fugientibus receptũ præstitissent. Captæ autem cum.XVII. præcipui nominis ducibus aquilæ legionum.XIII. præter signa & fasces.E Cæsarianis quingentis tantùm saucijs mille sunt desiderati.Quo autem loco prælium commissum est,statim post victoriam palmam enatam esse ferunt. Quod ostentum non tam Cæsari quàm Octauio Cæsaris ex sorore nepoti,qui tum fortè cum Cæsare militabat, prosperitatẽ & felices rerum successus portendisse volunt,quanquam Cæsar ad se traheret. Cæsarianis hoc prælio pro tessera VENUS fuit,Pompeianis PIETAS. Quo C autem tempore hæc Cæsari victoria contigit,sacer Liberalium Romæ dies agebatur,qui est ad.XVI. Kal.Aprileis. Ex Pompeianis qui in castra fugerant,non sine maxima Cæsarianorum clade tandem debellati sunt: qui verò Mundam se receperant,non statim in potestatem venêre.Cæsar itaq; quum oppidum obsideri imperasset,cadaueribus mortuorum pro cespite aggestis,scutisq; & pilis superimpositis vallum effectũ,capitaq; occisorum gladijs & mucronibus infixa, ad terrorem hostium per ordinem disposita sunt. Quumq; Cæsariani crebris oppugnationib. parũ proficerent,postea per cõtinuas eruptiones omnib.ferè qui intra oppidũ confugerant amissis, Munda in Cæsaris potestatẽ venit. MVNDA RECEPTA. Sextus autem Pompeius qui CorD dubæ erat,accepto Mundensis cladis nuntio veritus ne Cæsari traderetur, persuadens oppidanis se ad Cæsarem de pace actur ũ proficisci,cum centum circiter equitibus egressus in Celtiberiã profugit,ibiq; diu latuit. Cnæus verò qui cum equitibus aliquot peditibusq; fugiens,Carteiam versus (quæ distat à Corduba milib.passuũ.CLXX.) spe classis quæ ibi in statione erat potiundæ iter instituerat,quũ æger neq; equo neq; pedibus vlterius cõmodè progredi posset,lectica clanculum in oppidum delatus est. Ceterũ Cæsar quum plurimos Cordubam se contulisse intelligeret,& Sextũ ibi etiam num esse crederet,eòdem exercitum ducit: prælioq; in ponte qui à Pompeianis tenebatur cõmisso,transmisso flumine castra ad oppidum ponit.

 Sca-

Scapula qui ex prælio eò confugerat, quũ vrbem defendi posse diffideret, A lautè cœnatus, nardumq; & vinũ sibi infundi iusso, ne in Cæsaris potestatem veniret, ab vno seruorũ se iugulari, ab altero in pyram in id præparatã coniici iussit. Nataq; statim inter oppidanos & fugitiuos Pompeianos dissensione, muroq; & maiore parte turriũ à Pompeianis occupata, ita vt oppidum etiam inuitis oppidanis aduersus Cæsarem defenderent, oppidani ab alia parte Cæsarianos intromittũt. Quo perspecto Pompeiani oppidũ incendere parant: sed tandem superati ad.XXII.milia intra vrbẽ à Cæsarianis contrucidati interiêre. Serui autem oppidanorũ, quos omnes Sextus manumiserat, partim venundati, partim & ipsi interfecti sunt.

CORDVBA RECEPTA.

Hinc Cæsar Hispalim castra mouet, vbi maximũ erat Pompeianorum præsidium: deprecantibusq; Hispalensium legatis, ipse etiam suum præsidium cum Caninio Legato in oppidum mittit. Quo indignatus Philo Pompeianarum partium defensor acerrimus, clam oppido egressus in Lusitaniã proximam proficiscitur: reuersusq; cum Cæcilio Nigro, & magna Lusitanorũ manu, noctu in oppidum recipitur: receptus vigiles & præsidiũ Cæsarianum trucidari iubet. Cæsar autem præsidij sui casu intellecto, veritus si per vim oppidum capere contenderet, ne, vt Corduba paulò antè, ita & id oppidum à Pompeianis incenderetur, remissiùs agens, & negligentiam simulans, eruptionẽ oppidanos & Lusitanos facere permittit. Facta itaq; eruptione, concisis ex insidijs ab equitatu Cæsariano aduersarijs, dum incendio nauibus, C quæ in Bæti flumine erant, iniiciendo distinentur, Cæsar oppido potitur.

HISPALIS RECEPTA.

Post hæc & alia pleraq; oppida, quædam etiam magna resistentium cæde, quædam per deditionẽ in potestatem Cæsaris venêre. Per hæc tempora Cartheienses, qui anteà Cæsari portas præcluserant, quò nouo beneficio prius erratũ pensarent, nuntiant Cæsari se imperata facturos: simul etiam Pompeium, quem in potestate habebãt, tradituros. Hinc orta dissensione inter oppidanos qui Legatos ad Cæsarem miserant, & eos qui Pompeianis etiamnũ rebus studebant, cædes non parua sequuta est. Pompeius humero & crure sinistro saucius, occupata .XXX. nauiũ classe quæ in portu erat, in fugam se cum suis dedit. Quumq; aquam præ festinatione secum in nauibus D sumere neglexisset, dum quarto pòst die ad terram applicans, suos aquandi caussa in terrã exponit, ipse quoq; nauibus egressus, C. Didius fugientem à Gadibus cum classe consequutus, naues ipsius partim incendit, partim capit. Pompeius autem cum paucis aliquot in loca mediterranea confugiens, præter duo superiora vulnera etiam talo intorto luxatoq; ad fugam impeditior, lectica ad locum quendam munitũ in turrim delatus est. Quò postquàm & cohortes, quæ ad ipsum persequendum missæ fuerant, peruenêre, Pompeius omnib. auxliis amissis, quum neq; pedibus celeriter fugere, neq; equo aut vehiculo propter loci iniquitatem & asperitatem vti posset, defa-

A defatigatus inter auias solitudines in spelunca quadam se occultauit: sed
captiuorum indicio proditus, à Cæsonio quodam postquam diu strenuè
se defendisset, tandem occisus est. Didius autem qui se in proximum castel
lum receperat, nauesque nonnullas reficiendi caussa subduxerat, Lusita-
nis quibusdam, qui eò conuenerant, nauibus suis ignes inijcientibus, eru-
ptione ad naues defendendas facta, castelloque egressus, in Lusitanorum
insidias incidens cum suis cæsus est. Cæsar dum hæc geruntur ab Hi-
spali Gades profectus, vbi celeberrimum Herculis templum erat, ne à sacris
quidem donarijs abstinuisse fertur. Inde Hispalim reuersο pridie Idus Apri
leis caput Pompeij allatum, populoq; exhibitum, postea sepulturæ à Cæ-
B sare mandatum est. Perlato interim Romam .XII. Kal. Maias, ipsis sci-
licet Parilibus (qui dies natalis vrbis Romæ erat) Hispanicæ victoriæ nun-
tio, præter ceteros honores quinquaginta dierum supplicatio Cæsari decre
ta, institutumque postea vt quotannis eo die Dijs immortalibus sacrifica-
retur. Cæsar autem vniuersa Hispania iam subacta, ceteris rebus con-
stituendis aliquandiu in Hispania commoratus sub mensem Octobrem
omnibus bellis ciuilibus iam confectis Romam redijt: Consul quartùm
sine collega iam antè à M. Lepido suo magistro equitum absens Romæ
creatus, conuocato in id à Lepido populo: quem consulatum etiam ante-
quam in vrbem veniret, serius tamen, & elapsis iam pluribus anni mensi-
C bus inijt: reliquo anni tempore Respublica sine coss. fuit. Hoc anno Cæ
sar etiam quartam Dictaturam cum M. Antonio Magistro equitum inijt:
eamq; etiã per plures insequentes anni menses vsque ad annum cõpletum
continuauit. Romam autem iam reuersus quintum ex Hispania trium
phum egit, cuius apparatum ex argento rasili fuisse tradunt. Qui quidem
triumphus, quum non tam de extero hoste, quàm de ciuibus agi videre-
tur, non sine maximo dolore & inuidia à populo spectabatur: dum inter
pompas triumphales miseriarum publicarum, ciuiumq; præstantissimo-
rum eo bello cæsorum subit recordatio. Post triumphum etiam prandium
populo dedit, quòd quum pro sua liberalitate parciùs præbitum caussare-
D tur, quinto pòst die alterum longè sumptuosissimum exhibuit. Q. quoq;
Fabio & Q. Pedio Legatis triumphum concessit, qui & ipsi haud multò
pòst eodem hoc anno ex Hispania triumpharunt. Peracto autem trium-
pho Cæsar Dictaturæ honore contentus, Consulatum deposuit: & Q. Fa-
bium Maximum & C. Trebonium Asprum sibi in reliquos anni menses
suffecit: nouo & inusitato antea exemplo. Hinc suffecti siue honorarij
Consules tum primùm creari cœpti. Reliqui autem Magistratus, quos po
pulo permisisse videri volebat, re vera tamen & hi per ipsum creabantur:
dum si quem ad Magistratum aliquem promoueri cupiebat, eundem per
libellos aut litteras Tribubus commendabat, suffragiaque ipsorum quo-

SVPPLICATIO CAESARI DECRETA.

CAESARIS AD VRBEM EX HISPANIA REDITVS.

CAESAR COS. IIII. SINE COLL.

CAESAR DICT. IIII. M. ANTONIVS MAG. EQ. II.

TRIVMPHVS CAESARIS EX HISPANIA.

Q. FABII ET Q. PEDII EX HISPANIA TRIVMPHVS.

Q. FABIVS C. TREBONIVS COSS. SVFF.

dammodo stipulabatur. Vti autem iam omniũ ita & sui victor pulcher A
rimus, quemadmodum rerum gestarum magnitudine omnes facilè ante
se Principes superauit, sic & clementia & animi moderatione in summa felicitate cunctos excellere studuit: dum in tanta de inimicis suis ad arbitriũ statuendi, publicasque & priuatas simul vlciscendi iniurias facultate, non solùm vniuersis ex æquo, qui omnibus bellis superioribus contra se militauerũt, omnem offensam remisit, veniamq; & perpetuam impunitatem concessit, sed & præcipuos quosque ex ipsis, Magistratibus prouincijsque decretis, exercituum præfecturis, sacerdotijs, alijsque omnis generis honoribus cohonestare non dubitauit: patrimoniaque eorum qui sumptis contra se armis cæsi essent, filijs ipsorum concessit: proscriptosque & exules, B
exceptis nefarijs criminibus, reuocauit, filijs ipsorum etiam ad Magistratuum petitionem admissis. Ita vt vel hinc potissimùm apud populum in spem recuperandæ pristinæ libertatis restituendæq; Reipublicæ erectum, magnam clementiæ laudem mereretur: & postea templum ipsi & Clementiæ cõmune decretum sit, in quo ipsius & Clementiæ simulachrũ dextras iungerent. Ceterum quum non ignoraret se amicis, & quorum opera in asserenda dignitate sua bellis superioribus vsus fuerat, plurimùm obnoxium, honoresque & Magistratus, quos pollicitus fuerat, iam à pluribus expectari, quò ampliorem sibi ad pollicitorum præstationem materiam pararet, fidemque suam pluribus obstrictam liberaret, quorundam Magi- C
stratuum numerum auxit. Nam Quæstores quadraginta, Prætores XIIII. constituit: ita vt numerus Prætorum numerum prouinciarum excederet. In quas quidem non sortitò, sed extra ordinem, quos ipsi visum erat, mittebat. Hinc quum Bacibo cuidam Prætori à se constituto prouinciam decernere non posset, loco prouinciæ pecunia donauit. Sacerdotiorũ etiam numerum auxit. Nam vti prius collegio .XV. virûm sacris faciundis vnum, ita & Septemuiris Epulonum tres adiecit. Senatorum quoque numerum vsque ad nongentos ampliauit, & quosuis etiam milites & libertinæ conditionis nullo ferè discrimine, dum is numerus compleretur, in Senatum allegit, in his plerosque peregrinos, barbaros, & Gallos ciuitate paulò antè à D
se donatos. Similiter & inter Patritios & Consulares quamplurimos, etiam qui Magistratum nunquam gessissent, & indignos adscripsit. Monetæ quoq; & vectigalib. publicis, etiam seruos peculiares præposuit. Et si quos Magistratibus honoribusq; concessis remunerari non poterat, his numerata pecuniæ summa satisfecit: diuenditis etiam sub hasta, vt his sumptibus meliùs sufficeret, locis quibusdam publicis & sacris. Quosdam autem grauissimorum criminum reos & conuictos absoluit. Et hæc quidem vti accipientibus, ijsque qui proprijs commodis Reipublicæ vtilitatem postponebant, gratissima accidêre: ita viris probis, ijsque qui nullum ex ijs fructum capie-

CAESARIS CLEMENTIA.

TEMPLVM CAESARIS ET CLEMENTIAE.

QVAESTORES XL. PRAETORES XIIII. FACTI.

SENATORVM NVMERVS AMPLIATVS.

A capiebant,minùs probabantur: varijsq́ue de Cæsare sermonibus & libellis
sine auctore in publicum spargendis occasionem dedêre. Inter quæ fuêre:
Bonum esse,ne quis nouo Senatori curiam monstraret. Tum & illud vulgò decantatum: Cæsarem Gallos in triumphum duxisse,eosdem depositis
in curia braccis latum clauum sumpsisse. Postquam autem in Senatu
Cicero de primarijs quidem honoribus Cæsari deferendis (qui tamen intra humanæ conditionis terminos consisterent) rogationem tulisset,quan
quàm Cassius,& pauci aliquot iniquioribus in Cæsarem animis, fiducia
clementiæ ipsius liberiùs refragarentur, à reliquo tamen Senatu vniuerso,
maximi & hactenus inusitati decreti fuêre. E quibus,præter alia quæ par-

HONORES CAESARI DECRETI.

B tim tum,partim postea decreta sunt,hæc fuêre præcipua: Primùm Consulatus continuus in decennium: Dictatura & Censura etiam sine collega
perpetua: tum vt IMPERATORIS prænomine vteretur,PARENS PATRIÆ
& LIBERATOR diceretur, & eo nomine in Fastos referretur: vt ædes Libertatis,tanquã libertate per ipsum Reipublicæ restituta,publicè exstrueretur: præterea vt omnibus ludis & sacrificijs, imò quandocunque vellet
etiam intra vrbem veste triumphali vteretur : lauream semper gestaret:
fasces & lictores laureatos semper haberet: sella curuli & eburnea semper
sederet: vt potestas omnium Magistratuum etiam plebeiorũ penes ipsum
esset: vt si quis ei filius nasceretur,is summus Pontifex esset: vt solus mili-

DICTATVRA ET CENSVRA PERPETVA CAESARI DECRETA.

CAESAR IMPERATOR, PARENS PATRIAE, ET LIBERATOR DICTVS.

C tem & pecuniam publicam haberet,solusq́ue summum in milites & exercitus populi Ro. imperium obtineret,& quæcunque vbicunq; gererentur,
ipsius gesta auspicijs dicerentur & crederẽtur,rei gestæ gloria cum nemine
communicata: vt dies maximè insignium victoriarum ipsius quotannis
festi haberentur, & solennibus sacrificijs celebrarentur: vti statuæ ipsi &
simulachra passim vario habitu statuerentur: vt pecunia ipsius imagine
signaretur: vti à ferijs Latinis ex monte Albano ouanti vrbem ingredi liceret: vt templum ipsi & Clementiæ commune exstrueretur: item & aliud
nouæ Concordiæ,in quo dies festus quotannis celebraretur, propter mutuam inter ciues pacem & concordiam confectis bellis ciuilibus per eum
D Reipublicæ restitutam. Hæc atq; alia etiam his ampliora,quæ postea commemorabuntur, ipsi ex S.C. decreta, & in tabulis perscripta, Consules &
Prætores subsequente vniuerso Senatu ad ipsum pro æde Veneris Genetricis sedentem detulêre. Quibus Cæsar dextram perhumaniter præbuit,ceterùm nec accedentibus nec ante se stantibus assurrexit, datoq; responso,
minuendos potiùs quàm amplificandos honores,præter Consulatum decennalem,reliquos ferè omnes accepit. Alij tradunt,hæc decreta Cæsari pro
rostris ius dicenti à Senatu oblata. Verumenimuero ea Cæsaris arrogantia,
quòd Senatui non assurrexisset,pro insigni Senatus contumelia non à Senatoribus solùm,sed & ab vniuersa plebe iniquissimis animis accepta, vel

primam inuidiæ caussam præbuit, opinionemq; affectatæ dominationis A
& regiæ tirannidis apud plerosque confirmauit: adeò vt patres non sine manifestis offensorum animorū indicijs, & quasi pœnitentes decretorum à se factorum ab eo discederent. Hinc quidam tradidêre Cæsarem perspecta patrum indignatione, vbi primùm domum reuersus esset, detracta per desperationem à collo veste, ad familiares exclamasse: se cuicunq; volenti iugulum feriendum præbere paratum: sed id Cæsaris factum alij aliter excusare conati sunt. Quidam enim subita capitis vertigine correptum quò minùs surgeret prohibitū caussabantur: Alij verò alui profluuio laborasse, veritumque ne si surrexisset, alui deiectionem pateretur, non assurrexisse. Nec desunt qui tradant, conatum quidem assurgere, sed Cornelium Bal- B
bum, qui tum fortè astabat, prohibuisse, dixisseque: Non te Cæsarem esse memineris? Alij contrà, Cæsarem omnino præ fastu quodam assurgere noluisse produnt: imò & C. Trebatium vnum ex amicissimis ipsius admonentem vt assurgeret, vultu minùs familiari respexisse: quod vt faciliùs crederetur, effecit, quòd ipse paulò pòst pedibus domum concessit. Hæc eius anni exitu gesta sunt, quo Cæsar alijs Consulibus in locum suum suffectis, quartam, vt suprà dictum est, Dictaturam inierat. Quo etiam anno, quia ante Cæsaris ex Hispania reditum nullus Quæstor creatus fuerat, ærarij administratio penes duos Ædiles fuit: quorum alter sumptibus Cæsaris ludos Appollinares fecit. Megalenses enim ex s. c. ab Ædilibus plebis ce- C
lebrati sunt. Consules in sequentem annum Cæsar seipsum & M. Antonium tum suum Magistrum equitum designauit. M. autem Lepidum qui per id tempus Hispaniam per amicos administrabat, in locum M. Antonij Magistrum equitum sibi adsciuit. Extremo autem anni die sublato repentina morte Q. Fabio altero Consulum magistratum in reliquas diei horas C. Caninio, qui bellis superioribus Legatus ipsius fuerat petenti concessit. Sequenti anno Cæsar sedecim Prætores constituit: qui numerus etiam sequentibus annis obseruatus est. Inter quos & P. Ventidius, qui postea de Parthis triumphauit, creatus est: M. item Brutus, & C. Cassius, hic quidem peregrinus, ille vrbanus. Nam quum de vrbana, quæ honora- D
tior quàm peregrina habebatur, inter se contendentes, Cæsarem eius controuersiæ arbitrum delegissent, Cæsar quanquam Cassium non iniquum postulare diceret, Bruto tamen eam adiudicauit. Hoc anno & sex Ædiles creati sunt, quum antea quattuor tantùm fuissent, duobus scilicet à Cæsare additis, qui Ceriales dicti sunt: hi Patricij erant, reliqui autem quattuor plebei. Tribunal autem suum quod hactenus in medio foro fuerat, in Rostra transferri iussit, iuxta quod statuas Sullæ & Pompeij à populo statim post nuntium Pharsalicæ pugnę disiectas restitui iussit, inscriptione operis & laude Antonio concessa. Eodem loco duæ statuæ & ipsi s. c. decre-

AERARII ADMINISTRATIO A QVAESTORIB. AD AEDILES TRANSLATA.

CAESAR V. COSS. M. ANTON. DES.

M. LEPIDVS MAG. EQ. IN LOCVM M. ANTONII.

C. CANINIVS COS. SVF.

PRAETORES XVI. CREATI.

AEDILES SEX FACTI.

AEDILES CERIALES.

A decretæ vario habitu constitutæ sunt: vna tum quercea siue ciuica corona, tanq̃ ciuibus ab ipso seruatis, altera cum obsidionali, quasi vrbe per ipsum obsidione liberata. Ad conciliandum autem sibi multitudinis animos, epulum plebi sæpius dedit, frumentumq; diuisit. Leges etiam quamplurimas saluberrimasq; promulgauit. Quin & ipsum ius ciuile ad certum modum siue methodum redigere, atq; ex immensa diffusaq; legum turba optima quæque & necessaria in paucos conferre libros constituerat. Vrbes quoque complures tam in Italia quàm extra Italiam, partim nouas condidit, partim instaurauit: inter ceteras Carthaginem & Corinthum, in illum vsque diem desertas & neglectas: missisque eò quum ciuibus libertini generis, CARTHAGO ET CORINTHVS COLONIAE.
B tum pluribus è militibus suis, colonias populi Ro. constituit: pristinisque suis nominibus restitutas, nouis operibus exornauit. Id populus Ro. etiam anteà Graccanarum seditionum tempore de Carthagine efficere conatus fuerat, missis eò propter inopiam sex ciuium milibus. Ceterùm quum lupi sulcum murorum coloniæ aratro in solo dirutæ Carthaginis ductum confudissent, ostento territi destitêre. Ilienses præterea, quos Sulla anteà plurimis beneficijs affecerat, propter necessitudinem & cognationis vinculum per Iulum, maioribus insuper beneficijs prosequutus, agris, libertate, & immunitate donauit. Præter has & alias cùm intra Italiam tum extra colonias deduxit. Inter has in Italia quidem Hispellam Lanuuium, Cala- ILIENSES RESTITVTI. COLONIAE DEDVCTAE.
C tium, Veios & Casilinum: extra Italiam verò Polam in Istria, quæ postea Pietas Iulia dicta est, & in Gallia Forum Iulij: in Syria autem Berytum: deductis præterea, vt quidam tradũt, in transmarinas colonias amplius octoginta ciuium milibus. Præterea ampliato à se vrbis pomerio, etiam de amplianda ornandaque magnificentissimis sumptuosissimisq; ædificijs vrbe maxima quædam destinarat. Primùm enim templum Martis quantum nusquam esset exstruere cogitabat, repleto & complanato in id lacu, quem ad Naumachiam effoderat. Theatrum quoque capacissimum prope montem Tarpeium, quod ab ipso inchoatum Augustus postea absoluit, & M. Marcelli nepotis sui ex sorore nomine inscripsit, templa plurima & domos, OPERA PVBLICA CAESARIS.
D vt areã pararet, in hoc demolitus. Bibliothecas item publicas Græcas & Latinas instituere parabat, dato M. Varroni homini sui seculi doctissimo comparandorum librorum, digerendarumq; bibliothecarũ negotio. Nouam præterea Curiam, quam de suo nomine Iuliam appellaret, exædificare instituerat. Præter hæc & alia quædam longè maiora, tanq̃ digna in quæ ipse pro amplitudine rerum à se gestarũ curam suam intenderet, peragere animo cõceperat. Qualia fuère: viam per Apennini dorsum ad Tyberim vsq; munire: Auienem ac Tyberim ne in posterum vrbem inundarent, ex vrbe statim profunda exceptos fossa, & Cirreum montem vsque perductos, Terracinæ mari immittere: maximã hac in re negociatoribus securitatem

simul

simul & commoditatem præstiturus. Item Fucino lacu emisso Setinisque A
& Pontinis paludibus iniecto aggere siccatis, in plurimorum mortalium subsidium campos vliginosos ad culturam reducere: excisisq; in Hostiensi littore saxis, portum & tutam nauibus stationem efficere: Isthmum etiam Corinthiacum perfodere. Quumq; confectis omnibus iam bellis tam ciuilibus quàm externis, nullam amplificandæ gloriæ materiam superesse videret, emulatione sui quodammodo incensus, seque ipso maior fieri cupiens, expeditionem aduersus Dacos & Getas, qui in Pontum & Thraciam irrupisse dicebātur, facere constituerat. Inde per Armeniam aduersus Parthos, Crassum amissasque cum eo legiones vlturus exercitum ducere: ab his per Hyrcaniam iuxta mare Caspium in Scythas proficisci, illosque etiā B
vltro bello lacessere: conuersoque ab his ex Asia in Europam itinere, per Sarmatiam in Germaniam transire, inde per Galliam facto quodam gyro in Italiam reuerti. Quæ omnia ne tam propria quàm publica & Senatus auctoritate facere videretur, & ne nihil Senatui deferre videretur, non solùm bellum Parthicum, sed & alia pleraque ex iis quæ proximè recitata sunt, tanquam prouinciam sibi à Senatu decerni voluit: vti Pontinas paludes complanare, Isthmum Corinthiacum perfodere, nouam curiam ædificare: quæ medio expeditionis & belli Parthici tempore per alios perficere cogitabat, præmisso interim ad bellum Parthicum trans Adriaticū sinum C. Octauio sororis nepote etiamnū adolescente, cum decem equitum mi- C
libus, & sedecim legionibus. Quidam tradunt bellum Parthicum ab eo potissimùm susceptum valetudinis caussa, quòd repentinis animi deliquiis, & comitiali morbo in ocio maximè infestaretur. Ceterùm quum ad eam expeditioné vnius anni spacium minimè suffecturū intelligeret, ne translata in se omnium comitiorum potestate & arbitrio, absente se magistratuum in vrbe solitudo esset, aut ne si, vti priùs, à populo magistratus crearentur, res ad contentiones & motus intestinos rediret, magistratus omnes in annum sequentem designauit. In his Consules C. Vibium Pansam & A. Hircium. In secundum autem annum præter Consules D. Albinium Brutum & L. Munatium Plancum Tribunos plebis duntaxat constituit. D
E prouinciis autem Galliam Narbonensem cum Hispania M. Lepidum administrare iussit, in cuius locum nepotem suum C. Octauium Magistrum equitum in illum annum constituit: in insequenté autem annum Cn. Domitium Caluinum. P. quoque Dolabellam vixdum annos .xx. natum, ita vt leges eum nondum ad eam dignitatem admitterét, sibi in Cōsulatu subrogauit, vt postquàm ipse paludatus exisset, iniret, Cōsulatumq; illius anni cum M. Antonio gereret. Senatus interim postquàm Cæsarem delatis sibi honoribus gaudere & delectari sensit, alios insuper etiam iis quos suprà recensuimus ampliores & anteà inauditos ipsi decernendos cen-

PROVINCIA CAESARI DECRETA.

C. PANSA COSS. A. HIRCIVS DES.

D. BRVTVS COSS. L. PLANCVS DES.

C. OCTAVIVS ET CN. DOMITIVS MAG. EQ. SVFF.

P. DOLABELLA COS. SVF.

A censuit: qua in re non minore contentione ab inimicis q̃ amicis certatum est: dum hi assentabundi turpiter adulando se inuicē superare cōtendunt: illi verò accumulatis alijs super alios honoribus, ijsq; immoderatis, quiq; vel modestissimum quenq; inuisum & odiosum reddere poterant, inuidiæ ipsi quamplurimū apud populum conflare student: ita vt meritò dubitari possit, plus ne odij aut honoris inde Cæsari accesserit. Et hi quidē honores non simul vno eodemq; tempore, sed alij aliàs per modica tamē interualla decreti tales fuêre. Primò vti deinceps sacrosanctus, hoc est, inuiolabilis esset: vtiq; si quis ipsum vel dicto vel facto læsisset, is sacrilegio & piaculo se obligasse censeretur: tum vti singulis Senatus decretis intercedendi pote-
B statē haberet, acsi Tribunus plebis esset: vtq; nō solùm quæcunq; ipse hactenus egisset, sed & quæcunq; deinceps acturus esset, rata & firma esse iuberentur: & Magistratus inituri iurarēt, se decretis ipsius neutiq̃ refragraturos. Vti satellitio ex Senatoribus & Equitibus ad coporis custodiā vteretur: vti locus sepulchro ipsi in vrbe cōcederetur: & tribus vna mutato nomine ab èo Iulia deinceps vocaretur: vt natalis eius, qui erat. IIII. Id. Quintil. quotannis publicè celebraretur: & mensis ipse Quintilis propter natalem ipsius IVLIVS in posterum diceretur. Vt singulis lustris, imò sicut alij tradunt, quotannis per Vestales & Sacerdotes publicè pro salute ipsius vota fierēt. Vt iusiurandum per fortunā ipsius conciperetur. Vti fastigium in domo, in curia
C autē & orchestra suggestū habere, & aurea sella sedere, coronamq; auream gemmis & radijs distinctam gestare ipsi permitteretur. Vt statua ipsi in Capitolio iuxta Reges regio habitu & ornatu poneretur. Vt donaria ipsi & statuæ tam Romæ omnibus templis & locis publicis per singulas tribus, q̃ per alias passim vrbes & prouincias & regna sociorum & amicorū populi Ro. offerrentur & dedicarentur. Vti ludis Circensibus statua ipsius eburnea in Theusa, inter cetera pompæ fercula & Deorū simulachra circumueheretur. Vt sella eius aurea, cum corona aurea gemmis fulgentibus illuminata & radiata, in theatra & circum à multitudine inferretur, qui honor solis Dijs tribui solebat. Vti certamina quinquennalia ipsi tanquàm Heroi con
D stituerentur. Vt dies vnus ludorum gladiatoriorum, tam in Italia passim, quàm Romæ ipsi consecraretur. Vt imago ipsius cum titulo DEI INVICTI in templo Quirini poneretur. Vt IOVIS cognomentum ipsi imponeretur. Vt collegium Sacerdotum, qui Iulij vocarentur, & Lupercalia ipsi celebrarent, institueretur. Vtque templa diuersa ipsi tanquam Deo exstruerentur, ad hæc aras, puluinar & flaminem peculiarem quasi Dialem haberet, eiq; sacerdotio M. Antonius primus præesset. Quæ quidem decreta aureis litteris, in argenteis tabulis perscripta Senatus sub pedibus Iouis Capitolini deponi curauit. Atque hæc omnia, præter pauca quædam Cæsar vel lubentissimè admisit: nam satellitium Senatorum & Equitum,

HONORES CAESARI DECRETI.

TRIBVNICIA POTESTAS CAESARI CONCESSA.

NATALIS CAESARIS.

MENSIS IVLIVS.

tantum abest vt acceptauerit, vt solis contentus lictoribus, Prætorias cohor A
tes deinceps à sui custodia remouerit. Hac etiã fiducia amicis cõsulentibus, vt ad corporis custodiam satellites sibi adiungeret, Hirtioq; & Pansa inter ceteros monentibus, vt principatum armis quæsitũ armis tueretur: negauit se facturum, & malle semel mori q̃ perpetua formidine cruciari. Et quanquàm hæc longè supra mortalitate ipsius, & diuinæ maiestati quàm regio propriora fastigio, ipsi à Senatu tributa essent: non tamen aut ab inimicis aut ab amicis cessatum est, quò minùs enixè vtriq; operam darent, vt Rex insuper appellaretur. Hi quidem vt collata iam in ipsum omni potestate & amplitudine, regium quoq; nomen, quod solùm deesse videbatur, ipsi afferent: illi verò vt maiori inuidia illum quoquo modo apud populũ onerarent, B
iustaq; aduersus eum odia suscepisse viderentur, Cæsare in manifestam affectati regij dominatus & tyrannidis suspicionem adducto. Et quanquàm vel antè censentibus quibusdam inter cetera eum Regem appellandum, Cæsar id nomen tanquam infaustum auersatus, eos in posterũ eiusmodi conatibus supersedere iussisset, quum tamen id non tam ex animo q̃ metu indignationis publicæ ab eo fieri crederent, non destitêre, quin id nomen etiã in vulgus spargerent. Cui rei & alius accessit rumor, libris scilicet Sibyllinis contineri, Parthos non nisi Regis ductu & auspicijs Romanorũ subijci posse imperio, alioqui inuictos fore. Quando igitur bellum Parthicum ipsi decretum esset, meritò vel hoc solo nomine ex oraculo Regem ap C
pellandum, si minùs Romanorum, certè omnium ceterarũ gentium, quæ Romano subijcerentur imperio. Hinc quidam ex his qui ei regiam dignitatem assertam volebant, ad tentandos plebis animos, lauream alba fascia præligatam, pro diademate statuæ ipsius quæ pro rostris stabat, clàm imposuit. Sed C. Epidius Marullus, & L. Cæsetius Flauus Tribuni plebis detracta coronæ fascia, eum qui imposuerat deprehensum abreptumq; in vincula duci iusserunt: non tam offensuri Cæsarem, vti credebant, quàm hoc ipso gratificaturi: quòd etiam seriò sibi persuaderent, Cæsaré regnum ex animo detestari, quo etiam nomine ipsum apud plebem collaudauerãt. Sed Cæsar quanq̃ hoc Tribunorũ factum haud satis æquo animo ferret, D
dolorem tamen animi in præsens dissimulauit.

CAESAR OVANS EX MONTE ALBANO.

Nec multò pòst, quum ex Albano à sacrificio Latinarũ ouans vrbem inueheretur, inter immodicas & nouas populi acclamationes, etiã Rex à paucis quibusdã ijsq; subornatis salutatus est. Ad quam vocẽ, vbi sensit sequutum totius ferè populi gemitũ, quasi in nomine erratum esset, Cæsarem se nõ Regem vocari argutè respondit: factoq; mox cunctorũ silentio, mœstior solitò præteruectus est. Ibi iterũ Marullus & Cesetius primos eius salutationis auctores ad caussam dicendam per apparitores ad tribunal suum pertrahi iusserunt, insequente atque applaudente vniuersa ferè multitudine, Brutosq; eos ob id factum sub-

A subinde appellante. Hinc Cæsar grauissimè indignatus, vix se continuit, quin acerbiùs aliquid in eos statueret: dilata tamen adhuc vltione, satis habuit Tribunos & populũ ipsum seueriùs increpuisse: ipse vicissim eos homines Brutos & turbulentos identidem appellans. Verùm postq̃ Tribuni rogationem promulgassent, non licere sibi tutò ac liberè de Repub. agere, haud vltra sibi temperans, apud Senatũ conquestus est se à Tribunis dolo malo apud populum in inuidiã affectatæ tyrannidis pertrahi: vocatosque in iudicium accusauit, sententiamq; de eorũ pœna rogauit. Quumq; non deessent, qui ipsos vel capite plectendos censerent, vitæ ipsorum parcens, opera Heluij Cinnæ collegæ ipsorum Magistratu priuatos Senatu mouit.

B Qua in re præterq̃ quòd plebis animos non parùm cõmouit, opinionem quoq; affectati regni regijq; nominis, tentatæq; patientiæ multitudinis vel maximè confirmauit: vt qui omissis ijs, in quos meritò animaduertisse debeat (quòd vel nominasse Regem criminosum habebatur) Tribunitiã potestatẽ hactenus sacrosanctã violare non dubitasset. Quumq; hîc amici & familiares iterũ monerent, vt ex Hispanicis cohortibus stipatores corporis sui constitueret, siue confisus nouissimo illo s.c. ac iureiurando, siue neglectis inimicorũ insidijs; negauit se facturum: Nihil enim miseriùs esse perpetua custodia. Ceterùm eosdem monuit, vt ipsi cautiùs deinceps agerent, ne maiorẽ inuidiæ materiã inimicis præberent: qui vel iam ansam nocendi

C se nactos arbitrarẽtur. Sed ne sic quidem ab his qui regios ei honores collatos cupiebant, cessatum est: quando paucis pòst diebus, incertũ an ex cõposito & ipso conscio & volente, an verò ignorãte, aliud accidit quod tentatos populi Ro. animos, siue per ipsum, siue per amicos ipsius apertè argueret. Lupercalibus enim quum Cæsar aurea corona, triumphaliq; exornatus habitu, in sella aurea sedens pro rostris ludos spectaret, Antonius ipsius in consulatu collega, qui & ipse inter Lupercos nudus vnctusq; discurrebat, conscensis rostris supplex genibus eius aduolutus, Cæsarẽ Regem salutauit: surgensq; & diadema capiti eius imponens: Hoc, inquit, populus Ro. tibi per me exhibet. Sequutoq; mox minimè illustri paucorũ, qui in id subornati

D erant, applausu, & manifestissimo plurimorũ gemitu, inter quos & M. Lepidus facie auersa, ne rei indignitatem aspiceret, nec à lachrymis abstinuisse perhibetur, Cæsar diadema ita reiecit, vt tanta Antonij audacia minimè offensus videretur. Sequutus tamen statim totius populi applausus, imponenteq; rursus Antonio, pauci vti priùs applausère: Cæsare autem iterũ repudiante, vniuersi. Quod quum iterũ atq; iterũ ab vtroq; fieret, populus interim tacitus, quò res tandem euaderet, spectabat: donec Cæsar in sententia persistens, cedente Antonio, diadema in Capitoliũ deferri iussit, addito solum Iouem Romanorũ Regem esse. Quo viso vniuersus populus gauisus acclamauit, omniaq; ipsi fausta cõprecatus est. Quanq̃ ne sic quidem infamiam

T ij affe-

affectati regij nominis discutere valuit: sed vti verbis quidem & simulatis A
gestibus illud recusasse, (vt id coactus suscipere videretur) ita re ipsa, atque ex animo concupiisse planè creditus est: vel ex eo quòd posteà in acta publica referri voluerit, regnum sibi per Consulem à populo delatum se non accepisse. Quibus omnibus, impotentiq; concessæ sibi dominationis abusu, quum etiã palàm pronunciaret, nullam esse ampliùs Rempublicã, sed appellationem tantùm sine corpore & specie: item Sullam nesciisse litteras, qui Dictaturam deposuerit: debereq; homines deinceps consideratiùs secum loqui, ac pro legibus habere quæ dicat: his atq; similibus quum non solùm inimicorum in se odia plurimùm inflammasset, sed & alios plerosque, qui vel hactenus ipsi benè volebant, vel nullas priùs cum illo inimi B
citiarũ caussas habebant, imò totius ferè multitudinis animos à se alienasset, omnes statim cõuersis in M. Brutum Prætorẽ oculis atq; animis, hunc quasi vindicẽ publicæ libertatis expetebant. Hic enim Bruti illius Sullanis temporibus interfecti filius, (à Quinto Seruilio Cepione auo materno adoptatus, Q. Cepio Brutus dictus) quòd à primo illo Bruto, qui pulsis Regibus Consul creatus fuerat, paternum genus ducere crederetur, ad ipsum potissimùm, tanquam gentilitio quodam munere, asserendæ in libertatem Reipub. prouincia sublato è medio regio dominatu pertinere videbatur. Quem quum plerique de re tanta coràm interpellare non auderent, nocte tribunali eius, in quo Prætor ius dicebat, inscripserant: BRVTE DORMIS. &, C
NON ES BRVTVS. Eodẽ tempore & L. Bruti, eius qui Reges eiecerat, statuæ adscriptum erat: VTINAM VIVERES. & hoc, DEGENERES HABES POSTEROS. & alia his similima. Cæsaris quoq; statuæ hi versiculi subscripti legebãtur:

BRVTVS QVIA REGES EIECIT, CONSVL PRIMVS FACTVS EST,
HIC QVIA CONSVLES EIECIT, REX POSTREMO FACTVS EST.

Ad hæc accedebant & ex amicis quidam, qui cùm litteris tum quotidianis ferè conuitijs, frequentiq; auitæ gloriæ ob simile factum cõmemoratione, quæ & ipsum oblata tali occasione manere videbatur, Brutum propter honores & beneficia à Cæsare acceptos dubitantem tantum facinus aggredi, assiduè impellerent. Quibus rebus incitatus, tum quòd Catonis, qui Vticæ D
sibi manus intulerat, ex Seruilia sorore nepos, & ducta in vxorem Portia etiam gener esset, quanquam non tam dominantem odisset, quàm dominationem ipsam grauiter ferret, ad insidias Cæsari parandas animum conuertit: ita tamen, vt diu solam Portiam vxorem propositi sui consciam haberet. Alia autem ex parte C. Cassius Bruti in prætura collega, qui Iuniam ipsius sororem in vxorem duxerat, quique præter insitum vel à puero Tyrannidis odium, priuatas etiã cum Cæsare simultatis caussas habebat, propter leones, quos ipse ad Ædilitios ludos comparatos Megaris reliquerat, oppido à Caleno capto à Cæsare detentos, amicorum animos contra Cæ-
sarem

A ſarem aſſiduè ſollicitabat. Qui quidem quando id factum non tam manuum eſſet, quàm auctoritatis & conſilij, ita demum operam ſuam polliciti ſunt, ſi Brutus, qui dignitate reliquos facilè anteibat, huic facto ſe ducem præſtaret. Hinc quanq̃ Bruto etiamnum infenſus ob contentionem de prætura vrbana, in qua prælatum ſibi Brutũ indignabatur, facta tamen reconciliatione prior ipſe ſe ad Brutum contulit. Percrebuerat conſtans fama L. Cottam Quindecimuirum proximo Senatu ex libris Sibyllinis relaturum, vt Cæſar propter bellum Parthicum Rex diceretur, quãdo aliter Parthos à Romanis ſubigi impoſſibile eſſet: quæ res vel imprimis cædem Cæſari maturauit: metuentib. ſcilicet aduerſarijs, ne ſi à frequenti Senatu
B in eam ſententiam itum eſſet, & ipſi aſſentire cogerentur. Interrogante igitur Brutum Caſſio, num Idibus Martijs (in quem diem Senatus indictus erat) in Curiam venturus eſſet, negauit Brutus ſe iturum: Tum Caſſius, Quid ſi, inquit, vocemur vt Prætores? Tum meæ erunt partes, reſpondit Brutus, vel ad mortem vſque pro Reipublicæ libertate contendere. Tunc Caſſius hominem complexus & exoſculatus rogauit, Num quos ex optimatibus in tam pulchri facinoris ſocietatem admiſſurus eſſet? Quando plurimi eſſent, qui idem ſuo cum animo agitarent: quiq; vti à ceteris venationes, munera, aut alia ſpectacula, ita ab ipſo Tyrannidis euerſionem, tanq̃ maioribus ſuis debitam, expectarent. Id facilè teſtari ea quæ tribunali eius
C inſcripta erant, non quidem à cauponibus, aut alijs infimæ ſortis hominibus, ſed à primarijs quibuſq; optimiſq; ciuibus. Ita quæ dudum ſinguli in animo habuerant, tum demum inter ſe cõmunicare cœperunt: tentatiſq; amicorũ animis, conſilia quæ priùs bini terni'ue cœperãt, in vnum omnes conferunt. Inter ceteros ex intimis Cæſaris & familiaribus, D. Brutum Albinum cos. deſignatum ſibi adiungunt: quem ſibi ad rem ſuſceptam peragendam magno vſui eſſe poſſe intelligebant: tum quòd Cæſar plurimùm ipſi fideret, tum quòd numeroſam gladiatorum familiam haberet, quam ad ſpectacula ſeruabat. Hi igitur principes fuêre coniurationis: qui & alios aliquot, quos non minùs fidos, quàm manu promptos & mortis
D contemptores nouerant, in partem facinoris vocarant: ita vt ſexaginta ampliùs cùm Equites tum Senatores conſpiraſſe dicantur, nullo tamen iuramento aut religione inter ſe aſtricti. Præcipui ex his fuêre, Cn. Domitius, Ser. Galba, P. Seruilius Caſca, L. Tullius Cimber, Pontius Aquila, Q. Ligarius, Rubrius Rex, Sextius Maſo, tum etiam alij quidam. Quumq; Cæſare propediem in Parthos profecturo, temporis breuitas vrgeret, diem cædi ipſas Idus Martias antequam Senatus ſententias de Rege ipſo appellando rogaretur, locum autem Curiam Pompeianam, in quam ipſis Idibus Senatus habendus erat, cõſtitui placuit. Quumq; & Antoniũ ſimul occidendum quidam cenſerent, collegam ſcilicet Cæſaris, amicorumq; ipſius potentiſ-

CONSPIRATIO IN CAEDEM CAESARIS.

ſimum, dubitantibus de hoc & contendentibus aliquandiu ceteris, vicit tandem Bruti ſententia, cuius potiſſimùm conſilijs & auſpicijs totum negotium aminiſtrabatur, negantis id ſibi fieri placere: quando ex ſola tyranni cæde id decus petendum videretur, & ne interfecto ſimul Antonio priuatis etiam ſe inimicitijs implicaret. Veriti tamen ne Antonius Cæſari præ ceteris fidus, & qui robore corporis præſtaret, ſe obijceret, C. Trebonio negotium dant, vt quæſita occaſione colloquij cum Antonio ipſum prolixa oratione ante fores Curiæ detineret, ne ſimul cum Cæſare ingrederetur. A quibuſdam proditum eſt, Cæſarem nec coniurationes inimicorum nec auctores ipſos prorſus latuiſſe. Nam quum quidam Antoniū & Dolabellam apud ipſum criminarentur, tanquam rebus nouis ſecretò ſtuderent, minimè ſibi ab obeſis illis accomatis reſpondit metuendum, ſed à pallidis potius illis & macilentis, Brutum ſubindicans & Caſſium. Nam de Caſſio etiam aliâs apud amicos palàm dixiſſe fertur: Pallidum illū haud magnopere ſibi placere: de Bruto autem meliùs aliquantò ſperabat. Sed ita eſt vt dicitur: Fatum præuideri quàm vitari faciliùs: &, cuiuſcunq; fortunam ſuperi mutare cōſtituunt, conſilia corrumpunt. Neq; enim indicium vllum Cæſar hac de re admittebat, imò deferentes ad ſe aliquid huiuſmodi, etiam acriùs increpare ſolebat. Quanquam alij tradant, metu inſidiarum, & ad euitandam inuidiam, qua ſe plurimùm apud pleroſq; laborare iam intelligebat, cōſtituiſſe vrbem ſibi propter inimicos ſuſpectam quamprimùm relinquere, & ad bellum Parthicum intra paucos dies proficiſci, præmiſſo iam, vt ſuprà dictū eſt, exercitu. Ferunt etiam eandem ob cauſſam in animo habuiſſe, confecto bello Parthico tranſlatis imperij opibus, exhauſtaq; delectibus Italia, Ilium aut Alexandriam commigrare: ibique ſiue imperij ſiue regni ſedem conſtituere. Sed hæc atque alia meditantem, dum quam alijs præſtitit clementiam, fruſtrà ab ingratis ſibi pollicetur, mors præuenit. Cædem autem ipſius neque pauca neq; negligenda denunciauêre quum prodigia tum præſagia. Centeſimo enim antequam cæſus eſt die, prima nominis ipſius littera C. è ſtatua ipſius vi fulminis excuſſa eſt. Capuæ autem in ſepulcro antiquo, quo vrbis conditor Capys ſepultus credebatur, haud multò ante cædem tabula ænea inuenta eſt, in qua litteris & verbis Græcis exaratum erat: Quando oſſa Capys detecta eſſent, fore vt Iulo prognatus, manu conſanguineorum necaretur, magniſq; mox Italiæ cladibus vindicaretur. Equi quoq; quos Cæſar dum Rubiconem flumen tranſiret Marti conſecrarat, & ſine cuſtode vagari permiſerat, obſeruati ſunt ſub tempus cædis ipſius pertinaciſſimè pabulo abſtinuiſſe, & lachrymas profudiſſe. Paucos etiam ante dies, quum boue in Curia immolaſſet, cor in extis non eſt inuentum: quod quum Spurina aruſpex pronunciaſſet, ad vitæ diſcrimen pertinere, proinde caueret periculum, quod non vltra Idus Martias diſſe

A differretur, Cæsar subridens: Miraris, inquit, si bos cor non habeat? Pridie etiam q̃ cæsus est, Regulum auem, qui cum ramo laureo in Curiam Pompeianã volatu se receperat, aliæ varij generis aues ex proximo nemore consequutæ in eadem Curia discerpserunt. Eodem die quũ fortè apud M. Lepidum suum Magistrũ Equitum cum D. Bruto cœnaret, orta sub cœnam inter cõuiuas quæstione, quænã mors maximè optanda videretur, tanquã proprij exitus vates, reliquos præueniẽs, respondit: Inexspectata. Nocte aũt quæ diem cædis præcessit, ipse sibi sublimis supra nubes ferri, & dextras cũ Ioue iungere visus est. Eadem nocte & arma Martis sacra, quæ apud ipsum vtpote summũ Pontificem ex instituto seruabantur, mota sunt: foresq; &
B fenestræ cubiculi ipsius non sine ingenti cæli fulgore spontè patuêre. Inde experrectus & turbatus, offendit Calpurniam vxorem arctissimo somno pressam incertas quasdam & obscuras voces suspirijs intermixtas edere, & quasi lamentari. Quæ vbi sub primum diluculum à somno excitata est, narrauit visum sibi per quietem collabi domus fastigium, existimasseq; se ipsum plurimis confossum vulneribus, in sinu suo iacentem lugere. Cuius insomnij atrocitate perterrita, id quod posteà euenit animo præsagiens, nõ destitit ipsum rogare, vt eo die publico abstineret, & Senatum differret. Cui quum Cæsar etiã alioqui minimè superstitiosus parùm tribueret, hoc tamen impetrauit Calpurnia, vt quando insomnia contemneret, sacrificijs
C saltem alijsq; diuinationibus Deorum mentes exquireret. Quum itaque pluribus hostijs eius rei ergò immolatis, vates renunciaret non litari, aliaq; signa horrenda se offerrent, neque aues ipsæ addicerent, tum etiam ex prolixiori hesterna compotatione languidior, Curia abstinere & Senatum per Antonium collegam dimittere constituerat. Brutus & Cassius Prætores eo manè in porticu ante theatrum Pompeij magna animorum tranquillitate ius petentibus reddebant: gladiatoresq; quamplurimos ad ludos, quos eo die ex composito adornauerant, in theatrum induxerant, auxilium nimirum ab his, si opus foret, petituri. Ceterùm quum Cæsarem propter aduersa sacra eo die in Curiam non venturum intelligerent, veriti ne dilato
D negotio insidiæ patefierent, D. Brutum ex intimis Cæsaris mittunt, qui ipsum quoquo modo in Curiam adduceret. Is igitur ad Cæsarẽ accedens, eleuatis omnibus quæcunq; Cæsarem ne in Senatum veniret remorabantur, increpitisq; non solùm vatibus, quòd religionem animo ipsius inijcerent, sed ipso etiam Cæsare, qui se tam temerè & propter nescio quæ insomnia, cõtempti Senatus inuidiæ & obtrectationibus inimicorum obijceret, vt in Curiam venire properaret, persuadere conatus est: Senatum iampridem conuenisse, ipsumq; opperiri dictitans, promptaq; omnium ferè suffragia, vt ipsum cunctarum præter Italiam gentium Regem dicerent, regiaq; passim extra Italiam insignia gestare concederent. Aut si eum diem

re-

rebus gerendis minùs idoneum iudicaret, vel alioqui propter aduersa sacra A
suspectum haberet, vt saltem ipse in curiam procedens appellatis Patribus Senatum in aliud tempus dimitteret. Hæc dicens simul Cæsarem manu apprehensum foras deduxit. Exeunte autem ipso statua quædam ipsius in vestibulo domus posita, collapsa & confracta est. Sed nec hoc omine territus sub horam diei quintam simulata aduersa valetudine, lectica in curiam se deferri iubet, constituto tamē propter infausta sacra à rebus grauioribus decernendis supersedere, Senatumq; quamprimùm dimittere. Ceterùm dum deferretur, siue domesticorum quidam, siue alterius cuiusdam seruus propiùs ad ipsius lecticam accedere atque ipsum alloqui summoperè adnitebatur, indicium scilicet insidiarum facturus. Sed quum à multitudine cir B
cumfluentiū & deducentium repulsus propiùs accedere prohiberetur, cursu se ad ædes Cæsaris proripiens ad Calpurniā deductus, exposuit se quædam habere, quæ Cæsari indicaret, quæq; ipsum scire magni interesset: nec plura proloquutus, se reditum ipsius è curia exspectaturū dixit: neq; enim de tempore insidiarum exactè cognouerat. Artemidorus etiam Gnidius Rhetor & hospes Cæsaris, qui ex quotidiana consuetudine, quæ ipsi cum Bruti familiaribus intercedebat, pleraq; Bruti & coniuratorū consilia intellexerat, & ipse accurrens libellum insidiarū indicem in curiam eunti porrexit: quem præ ceteris, qui frequētes eodem tempore porrigebantur, confestim & solum perlegere iubebat, quòd quædam, quæ maximè ad ipsius C
salutem pertinerent, eo contineri diceret. Sed Cæsar impeditus præ turba alloquentium & salutantium statim inspicere, reliquis libellis alicui ministrorum commendatis, hunc solùm tanquā mox lecturus manu retinuit. Appianus tradit hunc Artemidorum occiso demùm Cæsare superuenisse vt insidias proderet, libellumq; ab alio aliquo sacrificanti ante curiam Cæsari exhibitum. Eodem tempore antequàm curiam ingrederetur, in Spurinam vatē incidens, memor eius quod de Idib. Martijs prædixerat: Ecquid scis, inquit, Idus Martias iam aduenisse? quasi vatem falsi arguens, quòd hactenus periculū euasisset. Cui Spurina: Venēre quidem Cæsar, sed nondum præteriēre, respondit. Vbi autem Cæsar ad curiam peruenit, descen- D
denti è lectica occurrit Popillius Lænas: qui quanquam minimè conscius consiliorum paulò antè Bruto & Cassio, vt quod præ manibus haberent Dij secundarent, precatus, hortatusq; vt accelerarent, maximum ipsis detectarum insidiarū timorem iniecerat. Hic dum ad curiæ ingressum longū & serium cum Cæsare sermonem solus haberet, suspicati Brutus & Cassius rem ab ipso ex ordine Cæsari indicari, sibi innuentes obseruatisq; Popillij loquentis gestibus, illis ipsis pugionibus quibus Cæsarem cōfossuri erant, se transfigere cogitabant, antequam comprehenderentur: donec tandem Popillio dextram Cæsaris deosculante & gratias agente, non tam indicasse,
quàm

A quàm aliquid à Cæsare petiisse cognouère. Cæsar curiam ingressus, quum ex more sacris operatus rursus in victima cor, vt quidã, vt alij tradidére, caput extorum defuisset, & aruspex iterũ interpretaretur id letale esse: respondit, idem sibi & in Hispania contra Pompeiũ dimicaturo accidisse. Cumq; aruspex diceret eum tum quoq; magnũ capitis periculum adiisse, & nunc exta maius minari, iussit aliam atq; item aliam victimam mactari. Cumq; nullis victimis litari posset, contempto cum religione quod exta prædicebant periculo, inimicisq; amicorũ specie vrgentibus, ne Senatũ operientẽ diutiùs remoraretur, curiam ingressus est. Antonium autem collegam qui comes ipsi venerat, Trebonius, vti inter ipsos cõuenerat, longũ de industria

B sermonẽ trahens, extra curiam detinebat. Cæsari verò iam ingresso vniuersus Senatus honorificè assurrexit. postq̃ autem in sella consedisset, cõiurati gladios sub veste breues occultantes, frequẽtes vndiq; sellam ipsius circumstetére: alij quidem officij caussa & ex consuetudine, alij verò tanq̃ salutaturi aut aliquid ab ipso petituri. Inter ceteros Tullius Cimber reditũ fratri ab exilio petens aduersus Cæsari constiterat, & quanquam Cæsare rem in aliud tempus reiiciente, persistebat tamen ille. Reliqui quoq; circumfusi, pro eodem deprecabãtur, propiusq; accedentes Cæsarem cõplexi caput ei & manus deosculabantur: ita vt Cæsar offensus importunis hominũ precibus & blanditiis, primò imminẽtes sibi & instantes manu à se remoueret.

C Quumq; ne sic quidem illi de sua importunitate quicq̃ remitterent, consurgens in pedes etiã violentiùs eos reiiciebat. Tunc Tullius Cimber toga Cæsaris vtraq; manu circa humeros apprehensa, signũ cædis quod conuenerat suis dedit, simul exclamauit: Quid cessatis amici? Ibi, quum Cæsar vicissim exclamaret, Ista quidem vis est. P. Seruilius Casca (qui sibi primas facinoris inchoandi partes depoposcerat) à tergo cõsistens, dum iugulum petit, aberrante ictu pectus infra iugulum percussit: ita tamen vt vulnus minus altè adactum letale non esset. Cæsar autẽ saucius, reiq; atrocitate turbatus, repulso Cimbro conuersus, factoq; in Cascam impetu iterum exclamauit: Quid agis scelerate Casca? simulq; brachium Cascæ apprehensum CAEDES CAESARIS.

D siue graphio siue pugione ab aliquo circumstantiũ rapto traiecit: & dum Casca græcè fratrem C. Seruilium ad auxilium inuocaret, conatus prosilire, alio vulnere in latere accepto retardatus est. Bruto autem inter ceteros ferro infesto in se ruenti dixisse fertur, καὶ σὺ τέκνον; Mox vbi vndique strictos in se pugiones animaduertit, dextra togam in caput adducens, sinistraq; sinum ad ima crura deducens, ita vt verecundiæ & pudoris etiam in tantis rerum angustiis meminisset, quò scilicet honestiùs caderet, ad basim statim Pompeij quæ in curia erat procidens, XXIII. se vulneribus confodiendũ præbuit: ita vt Pompeij statua suo sanguine respersa, debitas Pompeij manibus pœnas persoluere videretur. Ex omnibus autem vulneribus

Antistius medicus pronunciauit vnum letale fuisse, id scilicet quod secundo loco in pectore acceperat. Alij præter vnum gemitũ ad primum ictum nullam emisisse vocem prodidêre, aduersarijs ferrũ per os & oculos crebris ictibus ducentibus, ita vt neque loqui, neq; agere quicquam valeret: quod & plerisq; verosimiliùs est visum. Quidam etiam scriptum reliquêre, in ea contentione plagas in vnum corpus certatim magno animi ardore inferentium, quosdam è percussoribus mutuis se consauciasse vulneribus, inter hos M. Brutum in manu à Cassio vulnus accepisse. Cæsar iam interfecto, Brutus statim cruentum pugionem in altum extollens Ciceronem nominatim inclamauit: dicturusq; de rebus à se cõfectis, simul etiam de actis Cæsaris rescindendis & bonis publicandis relaturus in medium processit. Ceterùm Senatores consilij percussorum, simul & multitudinis ipsorum ignari, primò quidem rei immanitate perculsi atq; animis cõsternati, neq; opem afferre, imò nec voces emittere, aut fugam capessere audebãt: donec tandẽ Cæsare iam prostrato dum sibi quisq; metuit, certatim quò quisq; poterat è curia diffugiunt, nonnullis etiam præ turba illisis. Dumq; obuiis quibusq; è populo, & caussam fugæ percõtantibus, nihil aliud respondent, quàm Fuge & Claude vniuersam mox vrbẽ, minùs horæ vnius spacio, tumultu grauissimo fœdissimoq; repleuêre: maximè quòd & gladiatores, qui è proximo Pompeij theatro eò excurrerant, turbæ se immiscuissent: ita vt tota passim vrbe trepidaretur, foribusq; clausis & relictis tabernis atq; officinis veluti ab amentibus hàc illàc discurreretur. Quo tumultu quum Senatores aliquot vulnerati, tum ciues & exteri pleriq; etiam occisi sunt. Cæsar autem omnibus diffugientibus solus in curia relictus à tribus seruulis, qui & ipsi soli remanserant, lecticæ impositus, dependente brachio domũ relatus est. Constituerãt percussores interfecti corpus in Tyberim proiicere, sed metu Antonij & Lepidi destitêre. Antonius interim, qui & se cum Cæsare neci destinatũ credebat, proiecta veste consulari, sumptoq; plebeio habitu, fugiens in latebras se abdiderat. Percussores autẽ duce Bruto curiã egressi, sinistris togas brachijs obuolutas pro clypeo, dextris pugiones à recenti cruore etiamnũ tepentes gestantes, vno ex ipsis pileum in hasta præferente, alacres & spe ac fiducia gestientes in forũ processêre: populoq; ad libertatẽ conuocato, congratulantib. optimatibus quibusq; qui occurrebãt, à foro digressi, Capitolium, quò tanquam Deos comprecatum ascenderant cum manu gladiatorum occupauêre: neq; enim aut à plebe, aut ab emeritis veteranisque Cæsaris militibus, qui plurimi per vrbem diuagabantur, neq; item à Lepido, qui prætorianis præerat cohortibus, satis sibi fidebant. Eòdem postea & alij è primariis aliquot, quanquam nec conscij facinoris, nec socij, eiusdem tamen cum ceteris laudis affectatione, arreptis gladiis se contulêre. In his fuit Lentulus Spinter, C. Octauius, & alij plerique.

Cete

A Ceterùm cùm nulla præterea cæde subsequuta populus fiduciã recepisset, plurimi ad percussores in Capitoliũ ascenderunt. Ad quos Brutus è Capitolio verbis ad captandam plebis gratiam & rei præsenti accõmodatis prolixè concionatus est: tentatisq; statim per largitionẽ multitudinis animis, haud mediocris à percussoribus mercenariorum manus contracta est: qui in forum procedentes, quanq̃ factum ipsum primò quidem laudare non auderent, pacem tamen percussoribus à Magistratibus exposcebant, omninoq; percussorum saluti consultũ cupiebant. His & è Senatoribus quidam postea accessère: primusq; Cinna affinis Cæsaris, & Prætor paulò antè ab eo factus reliquos audacia superans, proiectis Magistratus insignibus tanquã B à tyranno datis, Cæsarem ipsum vt tyrannum conuicijs insectatus est, & percussores vt tyrannicidas collaudauit, eosq; ad præmia rei gestæ capienda è Capitolio descendere iussit. P. quoque Dolabella, quem Cæsar sibi in reliquam anni partem in Consulatu substituerat, vacantem cæde Cæsaris Magistratum inuadens, sumptisq; Consulatus insignibus progressus, postquàm & ipse in dignitatis suæ auctorem prolixè dixisset, similiq; cum Cinna oratione vsus addidisset, vt is dies Cæsaris interfecti natalis vrbis deinceps haberetur, sequente multitudine & ipse in Capitolium ascendit: percussoresq; itidem è Capitolio descendere hortatur. Qua fiducia M. Brutus & Cassius è Capitolio in forũ descendere ausi, à plurimis etiam optimatib. C in rostra deducti, apud populũ magna animorũ præsentia concionati, alter alterius factũ vicissim laudibus extollebant: simulq; populũ ad capessendã libertatẽ hortabãtur: laudato interim & D. Bruto, qui gladiatores peroppor tunè subministrasset: censentesq; Sextũ Pompeium Magni filium, simul etiam Marullum & Cesetium, qui tunc exulabant, ad vrbem quamprimũ reuocandos. Ceterùm quũ multitudini quæ frequens cõuenerat, non satis fiderent, cædemq; non omnibus æquè gratã, eaq; quæ à se dicerentur, non eodem ab omnibus animo accipi intelligerẽt, in Capitolium reuersi sunt. Quo loco obsidionẽ metuens Brutus, ijs qui postea eò confluxerant, nec facinoris participes essent, quòd eos ijsdem secum subijci periculis iniquũ exD istimaret, auctor fuit, vt Capitolio egressi, discrimini simul & inuidiæ non perpetratæ à se cædis se subducerent. Ipsi verò in Capitolio tanquam suis munitionibus per noctem quæ diem cædis proximè insequuta est, se continuêre. Interea dum hæc geruntur, Lepidus, quòd Magister Equitum esset, in castris prætorijs extra vrbem erat: cognitisq; ijs, quæ in vrbe gesta essent, cum militib. sub noctem ingressus forũ occupat: & sub auroram pro concione acerbissimè in percussores inuehitur. Antonius autem qui hactenus præ metu latitarat, intellecto Lepidi in vrbem aduentu, metu deposito iam confirmatior & ipse è latebris prodit. Et primò quidem aliquandiu inter ipsos dubitatum est, an Capitolium cum parricidis incenderetur.

Verùm postq̃ legati ex domesticis & familiaribus percussorum de concor- A
dia & cura libertatis ad Lepidum & Antonium è Capitolio missi, monu-
issent, sedulò cauendum, ne propter priuatas simultates Resp. in discrimen
adduceretur, auctoresq; cædis si non laudandos, certè venia dignos: vt qui
non tam odio Cæsaris, quàm amore patriæ factum commisissent: quanq̃
animus vlciscendi necem Cæsaris Lepido & Antonio neutiquàm deesset,
tamen quum propter amicos, consanguineos, aliosq; percussorum neces-
sarios, simul propter Senatus in ipsos studia, tum vel imprimis metu D.
Bruti, qui decretam sibi à Cæsare prouinciam Galliam Cisalpinam cum
valido exercitu tenebat, dissimulato in præsens vindictæ proposito, simu-
latoq; publicæ cõcordiæ & libertatis studio, Antonius rem Senatui se per- B
missurum respondit: eamquẽ sententiam quæ potior esset, valituram: sic
legatos non sine spe Senatum sibi minimè defuturum à se dimittit. Nocte
autẽ ea quæ proximè insequuta est, accensis passim ignibus & luminibus,
excubiæ per vrbem à Magistratibus iubente Antonio actæ sunt: commen-
tarijq; actorum Cæsaris & pecunia, quæ quattuor milia talentorum fuisse
perhibetur, in ædes Antonij iussu ipsius, atq; assentiente Calpurnia trans-
latæ sunt. Neque interim à percussoribus cessatum est, quò minùs per fa-
miliares è Senatoribus deprecatores, intercessoresque & partium defenso-
res quamplurimos in sequentem diem sibi pararent. Antonius autem Se-
natum in diem proximũ etiam ante lucem in ædem Telluris domui suæ C
proximam cõuocauit. Quò dum primo diluculo inter ceteros Cinna Præ-
tor resumpta veste quam prius proiecerat properat, à multitudine agnitus,
coniectisque in ipsum lapidibus in domum quandam compulsus, aggestis
eò à multitudine lignis, quò minùs vnà cum domo cõflagraret, interuentu
Antonij seruatus est. Ceterùm postquam Senatus iam conuenisset, An-
toniusque tam de summa Reipublicæ, quàm de percussoribus retulisset,
alijs aliter prout quisq; affectus erat censentibus, inter quos non deerant,
qui gratias percussoribus agendas, præmioque afficiendos pronunciarent.
Cicero inter ceteros habita graui & prolixa oratione, auctor fuit Senatui,
vt ex celeberrimo Atheniensium instituto, Amnestia decerneretur: vtque D
omnis discordiarum & factæ cædis memoria (ita vt ne nominaretur qui-
dem) perpetua obliuione extingueretur obrueretúrque: atque à ciuibus
depositis mutuis odijs & contentionib. in gratiam hinc inde rediretur: ad-
dito vt leges Cæsaris, aliaque eius acta & decreta, quæcunq; vel ad honores
& magistratus, vel ad militum commoda & præmia pertinerent, decreto
Senatus rata esse iuberentur. In quam Ciceronis sententiam reliquis assen
tientibus factum Senatusconsultum: postulanteque L. Pisone socero Cæ-
saris, decretum, vt testamentum eius publicè recitaretur, vtq; Cæsar publi-
co funere efferretur. Interim & percussores habita è Capitolio ad milites
ora-

A oratione, se nulla Cæsaris acta, maximè quæ ad præmia ipsorum & commoda pertinerent, rescissuros, polliciti fuerant: litterasq; ad eos qui in foro erant in eandem sententiam miserant: sic res à maximo tumultu statim ad pacificationem conuersa est, auctore potissimùm Antonio, qui & Dolabellam, quem anteà statuerat ad consulatum non admittere, depositis inimicitijs collegam sibi assumpsit. Ceterùm, quia exercitu nudatus, M. Lepidum metuebat, quem sciebat fiducia exercitus, quem penes se habebat, simulatione se cædem Cæsaris vlcisci velle, animum ad res nouas adiecisse. Nec prius destitit, quàm & huic, ne solus ferè omnibus alijs refragari pergeret, persuasit. Sic tandem missis in Capitolium loco obsidum Antonij

B Lepidique liberis, percussores è Capitolio descendêre: eodemque die proposita securitate Brutus apud Lepidum propinquum suum, Cassius verò apud Antonium cœnati sunt. Postridie frequenti Senatu Antonius ex sentētia Ser. Sulpitij decreuit, ne qua tabula vllius beneficij aut decreti Cæsaris post Idus Martias figeretur. Tunc etiam Bruto maximis laudum preconijs ornato, prouinciæ percussoribus iam antè à Cæsare decretæ, Senatusconsulto confirmatæ sunt: D. videlicet Bruto Gallia Cisalpina cum tribus legionibus, Trebonio Asia, Cimbro Bithynia. Nam M. Brutū & Cassium id temporis Prætores, Cæsar in sequentem annum hunc Syriæ, illum Macedoniæ pro Prætore præesse iusserat. Ita vt omnia deinceps pacata, tran

PROVINCIAE PERCVSSORIBVS DECRETAE.

C quillaque in Republica tanquam libertate restituta sperarentur. Ceterùm quum Antonius testamentum Cæsaris palàm recitandum, ipsumq; publico funere efferendùm censeret, Cassius cum alijs pertinacissimè restitit, vel hoc solum nouarum rerum materiam & caussam fore dictitans. Sed persistente Antonio, Brutoque præter alios ipsi assentiente, in hanc sententiam & à reliquis itum est, vt Cæsaris testamentum palàm recitaretur, & ipse funere publico efferretur. Testamento itaque quod Cæsar Idibus Septembribus proximis in Lauicano suo fecerat, & virgini Vestali maximæ seruandum tradiderat, aperto & recitato, cognitum hæredes ab eo institutos, tres ipsius ex sorore nepotes, C. Octauium ex dodrante, L. Pinarium &

TESTAMENTVM CAESARIS.

D Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima cera. E quibus C. Octauium in nomen familiamq; Iuliam, & filium adoptauerat. Decimus Brutus etiam inter secundos hæredes scriptus, & plerique percussorum inter tutores filij, si quis ei nasceretur, nominati. Populo autem hortos circa Tyberim publicè, & viritim trecenos sestertios siue centenos vicenos, vt Octauius ipse auctor est, siue vt Græci scriptores prodidêre, septuagenas quinas drachmas Atticas legauit. Hinc statim maxima ciuiū mixta indignatione cōmiseratio, tum propter populi legatū, tum propter Brutū primis hæredibus substitutum. Post hæc funus ei amplissimum, prosequentibus cum vniuerso ferè Senatu Magistratibus, frequentiq; quum ciuium tum militum etiam

FVNVS CAESARIS.

armatorum ad corporis custodiam multitudine ductum est, corpusq; in forum delatum, & pro rostris depositum: vbi ædes aurata instar templi Veneris Genetricis collocata fuerat, intraq; lectus eburneus auro & purpura stratus, & ad caput trophæum cum veste in qua occisus fuerat. Quidam tradunt corpus ipsum sanguinolentum vulneribusq; deforme conspectui populi expositum fuisse. Alij corpus quidem ipsius supinum in lecto collocatum fuisse, sed non conspicuum: verùm ceream ipsius effigiem, in qua viginti trium vulnerum notæ expressæ erant, in machina versatili eodem in lecto elatam. Loco funebris orationis Antonius Senatusconsultum, quo in eum omnes tum humani tum diuini honores collati fuerant, & iusiurandum quo se omnes pro salute ipsius obstrinxerant, siue ipse vt quidam, siue per præconem, vt alij tradunt, pronunciauit. Ludi etiam funebres facti sunt, in quibus illud Pacuuij ad inuidiam cædis decantatum est: Men' men' seruasse, vt essent qui me perderet? Postea Antonius oratione non tam ad Cæsaris laudes, quàm ad commiserationem & concitandos in cædis auctores multitudinis animos composita, in deploranda Cæsaris morte vsus, intermixtis interim cum lacrymis & fletu suspirijs, dum inter orandum lectum subinde introspiciens, & aperiens, vestem etiam Cæsaris in qua occisus fuerat, multo sanguine cruentatam laceramque, & plurimis locis concisam, ad maiorem commiserationem hastili altiùs è lecto sublatam explicat, simulq; alius quidam ceream Cæsaris effigiem pluribus vulnerib. quibusdam etiam immaniter in faciem inflictis deformatam, è lecto, vt ab omnibus conspici posset, altius effert, ita multitudinis animos non ad commiserationem prouocauit, sed in rabiem potiùs vertit, vt omnis ordinis & decoris obliti, ad persequendos percussores (qui quò tandem ea res euaderet prospiciẽtes, maturè se subduxerant) furibundi discurrerent: Senatum quoq; ipsum qui virum interfici passi essent, vti periurum accusantes. Corpus autem Cæsaris non quidem in campo Martio, vbi rogus iuxta Iuliæ filiæ ipsius tumulum exstructus erat, sed alij in ipsa curia Pompeij vbi occisus fuerat, alij in Capitolio atque adeò in ipsa cella Iouis Capitolini cremare parabant. Sed prohibiti tum à Sacerdotib. tum à militibus, metuentibus ne & curia ipsa cum theatro, vel templa simul conflagrarent, congestis extemplò subselliis, tribunalibus, mensisq; è proximis officinis & tabernis argentariorum raptis, & si quid aliud ad manum erat, subiectisq; aridis virgultis, tumultuarium in foro rogum exstruxerunt: impositoq; in rogum lecto, repentè duo quidam gladiis accincti, & bina iacula gestantes, ardentibus cereis facibus rogum succenderũt. In quem statim tibicines sceniciq; artifices, qui ludos funebres fecerant, vestem quam ex instrumento triumphorum in eum vsum induerant, detractam sibi discissamq; cum reliquo pompæ funebris apparatu splendidissimo iniecère. Similiter & veterani aliiq;

A liiq; milites dona militaria & arma quibus exculti funus celebrarant. Frequens etiam ciuium & matronarum multitudo coronas & alia pleraq; ornamenta quæ gestabant, tum etiam puerorum bullas & prætextas in rogũ coniecêre. Nec fuit vlla exterarum in vrbe nationum, quæ non suo more & patrio ritu luctum suum testaretur. Præ ceteris autem Iudæi, qui etiam pluribus noctibus continuis bustum eius frequentarunt. Plebs autem arreptis ex semiusto rogo titionibus, pars ad percussorum ædes, Bruti potissimùm & Cassij, pars ad curiam ipsam in qua Cæsar cæsus fuerat, furibundi conuolauêre: flammasque iam iniicere parantes, vix tandem à domesticis propugnantibus repulsi, & vicinis deprecantibus exorati, destitêre: nec id-

B ipsum sine minis se postridiè armatos ad ædes expugnandas redituros. Sed hic tumultus militibus potissimùm obsistẽtibus, tum etiam aliquot ex audacissimis seditiosissimisque de rupe Tarpeia præcipitatis, tandem sedatus est. Alij dum ad inuestigandos percussores passim per vrbem hàc illàc feruntur, Heluium Cinnam quendam Tribunum plebis Cæsari amicissimũ fortè obuium, errore nominis decepti, quòd Cornelium Cinnam Prætorem esse crederent (qui proiecta purpura in Cæsarem inuectus fuerat) crudelissimè trucidauêre: ita vt ipso in plurimas partes per summam immanitatem discerpto, ne membrum quidem integrum ad sepulturã colligi potuerit. Caput autem hastæ infixum ad aliorum terrorem circumtulêre.

C Hinc Consules omnibus armorum gestatione interdixêre, solis militibus exceptis. Magna etiam pars populi per totam noctem ad rogum pernoctauêre. Posteaq; eo loco quo rogus fuerat in rostris aram populus posuit: addita postea & ab Antonio columna. xx. pedum ex lapide Numidico solida, cui inscripserat: PARENTI PATRIÆ OPTIME MERITO: apud quam populus aliquãdiu sacrificare ipsi tanquam Deo, vota suscipere, & controuersias etiam concepto per Cæsarem iureiurando dirimere perseuerauit. Sed hæc ara cum columna haud multò pòst à Dolabella Consule disturbata & solo æquata est. Reliquiæ autem corporis & cineres cremati à libertis collecti, in monumentum ipsius familiare repositi sunt. Alij ab Antonio in *ARA CAESARIS.*

D sublimi solidæ columnæ collatos tradunt. Cæsar autem posteà ab Augusto in Deorum numero relatus est. Quumq; ludis, quos Augustus ipsi consecratos edebat, sidus crinitum per septem dies continuos fulsisset, vulgus quòd hanc animam Cæsaris esse sibi persuaderet, etiã cælo receptum constanter credidit. Quin & Sol ipse toto eo anno pallidior eluxisse traditur. Nec multò pòst pro ara & columna à Dolabella disiecta, templum ipsi in in foro, eodem ferè loco Augustus constituit: & simulachrũ Cæsaris cum stella crinita in vertice in eo dedicauit: versóq; in locum & tempus cædis opprobrio, Curia in qua occisus fuerat, tanquam locus infaustus & scelera tus, obstrui iussa est. Idusque Martias Parricidium appellari placuit: cau- *IDVS MARTIAE PARRICIDIVM DICTAE.*

tum

cumq; ne eo die tamq; nefasto posthac Senatus haberetur. Hunc itaq; A vitæ cursum, hunc finem sortitus est Cæsar, quarto antequàm in Parthos constituerat proficisci die, annos natus sex & quinquaginta, summa in Re publica potestate vsus annos tres, menses plus minus sex, siue vt alij maluê re, supra annos iam dictos menses quattuor, dies quinq;. Qui verò à primo secundi Consulatus die, imperij ipsius initium constituunt, vsque ad diem cædis annos quattuor, menses duos, & dies quindecim computant. Forma autem & statura, aliisq; corporis dotibus excelluisse traditur: fuisseque colore candido, teretibus membris, ore paulò pleniore, nigris vegetisq; oculis, capite tamen caluitio nonnihil deformato. Valetudine aûtem firma fuit, eaque prospera ferè semper vsus est: nisi quòd capitis doloribus subinde vexaretur, & extremo tempore repentinis animi deliquiis infestaretur: B bis etiam inter res agendas morbo comitiali correptus. Circa cultum corporis plus aliquãtò curæ quàm tantum virum deceret impendebat, etiam maior iam natu, adeò vt vel hinc maximè inimicorum obtrectationes tan quàm mollis atq; effeminatus incurrerit: quũ non solùm tonderetur diligentiùs & raderetur, sed & velleretur. Et quòd ad Venerem genus suum re ferret, ab ea natiuam quandam formæ venustatem sibi adesse videri volebat. Ad dissimulandam caluitij deformitatem, capillum deficientem à vertice reuocare consueuerat: hinc ex omnibus honorib. sibi à Senatu populoq; Ro. concessis, non aliud aut libentiùs aut frequẽtiùs vsurpauit, quàm C ius laureæ perpetuò gestandæ. Veste quoq; laxiore & cinctura fluxiore etiam à puero vti solitum tradunt. Quod & à Sulla in eo olim notatũ, dum pro ipso instantibus aliquando respondit, Cauerent sibi à malè præcincto. Cicero etiam pòst cladem Pharsalicam, Non putabam inquit, vnquã fore, vt Pompeius à tam malè cincto vinceretur. Reliquo autem cultu notabilis, lato clauo ad manus fimbriato vti consueuerat, vesteq; sublimiori & rubra more priscorum Regum Albanorum, ad quos propter Iulum se pertinere iactabat. Annulo autem Venerem armatam insculptam gestabat. In victu minimè fastidiosus, alium sibi q̃ cuiuis cõuiuarum panem aut reliqua cibaria apponi nolebat: appositoq; forte in conuiuio ad quod voca- D tus fuerat oleo condito pro viridi, aspernantib. ceteris solus etiam largiùs ex eo comedit. In potu vini parcissimus fuisse perhibetur. Hinc illud M. Catonis, vnum ex omnib. Cæsarem sobrium ad euertẽdam Remp. accessisse. Inter vina autem Mamertinum, quod prope Messanam in Sicilia nasceretur, præcipuè commendauit: atque hoc epulis publicis plerunq; præbuit. In prouinciis autem assiduè duobus tricliniis cõuiuabatur: vno quo sagati palliatiq;, altero quo togati cum illustriorib. prouincialium discumberẽt. Et hæc quidem ad corpus pertinent. Animi verò vigore & ingenij acrimonia præstantissimũ fuisse certum est, quũ simul & scribere & legere, au

dire

A dire & dictare solitus sit: epistolasque de rebus etiam maximis quaternas, nonnunquàm & septenas simul dictasse tradatur, incredibili memoriæ & sensuum præsentia. Eloquentia & arte dicendi ita excelluit, vt post Dolabellæ accusationem præcipuis patronis adnumeratus sit: & Cicero ipse oratores enumerans dicat, se non videre cui Cæsar debeat cedere. Scripsit inter cetera belli Gallici ciuilisq; contra Pompeium commentarios, duos etiam de Analogia libros, & totidem quos Anticatones inscripsit, contra librũ quem Cicero in laudem Catonis Vticensis defuncti, cui titulum Cato fecerat, conscripserat. In reliquis animi dotibus sublimitate omniũ capace supra humanam naturam euectus, magnitudiniq; cogitationum respon-
B debat conficiendi celeritas: vt quemadmodum mens, sic & manus ad impossibilia ferè semper ei suffecerint: ita tamen vt voluntas intra potestatem consisteret. Hinc nemo modestiùs, prudentiùs aut clementiùs victoria vnquàm vsus est, quàm ipse tot ac tantis: adeò vt propria sibi quodammodo ac peculiari clementiæ laude omnes longo interuallo vicerit. Quam Cicero tanti fecit, vt eam omnibus ipsius rebus gestis, quæ tamen omniũ aliorum ducum atq; Imperatorum, exterarumq; gentium & Regum facta facilè superarent, non dubitet anteponere: imò ne conferenda quidem illa cum hac putet. Fuit enim Cæsar animo alioqui perquàm facili & leni non in amicos solùm, sed & inimicos supra quàm credi posset: adeò vt offensas
C etiã maximas facillimè remitteret, vindictæq; minimè cupidus vltionem facilè negligeret: nullasq; simultates tam graues vnquàm susceperit quas occasione oblata non lubens deponeret. Hinc inter cetera Valerium Catullum poëtam, qui famosissimis versibus famam ipsius prosciderat, ita vt eius carminib. perpetua sibi stigmata quodammodo inusta haud ignoraret, purgantem se eodem die cœnæ adhibuit, nec hospitio patris ipsius con sueto vti desijt. Imò & post bella ciuilia, quum penes ipsum esset omnium rerum arbitrium, si quæ in se grauiùs aut dicerentur aut cogitarentur, inhibere maluit, quàm vindicare: detectasq; coniurationes & conuentus contra se nocturnos, satis habuit edicto ostendere sibi notos, acerbiusque loquentibus pro concione ne perseuerarent, denunciare.
D Quod attinet ad rem disciplinamque militarem, armorum atque equitandi vel à prima adolescentia peritissimus, laboribusq; assuetus, quosuis etiam patientissimè pertulit: sæpius pedibus quàm equo aciem antecedẽs, longissimas vias incredibili celeritate cõfecit, aliquando rheda meritoria expeditus centum in singulos dies milia. Si iter facienti flumina obstarent, ipse vel nando vel vtribus inflatis innixus eadem traiiciens, sæpe etiam nuncios aduentus sui præuenit. In expeditionibus non minùs cautus quàm audax, nunquã exercitum per itinera insidiosa duxit, nisi priùs locum speculatus. In prælijs capessendis nullam temerè occasionem prætermittebat, vt etiam ex itinere

ſæpe nonnunq̃ etiam maximis procelloſiſſimiſq; tempeſtatibus pugnam A committere non dubitaret, quum hoſtis minimè exſpectaret. Extremo tamen tempore maximè bello Africano, cunctantior in dimicando fuit. Vix vnquã hoſtem prælio vicit, quin & caſtris eum exueret: neq; enim profligatis vllum ſe colligendi ſpaciũ dabat. Ancipiti prælio ferè equos dimittebat. Ipſe potiſſimùm ex equo deſcendens, pedes rem gerebat. Equum habebat ſibi peculiarem, fiſſis in modum digitorũ vngulis pedes humanos referentem. Hunc apud ſe natum pronunciantib. aruſpicibus imperium orbis terræ domino protendere, ſumma cura ali iuſſit: quumque ſeſſorem non admitteret, ipſe primus in eum aſcendit: poſtea ſimulachrũ ipſius pro æde Veneris Genetricis dedicauit. Aciem inclinatam non ſemel ſolus reſtituit, B fugientibus ſe opponens, ſinguloſq; manu iniecta retrahens, & contortis aliquando faucibus in hoſtem obuertens. Militem non tam moribus aut facultatibus, quàm à viribus probabat: in eundem nunc ſeuerior nunc indulgentior: diſciplinæ tunc grauiſſimus exactor, quum hoſtis in proximo eſſet: ita vt nec prælij nec itineris tempore denunciato, in omnem euentũ ſingulis horis & momentis paratum & intentum eſſe iuberet: & quò eum cõtinuis laboribus exercitatiorem redderet, ſæpe ſine cauſſa etiam feſtis & pluuiis diebus, repentè iter ingredi iubebat, nunc ſubtrahens nunc augens iter, tam nocte quàm interdiu, quò ſeriùs ſubſequentes defatigaret, admonens ſubinde ſe obſeruandum à militibus. Famam verò hoſtilium copiarum, non vt alij ferè duces minuere ſolebat, ſed ſæpius etiam amplificando C cònfirmabat. In coercendis delictis remiſſior ad pleraq; conniuebat: in ſeditioſos tamen & deſertores ſeueriùs ſemper animaduertit. Poſt victoriam autem aut laborioſa prælia, militibus omnem laſciuiendi licentiã permittere ſolebat, iactans ſuos etiam vnguentatos fortiter pugnare: habebatq; tam cultos, vt armis auro argentoq; conſpicuis eos ornaret, quum ad ſpeciem, tum vt vel metu damni pro victoria maiore ſtudio & ſollicitudine contenderent. Pro concione nòn milites, ſed cõmilitiones ſemper appellabat. In ſumma vſqueadeò eos diligebat, vt audita clade Tituriana, barbam capillumq; ſummiſerit, nec antea ſibi demi iuſſerit q̃ vindicaſſet. Hinc vi- D ciſſim & ab illis ita diligebatur, ſibique deuotos habebat, vt bellum ciuile ſuſcepturo Centuriones cuiuſq; legionis ſingulos equites è viatico ſuo offerrent, & vniuerſi milites gratuitam, & ſine frumẽto ſtipendioq; operam, locupletiorib. tutelam tenuiorum in ſe recipientibus: nec quiſquam tanto tempore ab ipſo deſciuit. Pleriq; capti etiam vitam ſub conditione ſi aduerſus ipſum militare vellent conceſſam recuſarunt. Famem, frigus, ceteraq; bellorum & profectionum incommoda & tædia animis æquiſſimis & admirabili conſtãtia pro ipſo ſemper & vbique ſuſtinuêre. Seditionẽ quoq; nullam bellis Gallicis expertus eſt, ciuilibus paucas: ſed ita vt celeriter ad

offi

A officium redirent, neq; id tam ducis indulgentia q̃ auctoritate: neq; enim tumultuantibus vnquã cessit, sed semper restitit. His militibus, hac disciplina vsus, quinquagies signis collatis dimicauit, ferè semper felici euentu: & præter eos, qui bellis ciuilibus occubuêre, quos annotari noluit, vndecies centum nonaginta duo hostium milia cecidisse memoratur. Addunt quidam mille vrbes vi captas, regiones trecentas subactas, ita vt meritò Cicero de eo prædicasse videatur: Omnes etiam clarissimorum Regum res gestas, nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorũ cum ipsius rebus posse conferri, nec quenquam citiùs passibus disiunctissimas terras
B peruagaturũ fuisse, q̃ ipsius non cursibus sed victoriis illustratæ fuerint.

Ceterùm huic tanto viro, & sua fuêre vitia: nam in prima adolescentia propter Nicomedis Regis contubernium pudicitiæ prostratæ opinionem & dedecus incurrit. Quæ res ipsi & à pluribus & per omnem ætatem sæpiùs exprobrata est. Certum est & complures etiam illustres matronas tam in vrbe quàm in prouinciis corrupisse: nec à Reginarum quarundam amoribus abstinuisse: profusissimisq; largitionibus illarum amorem vel conciliasse vel retinuisse. Romæ autem has potissimũ adamasse traditur, Posthumiam Ser. Sulpitij, Lolliam A. Gabinij, Tertullam M. Crassi, & Mutiam Cn. Pompeij, sed præ omnibus Seruiliã Catonis sororem, ex qua & M. Bru
C tum principem coniurationis suscepisse creditur, cui margaritam HS sexagies mercatus fuerat, & bello ciuili præter alias donationes amplissima prædia ex auctionib. hastæ minimò addixerat. Ex Reginis Eunoën Mauram Bogudis vxorem dilexit, cuius maritum plurimis immensisq; donationibus prosequutus fuerat. Sed Cleopatram magis, cuius consuetudine diu familiariter vsus filium ex ea sustulit, sibi perq̃ similem, quem de suo nomine Cæsarionẽ dici passus est. Quæ eius in Venerem propensio quum neminem lateret, vt qui vel quinquagenarius etiam pluriũ consuetudine vteretur, ferunt inter cetera ei permissum, vt cum quibuscunq; vellet feminis rem haberet. Diuitias quoq; & pecunias æquè impotenter ap-
D petiisse traditur, vsq; adeò vt in Gallia, & alibi ne à fanis quidem sacrisq; donarijs abstinuerit: & oppida quædam non tam ob delictum, q̃ propter prædam diruerit. Hinc & primo suo Consulatu è Capitolio tria milia pondo auri abstulisse, tantundem inaurati æris reposuisse traditur. Alij prodidêre, ærario expilato laterum aureorum. xxv. milia, & in numerato pondo ccc. abstulisse: societates etiam & regna pretio vendidisse, ablatis vni Ptolomæo suo & Pompeij nomine sex talentorum milibus: postea verò manifestissimis rapinis & sacrilegijs bellorum ciuilium onera, & triumphorũ ac munerum impendia sustinuisse. Gemmas, toreumata, signa, & tabulas operis antiqui animosissimè comparauit: seruitia etiam recentiora

X ij poli-

politioraq; immenso precio coëmit: adeò vt ipsum puderet, & summas ijs A
rebus impensas rationibus inferri vetaret. Lautitiarum munditiarumq; alioqui studiosissimus, in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circumtulit. Villam in Nemorensi à fundamentis inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non per omnia animo ipsius satisfaciebat, quanquàm tenuis adhuc tum temporis & obæratus totam diruit. Habitauit primùm in Suburra modicis ædibus, Pontificatum verò Maximum iam adeptus, in via sacra domo publica. Vxores habuit quattuor, quarum prima Cossutia locuples admodum prætextato etiamnum desponsata, postea ab eodem .XVII. annos nato dimissa est. Altera Cornelia Cinnæ quater Consulis filia, ex hac Iuliam filiam suscepit, Pompeio postea desponsa- B
tam: hancquum in vita plurimùm amasset, mortuam pro rostris laudauit. Tertiam Pompeiam Q. Pompeij filiam, L. Sullæ neptem, quam propter adulterium cum P. Clodio in templo Bonæ Deæ repudiauit. Postrema fuit Calpurnia L. Pisonis filia ipsi superstes. Quidam suspicati sunt, ipsum pertæsum vitæ, quòd valetudine minùs prospera iam vteretur, diutiùs viuere noluisse, ideoque & religiones & vaticinia de exitu ipsius, imò & ea quæ amici de coniuratione renunciarant, neglexisse: nec periculum quod sibi instare intelligebat, euitare voluisse. Hoc certè constat dicere solitum, non tam sua quàm Reipublicæ interesse, vt quàmlongissimè viueret: se enim satis diu vel naturæ vel C
gloriæ vixisse, sed Rempublicam, si quid sibi eueniret, neq; quietam fore, & aliquantò deteriore conditione bella ciuilia subituram. Hoc etiam apud omnes indubitatum est, ipsum mortem repentinam & subitam, qualis ipsi contigit, non semel exoptasse, lentam & præmeditatam aspernatum & exhorruisse.

A COMPENDIOSA EORVM QVAE POST CAEDEM C. IVLII CAESARIS VSQVE AD TRIVMVIRATVM GESTA SVNT, NARRATIO.

POstquàm Cæsaris interfecti manibus Senatus Populusq́; Romanus parentasset, è percussoribus D. Brutus in Galliam Cisalpinam, Trebonius in Asiam, Tullius Cimber in Bythiniam, prouincias sibi iam antè à Cæsare decretas, profecti sunt. Cassius verò & Brutus id temporis Prætores, quos Cæsar in annum sequentem Syriæ & Macedoniæ præfecerat, Senatui præ ceteris grati, vt ea quæ sui muneris essent procurarent, ad vrbem remansêre: mi- B litesq́; quibus Cæsar agros adsignauerat, metu nouorum tumultuum in colonias diuisêre: concesso ipsis extra ordinem inter cetera, vt portiones suas quibus vellent statim vendere liceret: quod lex hactenus post vigesimum demùm annum fieri permittebat. Per id tempus Amatius quidam qui se Marij filium videri & credi volebat, excitata ara eo loco quo Cæsar crematus fuerat, plebem aduersus percussores concitabat. Hunc Antonius comprehensum indicta caussa occidi iussit. Dolabella autem Consul aram Cæsari dicatam cum columna, cui iussu Antonij inscriptum fuerat, PARENTI PATRIAE OPTIME MERITO, euerti, locumq́; complanari & sterni iussit. Quæ res quanquam Senatui Brutoque & Cassio non ingrata, plebis tamen & militum qui se Amatio iunxerant, animos aduersus Antonium inflammauit. Quumque ea res ad maiores motus spectaret, superuentu militum Antonianorum, plerisque è seditiosissimis comprehensis & occisis (è quibus serui quidem suspensi, ingenui verò de saxo præcipitati C sunt,) tandem is tumultus sedatus est: ita tamen vt hinc plebis in Antonium beneuolentia in odium conuerteretur. Antonius autem de reuocando ex Hispania Sex. Pompeio Magni filio, & sestertiûm quingenties ipsi ex publico pro bonis paternis in ærarium delatis persoluendo, classisq́; atque oræ maritimæ imperio ipsi vti patri prius decernendo, ad Senatum rettulit. Quæ res Patribus imprimis grata effecit, vt permittente Senatu contra plebis sibi offensæ metum, è veteranis lectissimos quosq; & rei bellicæ peritissimos corporis custodes ad sex milia sibi constitueret. Qui numerus quum Senatui suspectus esset, monereturq́; Antonius vt in certum modum eum contraheret, respondit se id facturum, quamprimùm plebs ad pristinam quietem rediisset. His itaq; Antonius munitus præsidijs, ex commentarijs actorum Cæsaris quæ penes ipsum erant, nihil non pro suo arbitrio gerebat: deletisq́; quibusdam alia in eosdem referebat & supponebat: ita vt alia alijs pro lubito suo tanquam ex præscripto & mandato Cæsaris vel adimeret vel tribueret: inter hæc D Regibus & Dynastis prouincias & regna, ciuitatibus & populis libertatem, immunitatem, ius ciuitatis, & alia eiusmodi, etiam contra Senatusconsultum, quo cautum fuerat, ne qua tabula vllius decreti vel beneficij Cæsaris post Idus Martias figeretur. Atq; hæc etiam in columnas æneas incidi, & publicè proponi curauit. Inter cetera M. Lepidum, quò & illum sibi deuinciret, Pontificem Maximum in locum Cæsaris constituit, translata à populo ad collegiū Pontificum eius sacerdotij electione: eidemq́; filiam suam nuptui dedit. Quæ omnia haud satis æquo animo ferentes Brutus & Cassius, quum non nisi ipso oppresso Rempublicam saluam fore persuasum haberent, D. Brutum, Trebonium, & Tullium Cymbrum clam per litteras de pecunia & exercitu sibi prospicere monent: simulq́; & ipsi quamprimùm in prouincias sibi decretas proficisci constituunt, bello necessaria comparaturi. Ceterùm ne nondum finito Præturæ anno prouinciam ante tempus ambi-

M. LEPIDVS PONTIFEX MAX.

 tio-

tiosius inuadere, aut metu Antonij fugientium specie vrbe excedere viderentur, annonæ conuehendoq; in vrbem frumento à Senatu præfecti, vrbem egressi sunt. A quorũ discessu Antonius Syriam quidem & bellum Parthicum cum legionibus ad id bellum à Cæsare comparatis & iam in Macedoniam præmissis, rogatione ad populum lata, Dolabellæ collegæ à populo suffragijs tributis decerni impetrauit: Macedoniam verò ipse à Senatu obtinuit, nulla habita aut Bruti aut Cassij, quibus eæ prouinciæ à Cæsare prius decretæ fuerant, ratione: ita tamen vt Senatus vicissim loco illarũ ab Antonio M. quidem Bruto Cretam, Cassio Libyam siue Cyrenem peteret: quanquàm alij Cassio Cretam & Cyrenem, Bruto verò Bithyniam decretam tradidêre. atque hæc quidem tum in vrbe agebantur. A

Octauius interea annos natus plus minus duodeuiginti, qui à Cæsare ad bellum Parthicum præmissus, Apolloniæ, quæ ad mare Ionium est, dum bello necessaria cõparantur, interim litteris operam dabat, simul in re militari erudiebatur, sexto postquam eò appulerat mense, de cæde Cæsaris intelligit: communi'ne totius Senatus auctoritate & populi consensu, an verò paucorum aduersariorumq; inuidia & audacia incertum. Postea intellecto priuatorum id fuisse facinus, quanquam quamplurimis Tribunorum, qui ad ipsum ex Macedonia confluxerant, ad cædis vltionem hortantibus, L. tamen Philippo vitrico, & Attia matre per litteras ex vrbe contrà suadentibus, dilato vindictæ proposito, maximè quòd ignarus esset tam testamẽti, quàm eorum quæ cædem subsequuta fuerant, in Italiam traiecit. Quumq; de legionum quæ Brundusij erant voluntate incertus, Brundusium petere dubitaret, Lupiam oppidum maritimum haud longè Brundusio distans appulit: ibique postquam se testamento à Cæsare adoptatum, pariterq; hæredem scriptum, quamque ea cædes populo parũ grata, tum cetera pleraq; quæ post cædem accidêre intellexit, animum statim ad cædis vltionem adiecit: ita tamen vt interim dissimularet, dum militum & amicorum studia periclitaretur. Factusq; mox certior de militum Brundusianorum in se animo, Brundusium properè profectus ab vniuerso exercitu obuiam progresso tanquam Cæsaris filius exceptus est: Cæsarq; ex eo tempore appellari cœptus. Quumq; hic maximus omnis generis & conditionis hominum concursus ad ipsum vti Cæsaris filium fieret, omnibus operam suam & studium, eamque pecuniam & reliquum belli apparatum, qui ad bellum Parthicum comparatus in Macedoniam Brundusio transmittebatur pollicẽtibus, hinc factus cõfirmatior, magno cum comitatu, quòd noui quotidie hinc inde potissimùm veterani è colonijs affluerent, ad vrbem proficiscitur. Quumq; Terracinam peruenisset ad quinquagesimum ab vrbe lapidem, tam de Syria & Macedonia Bruto & Cassio ademptis, & Pompeio ex Hispania adscito, quàm de reliquis quæ haud ita pridem in vrbe gesta erant, cognoscit. Paucis igitur comitatus habitu priuati quasi solius hæreditatis adeundæ gratia, vrbem ingreditur: vocatosq; ad se sub noctem amicos rogauit, vt in diem sequentem frequẽtes sibi præstò esse vellent. Cum quibus postridie in forum progressus, C. Antonium Marci fratrem (qui tum pro Bruto absente Præturam vrbanam administrabat) ex more adiens, adoptionem se Cæsaris accipere professus est: hinc ad Antonium progressus, oratione vsus modesta, patremq; Antonium subinde appellans, ex hæreditate paterna, quæ vniuersa penes Antonium erat, tantum pecuniæ sibi reddi petijt, quantum ad præstanda populo legata sufficere existimaret, reliqua preciosiora se æquo animo ipsi relicturum. Qua Cæsaris libertate offensus Antonius quum durius respondisset, pecuniamq; petitam restituere recusaret, vt ex qua nihil penes se reliquum esset, simulq; ab adeunda tam graui hæreditate Cæsarem deterreret, adoptionem Octauij omnimodo impugnare studuit, dum per Tribunos plebis promulgationẽ legis Curiatæ (secundum quam ipsum in familiam Cæsaris adoptari oportebat) impediri, & in aliud tempus extrahi curauit. Quibus contumelijs accensus Octauius implorato populi contra Antonij iniurias auxilio

(margin letters: B beside "mense, de cæde…", C beside "mo, Brundusium…", D beside "tem frequẽtes…")

A lio, quum non esset vnde legata populo persolueret, bona Cæsaris venum proposuit: iussitq; præcones omnia quamminimò addicere. Quumq́ne ne hæc quidem persoluendis omnibus legatis suffectura viderentur, vniuersum etiam patrimonium, materna quoque bona & Philippi vitrici, imò & hæreditarias Pedij Pinarijq; portiones vendi iussit: & omnem pecuniam quæ ex rebus diuenditis cõficiebatur, tributim vt quisq; primus petebat in persolutionem legatorum erogabat: iniecta interim etiam aliarum maiorum donationum spe, non minore cum liberalitatis laude quàm Antonij inuidia. Brutus interim & Cassius postquàm viderunt se spe demerendæ plebis per spectacula & ludos, quos Brutus absens per C. Antonium sumptuosissimos ediderat, frustratos, constituerant in Syriam & Macedoniam prouincias sibi decretas quamprimùm proficisci. Sed Dolabella hac de re certior factus, prior in Syriam proficiscitur, qui dum per Asiam, quam Trebonius tum obtinebat, in Macedoniã properat, capta per noctem Smyrna, Trebonius à Dolabellianis

B in cubiculo deprehensus obtruncatus est: caputq; eius postridie iussu Dolabellæ spectaculo omnibus in sella prætoria in qua ius dicere solebat propositum ludibrioq; habitum, corpus verò reliquum nullis non contumelijs affectum est. Hic primus percussorum Cæsaris parricidij pœnas luit. Antonius autem vsus opportunitate famæ, qua nuntiabatur Getas Macedoniam incursionibus vastare, legiones Macedonicas sex cum reliquo equitatu & sagittariorum multitudine à Senatu aduersus Getas prouinciam suam infestantes sibi concedi petijt: depactusq; cum Dolabellæ amicis, vnam se ipsi legionem traditurum pollicitus est. Quò autem Patribus atque Senatui omnem de se suspicionem affectatæ dominationis eximeret, de Dictatura, quæ vim regiæ potestatis obtinebat, funditùs è Republica tollenda retulit: ita vt si quis eum magistratum etiam oblatum recepisset, à quouis impunè occidi posset, præmio insuper percussori constituto. Ita in hanc sententiam summo omnium cõsensu factum Senatusconsultum, quod Antonius ipse à se descriptum domo attulerat: ipsoque Antonio verbis amplissimis collaudato actæ à Senatu gratiæ, tanquam Republica per ipsum non solùm regno, sed etiam regni timore liberata: traditisq́ue legionibus eodem Senatusconsulto Macedonici exercitus Imperator appellatus, tanquã cui iam tutò propter Dictaturam abolitatem credi posset, C. fratrem cũ Senatusconsulto statim in Macedoniam præmittit. Sexto quoque Pompeio, qui maximas in Hispania copias contraxerat, eodem tempore ex Antonij sententia impunitatem à Cæsare concessam Senatus confirmauit: decretumq́ue vt quæ ex bonis paternis pecuniæ in ærarium delatæ erant, restituerentur: nam prædia & fundos Antonius vili precio redemptos occupabat. Quibus cõditionibus postea à Lepido, qui Hispaniæ citeriori præerat, ad Sextum perlatis, Sextus iisdem acceptis dimissoq́ue exercitu Hispania excessit. Haud multò pòst quum exploratores in Macedoniam præmissi, intellecturi an ea quæ de Getis fama spargebantur vera essent, negarent quidem Getas intra Macedoniam conspectos, verùm

DICTATVRA SVBLATA.

ANTONIVS IMPERATOR

D si exercitus inde deducatur, metuendum ne in prouinciam irrumpant, Antonius quum non videret qua potissimùm occasione exercitum è Macedonia in Italiam transportaret, apud Senatum egit, vt permutatis prouincijs pro Macedonia Gallia Cisalpina, quam D. Brutus tum obtinebat, ipsi decerneretur. Sed Senatus intellecto insidioso Antonij consilio, maximè quòd legiones Macedonicas non in Italiam, sed in Galliam transferre cogitaret, tanquam ibi arcem belli constituturus, tantum abfuit vt Galliam decerneret, vt insuper Macedoniam concessisse pœniteret: quidamq; ex eo ordine scriptis ad D. Brutum litteris, vt prouinciam constanter retineret, militibusq; & pecunijs conficiendis diligenter incumberet, admonuêre. Quare Antonius quum se à Senatu nihil impetraturum intelligeret, sciretque Cæsarẽ priùs eandem prouinciam à populo obtinuisse, vti & Syriam nuper Dolabella, rogationem ad plebem de Gallia tulit: simulq́ue vt Patribus metum inIiceret,

iiceret, Caium Fratrem cum legionibus Brundusium traiicere iubet. Hoc ferè tempore Cæsar ludos Latinos propter dedicationem templi Veneris Genetricis celebrauit: quumq; sellam Cæsaris auream & coronam gemmis distinctam in theatrum inferre pararet, (vti ipsi S. C. inter ceteros honores concessum fuerat) ab Antonio prohibitus est. Per eos dies & cometes quotidie inter Septentrionem & occasum effulsit, quem vel animam Cæsaris in cælum recepti & immortalitate donati, vel sidus peculiare Cæsari sacrum vulgus credidit. Hinc & Cæsar statuam æneam cum huiusmodi stella vertici ipsius imminente in templo Veneris consecrauit. Ceterùm quum Antonius non obscuris indicijs atque argumentis conceptum in Cæsarem odium quotidie magis ac magis proderet, & Cæsar ipse siue metu Antonij, siue ad augendam inuidiam publico abstineret, animosque multitudinis & veteranorum sibi quoquo modo conciliaret, deque Antonij in se iniurijs apud eosdem itentidem expostularet, Antonius intelligẽs se hoc nomine indignationem populi incurrere, primùm Cæsari interminatus est. Sed quum minæ ipsæ in vulgus elatæ omnium animos in Antonium magis etiam accenderent, monentibus cùm Tribunis cohortium prætorianarum, qui olim sub Cæsare militarant, tum alijs quibusdam vt Cæsari reconciliaretur, cessit Antonius: seque cum Cæsare in gratiam redire velle professus est, modò & ille fiat modestior: idque eò lubentiùs sibi persuaderi passus est, quòd Cæsaris, qui apud plebem gratia valeret, operam ad Galliam à populo obtinendam magno sibi vsui esse posse intelligebat. Deducti igitur hinc inde à Tribunis ad colloquium, post multas altercationes quum alter alteri nihil de suo cõcederet, odium mutuum & simultatem non tam deposuêre, quàm ad tempus dissimulauêre. Facta itaq; recõciliatione, Antonius suffragante potissimùm Cæsare, & Tribunis plebis, quos Antonius corruperat ne intercederent, silentibus, Galliam citeriorem inuitis Patribus per plebiscitum à populo impetrauit, Bruto pro Gallia Macedoniam accepturo: additumq; plebiscito, vt ni Brutus prouincia decedat, licere Antonio illum bello persequi: & si Getæ nihil noui moliantur, exercitum contra illum in Italiam transportare. Cæsar vicissim quum & ipse mutuam ab Antonio gratiam exspectaret, comitijsque tribunitijs in locum Heluij Cinnæ per tumultum à plebe occisi, cui nondum successum fuerat, Tribunus plebis fieri affectaret, quanquam paratis in id vniuersæ ferè plebis suffragijs: quoniam tamen id Senatus minùs probabat, Antonius iam voti compos, contempta recenti Cæsaris amicitia, vt Senatui propter Galliam à populo impetratam sibi offenso quoquo modo gratificaretur, contentus præsenti Tribunorum numero, ne Cæsar Tribunus fieret, comitia sustulit, non sine graui tum plebis tum ipsius Cæsaris indignatione: ita vt statim in colonias ad veteranos, quibus agri à patre Cæsare assignati fuerant, de Antonij in se iniurijs cõquesturos mitteret: simul & alios Brundusium ad Antonij exercitum cum muneribus, qui etiam Antonianorum animos tentarent. Itaque quanquàm in speciem reconciliati, dum tamen vterque sibi ab altero insidias strui credit, occultas inter se inimicitias exercebãt: & licet postea subinde opera intercessioneque Tribunorum militum sibi reconciliati, fieri tamen non potuit, quin odium iam altiùs conceptum mox aliquando erumperet. Et Antonius quidem potentia & viribus præstabat, ceterùm Cæsar tam populi quàm militum studia atque animos sibi addictiores habebat, cùm propter recentem patris memoriam, tum propter legata populi partim iam præstita, partim adhuc præstanda, & spem insuper aliorum etiam maiorum iniectam. Nec multò pòst huiusmodi ferè initijs res in apertum bellum erupit. Cæsar enim postquàm intellexit Antonium Brundusium ad legiones esse profectum, tum etiam ex ijs quos in Campaniam ad colonias paternas miserat, veteranos indignè ferre cædem Cæsaris inultam remanere, veritus ne ab Antonio cum exercitu superueniente opprimeretur, ipse quoque nihil cunctatus cum quantis poterat maximis pecunijs in Campaniam ad

LVDI LATINI FACTI.

A B C D

A ad veteranos properans, plerasque coloniarum, Calatiani imprimis & Casilinum, ad se pertrahit: repræsentatisque quingentis in singulos sestertijs, siue vt Dion auctor est, duobus milibus nummûm, & plura pollicitus, tumultuariam decem milium è colonis euocatorum manum cogit, ac sub vno signo ducit: non tam aduersus Antonium, vti videri volebat, ipsis vsurus, quàm ipsorum opera Antonio reconciliandus, & cædem patris vlturus. Et quanquam Romæ intellecto vtriusq; exercitus aduentu, ab vtroque metus esset, opera tamen & persuasione Canurij Tribuni plebis, qui Antonio inimicus partes Cæsaris fouebat, effectum est, vt Cæsar, qui prior ad vrbem venit, à plebe gratis animis exciperetur: indignantibus tamen initiò militibus, potissimũ veteranis, qui aliquando sub Antonio meruerant, sibi aduersus Antonium Imperatorem quondam suum & nunc etiam Consulem, contrà quàm putarant, arma capienda: ita vt plurimi pœnitentes causationibusque vsi pedem referrent, domumque se reciperent. Cæsar autem quanquam quid ipsi in animo B haberét satis intelligeret, dissimulata tamen in præsens indignatione, quum verbis potiùs & obsequiis quàm vi retinendos censeret, laudatos quòd se deduxissent, donatosque à se dimisit: addito tamen, quando ipsorum tanquam paternorum amicorũ opera, quàm aliorum quauis in necessitate vti mallet, si quando opera ipsorum in posterũ vtendum foret, longè vberiorẽ gratiam & maiora præmia donaturum: ita ex decem milibus mille tantùm vt quidam, vt alij tradunt, tria milia permansêre. Sed hi qui iam recesserant, partim spe præmiorum illecti, partim quòd militiæ lucra agriculturæ laboribus præferrent, haud multò pôst mutata sententia, simulantes se pro armis tantùm petendis, vti prætexuerant, domum regressos, cum armis ad Cæsarem reuersi sunt: qui tum fortè nouorum delectuum caussa in Etruriam profectus fuerat, Rauennamque & propinqua loca cum alia pecunia obibat, milites & copias, quas tum cogebat, Aretium conuenire iubens. Antonius autem inuentis Brundusij è quinq; Macedonicis legionibus quattuor, postquam apud mili- C tes verba fecisset, exercitumque se in Galliam prouinciam sibi decretam ducturum pronunciasset, centum viritim, vt quidam tradidêre, siue vt alij. CCCC. singulis sestertios pollicitus est. Quæ Antonij in promittendo parcitas à militibus ampliora longè ab Antonio, vtpote locupletiore, quàm à Cesare exspectantib. primò risu excepta est: posteà molestè id ferente Antonio grauis etiam sequutus est tumultus & seditio: factaq; ex militari instituto decimatione, Antonius in partem eorum, forsan trecentos (in quibus & Centuriones aliquot fuêre) etiam præsente vxore & familiaribus capitaliter animaduertit: Tribunosq; ferè omnes siue ob seditionem, siue suspicans eos à Cæsare sollicitatos, mutauit: nihilque priori donatiuo addens, alios post alios per oram maritimam Ariminum præmisit: constitutaq; prius ex præstantissimis quibusque robustissimisq; cohorte prætoria, qua ad corporis custodiam vteretur, antequam legiones Ariminum subsequeretur, satellitio suo stipatus Romam profectus est: eandemq; cohortem postea in quattuor vigilias distribuit, COHORS D dataq; castrensi more tessera, quandiu Romæ fuit per noctem etiã excubias in armis ante PRAETO- ædes suas agere iussit. Irritatis igitur exasperatisq; ex iis quæ iam dicta sunt militum ani- RIA ANTO mis, instigantibus maximè Cæsarianis, qui Antonianis immixti Antonij tum sæuitiam tum NIANA. auaritiam exaggerare non cessabant, postea orto in itinere dum in Galliam proficiscuntur tumultu, haud procul ab vrbe præter alios non paucos ex Antonianis, primùm Martia legio tota conuersis signis ab Antonio ad Cæsarem transiit: quam mox & Quarta legio sequuta est. Quos Cæsar vti & priores donatiuo prosequutus, hac sua liberalitate plures etiã postea in suas partes pertraxit: interim & elephantis Antonij ex itinere interceptis. Quibus ad Antoniũ perlatis, quum præcipuam defectionis caussam fuisse donatiui exilitatẽ sibi persuaderet, quò reliquas legiones in officio contineret, quingenos viritim sestertios ad ipsas misit: deducentibusque cum vniuerso ferè Senatu & maxima equitum parte etiam

præstantissimis quibusq; è plebe (qui omnes sacraméto ipsius vltro adacti polliciti fuerant se in fide permansuros) cum iis quas secum habebat copiis Tybur profectus est, Tybure verò Ariminum ad legiones, inde in Galliam Cisalpinam exercitum contra D. Brutum ducturus, quòd prouincia ipsi cedere nollet. Cæsar autem intellecto Antonij discessu, Senatui quod copiarum suarum robur esset significat: quo nuntio lætus Senatus quanquàm legiones ad se quàm ad Cæsarem transisse mallet, collaudata tamen cùm Cæsaris tum militum voluntate, Senatusconsultum de rebus gerendis pollicetur, vbi primùm Consules designati magistratum iniissent. Quumque exercitus Cæsari imperium Proprætoris cum fecuribus & lictoribus vltrò obtulisset, non solùm imperium & honorem recusauit, sed & legatos ea de re ad Senatum mitti noluit: sperans scilicet ea mox minore cum inuidia à Senatu ipso, quàm in præsens à militibus acceptum. Ceterùm laudatis militum studiis, duabus legionibus quæ nuperrimè ad se transierant, alteros quingenos sestertios viritim donauit, quinquies millenos pollicitus victoribus, si certamine opus foret: statimque Antonium cum suis copiis subsequutus est. Et quanquàm Brutum vtpote vnum è percussoribus patris meritò odisset, quum tamen Antonium priùs armis opprimendum, quàm sibi de vltione cogitandum putaret, nec sibi roboris satis adesse intelligeret, quò distractis viribus vtrumque simul persequeretur, reiecto in aliud & commodius tempus vindictæ proposito, ad Brutum mittit, qui ipsi studium & operam suam belliq́ue societatem offerrent, modò is Antonium non recepisset. Antonius contrà missis quibusdam è suis, Brutum populo parere, prouinciaque decedere, atque in Macedoniam transire iubet: additque ni intra diem præfinitum decedat, pro hoste iudicandum. Sed Brutus caussatus se litteras in aliam sententiam habere à Senatu, cuius apud se potior auctoritas quàm populi esset, diem intra quē prouincia decederet, proferri postulauit: quumq; videret Antonium interim vrbes plerasq; præsidiis suis occupare, veritus ne tandem omnibus excluderetur, simulans se à Senatu adscitum ad vrbem cum exercitu properare, Mutinam ex itinere occupat, constituens ibi obsidionem & extrema quæque exspectare, cômeatu & reliquis quæ vel diutinæ obsidioni sufficerent abundè instructus. Quod vbi primùm Antonius intellexit, Mutinam statim obsidione cinxit. Romæ autem suffragantibus potissimùm Tribunis plebis, tam Mutinensibus qui excluso Antonio Brutum admisissent, quàm militibus qui ad Cæsarem transierant honores & præmia decreta sunt: exeunteque iam Consulatus Antonij anno, Senatus auctore Cicerone (qui Antonio infensissimus Cæsaris tum partes fouebat) quò in posterum tutiùs in rem præsentem consuleret, curiam armatorum præsidio munire constituit, vt Senatus non nisi militibus septus haberetur. Kalendisque Ianuarijs C. Vibius Pansa, A. Hirtius COSS. designati, inito Consulatu sacris operati, Senatum in templum conuocarunt: habitoq; per triduum Senatu, de Antonio ex Ciceronis sententia hoste iudicando, potissimùm actum & deliberatum est: quòd scilicet inuito Senatu Galliam armis occupasset, exercitumq; aduersus Getas ipsi traditum, in Italiam contra Senatum traduxisset: quodq; non sine euidentibus affectatæ dominationis arguméis, armatorum satellitio vteretur, eosdemq; per noctem accepta tessera pro ædibus suis excubias agere iuberet. Ob quæ Cicero præ ceteris acri vehementiq; oratione in Antonium eiusq; actiones inuectus, hostem iudicandum censuit. Sed intercedente primùm Saluio Tribuno plebis, postea etiam oratione L. Pisonis & Q. Fufij Caleni, qui prolixè contra Ciceronem pro Antonio verba fecère, effectum quidem est ne Antonius hostis iudicaretur: ceterùm quum factio eorum qui Bruti & Cæsaris caussam agebant, præualeret, S. C. factum est, quo D. Brutus laudatus est, quòd Antonio non cessisset: æquatumq; Hirtio & Pansæ cum Cæsare in legiones & reliquas copias imperium. Ipsi autem Cæsari, quòd priuato consilio arma contra Antonium sumpsisset, statua equestris aurea decreta est, concessumq; vt Senator esset, & sententiam loco Prætorio

Margin notes: BELLVM MVTINENSE. — C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. — STATVA CAESARI DECRETA.

Margin letters: A, B, C, D.

A torio diceret: & ne imperij dignitas minueretur, additũ decreto, ne quis ipsum deinceps Puerum nominaret: solutusque lege annali, non solùm reliquos magistratus, sed & Consulatum decennio ante legitimam ætatem petere posset: vtque legionibus quæ ad ipsum transierant, donatiuum quod post victoriam Cæsar de suo pollicitus fuerat, id ex ærario publico persolueretur: ijs autem qui vel ab Antonio desciuerant, vel à Cæsare nuper conscripti fuerant, vti confecto bello vacatio militiæ daretur, agriq; diuiderentur. Parte alia legati ad Antonium missi sunt, L. Piso, L. Philippus, & Ser. Sulpicius, qui non tam ex Senatus, quàm Ciceronis sententia ipsum Mutinæ obsidionem relinquere, atque intra diem præstitutum Gallia excedere, dimissoque exercitu in Macedoniam prouinciam sibi antea decretam proficisci iuberent: militibusque ipsis edicerent, ni intra diem certum domum quisque suam discederent, hostium loco habendos. Interim & quibus prouinciæ ab Antonio datæ erant, ijs ademptæ sunt: & Dolabella propter Trebonium interfectum, & post B mortem ludibrio expositum, hostis à Senatu iudicatus est. Ceterùm necdum exspectato dum legati responsum ab Antonio reportarent, importunis Ciceronis contentionibus effectum est, vt Senatus censeret iustitium in vrbe indici, tumultum decerni, mutatisq; vestibus pro togis saga sumi debere: bellumque contra Antonium Consulibus & Cæsari cum potestate Prætoria mandandum: vtque M. Lepidus qui in Hispania erat, & L. Munatius Plancus qui in Gallia Transalpina, ijs se iungerent. Antonius autem quanquàm superiora Senatus mandata iniquè admodum & molestè ferret, quum non ignoraret nõ tam à Senatu quàm à Cicerone profecta, postquàm & de Senatu & de Cicerone ipso multa grauiter cum legatis expostulasset, protestatus se obliuionem siue amnestiam decretam, quando ea contenti esse nollent, irritam esse facturum, vt caussam belli à se in Senatum reiiceret, & ne Senatus auctoritatem contemnere videretur, missis vicissim legatis, nunciauit iis se conditionibus paratum quæ Senatus mandaret exequi, quas certò sibi persuadebat, Senatum non esse accepturum. C Quæ vbi ad Senatum perlatæ, statim hostis iudicatus est: simul & exercitus ipsius, ni intra diem constitutum Antonium relinqueret. sagaq; statim in vrbe ab iis qui domi remanserant sumpta sunt: custodiaque vrbis COSS. mandata: factum S. C. cui non nisi difficillimo Reipub. tempore locus esse solet: Darent operam Consules, ne quid detrimenti Respub. caperet. eodemque Senatusconsulto Macedonia M. Bruto reddita est, donec constitueretur Respub.: Cassio autem Syria, & bellum contra Dolabellam decretum: additumque vt quicquid prouinciarum exercituumq; ab Ionio mari orientem vsque esset, Cassij Brutique subesset imperio. Quanquam hæc S. C. non omnibus æquè accepta fuêre, maximè iis qui rebus Antonij impensiùs fauebant: è quibus quidam etiam Tribuni plebis & Prætores ad Antoniũ transiêre: alij statim vestem nõ mutauêre. Inter quos cùm Fufius Calenus tum alij quidam censuerũt legatos iterum ad Antonium mittendos, & in his Ciceronem. Sed quum Cicero metu Antonij eam prouinciam suscipere detrectaret, alij quoq; proficisci recusarunt. D Factis itaque superiorib. decretis, è Consulibus Pansa habitis per Italiam delectibus auxilia & copias parabat. Hirtius verò ad Cæsarem (qui hactenus sub armis Foro Cornelij hiemauerat, ita tamen vt ante bellum decretum à rebus gerendis abstineret) profectus est: partitisq; cum Cæsare copijs, & duabus legionibus, quæ nuper ab Antonio ad ipsum transierant (vt clam ipsi à Senatu mandatum fuerat) à Cæsare haud inuito acceptis, in sua quisq; hiberna concessêre. In vrbe autem absente vtroq; Consule Cicero omnia pro suo arbitratu administrabat, quotidianisq; apud populum concionibus agens, arma, pecunias, & reliqua bello necessaria haud segniter comparabat, Antonianosq; potissimùm grauissimis exactionibus vexabat: donec superuentu P. Ventidij Antonio amicissimi cum duabus veteranis legionibus, quas è proximis Cæsaris colonijs deduxerat, vt Ciceronem comprehenderet, vrbe profugere coactus

ANTONIVS HOSTIS IVDICATVS.

est. Quumq; multum inclinata iam hieme, Hirtius & Cæsar intellexissent Brutum arcta ab Antonio obsidione & commeatuum inopia premi, veriti ne aut vi expugnaretur, aut fame stimulante deditionem faceret, Bruto se quamprimùm cum auxilio adfuturos nuntiant: coniunctisq; copiis ad Brutum liberandum profecti, Bononiam præsidio destitutam ex itinere recipiunt: atque inde Mutinam procedere pergunt. Quorum aduentu intellecto, Antonius relicto ad Mutinam L. Antonio fratre, ipse Hirtio & Cæsari obuiam progressus est. Ceterùm quum illi constitutum haberent tantisper iusto prælio abstinere, dum Pansa cum auxiliis & reliquis copiis superuenisset, leuibus tantùm equestribus præliis concursum est. è quibus vno Antonius non sine magna Cæsarianorum clade superior euasit, quòd Germani equites qui paulò antè cum elephantis intercepti fuerant, dum prælium committitur conuersis signis rursum ad Antonium transirent. Antonius itaque superiori victoria inflatus, postquàm Pansam cum Carsuleio, quem Hirtius & Cæsar cum legione Martia Pansæ obuiam miserant, appropinquare intellexisset, parte copiarum ad expugnationem castrorū relicta, cum reliquo exercitu contra Pansam & Carsuleium per noctem proficiscitur: insidiisq; loco palustri inter arundineta dispositis, cæsa maiori exercitus Vibiani parte, reliquis verò vel intra vallum, quod Torquatus Hirtij quæstor infelicem prælij euentum præuidens perfecerat, vel in fugam compulsis, ipse Pansa Consul ferro ilia traiectus, Bononiam ex pugna delatus est. Sed Hirtius accepta suorum strage, relicto ad castra Cæsare, cum legione altera & parte exercitus Antonianis ex itinere & prælio defatigatis atque inopinatis obuiam factus, non sine magna tamen suorum clade, & concisa maiori exercitus Cæsariani parte Antonium intra vicum proximum Forum Gallorum dictum fugere coëgit. Quam ob victoriam præter Hirtium & Pansam, ipse etiam Cæsar, qui superioribus prælijs non interfuerat, tam à Senatu quàm à militibus Imperatores appellati sunt: & Cicerone sententiam dicente decretū, vti qui eo prælio cecidissent, publicè sepelirentur: liberisq; & parentibus ipsorum præmia quæ ipsi superstites accepturi fuerant darentur. Ex hoc quum Antonius imminuto non parùm exercitus sui robore, prælio abstinere constituisset, sperans scilicet Brutum vel sola fame coactū, breui deditionem facturum, Hirtius ex aduerso & Cæsar auctis animis quum Antonium prælium detrectare intelligerent, castra Antonij prætergressi, copias propiùs Mutinæ mœnibus tanquàm vi irrupturi admouent. Hinc Antonius veritus ne Mutina ab aduersariis occuparetur, productis duabus legionibus reliquas quoque copias immittere parabat: ita conuerso à Mutina in Antonium Cæsarianorum agmine, diu acre atque anceps prælium commissum est: accedentibusque tardiùs reliquis Antonianorum, Cæsariani tandem superiores euasêre. Sed Hirtius cùm in castra Antonij irrupisset, fortiter circa Prætorium Antonij pugnam capessens cæsus est. Cæsar tamen è vestigio cum suis accurrens corpore Consulis simul & Antonij castris potitus est. Sed eodem ferè momēto ab Antonio repulsus, per noctem quæ proximè insequuta est, ipse pariter & Antonius in armis pernoctauêre. Postridie Antonius accepta tanta clade, metuens ne Cæsar, quod pridie tentarat, Mutinam irrumperet, aut ipse circumuentus in extremum discrimen deduceretur, spe auxiliorum à P. Ventidio, qui cum tribus legionibus in Piceno erat, & à Lepido & Planco, qui in Gallia erant, obtinendorū, relicta Mutina iter versus Alpes instituit. Decimus autem intellecto Antonij discessu metu obsidionis liberatus, quum à Cæsare, quem sublato Consulum altero, altero verò ex vulnere accepto animam Bononiæ agente, solum superesse sciebat, propter cædem patris sibi metueret, missis trans flumen quod Mutinam præterfluit ad Cæsarem quibusdam è suis, primùm gratias ipsi tanquàm seruatori agit: colloquiumq; arbitris ciuibus postulat, de cæde scilicet se purgaturus. Sed Cæsar responso asperius dato, negauit se colloquium admissurum, quòd id præter pietatem videretur: ceterùm quandiu Senatui & Magistratibus

bus

A bus videretur, ipsum incolumem esse passurum: quando solum Antonium hostem hoc bello sibi persequendum censuisset. Quo accepto responso, Brutus ad aduersam fluminis ripam progressus, inclamato Cæsaris nomine, recitatoq; clara voce, vt exaudiri posset, Senatusconsulto quo Galliam acceperat, professus se ad Antonium persequendum sufficere, ne transito flumine prouinciam suam Cæsar intraret, denunciauit. Hinc Cæsar Bononiam ad Pansam profectus, ea quæ gesta erant, scriptis ad Senatum litteris nunciauit. Quibus Romam perlatis, censente Cicerone, primùm ex s.c. vestis mutata est: decretæq; ob profligatū Antonium sexaginta dierum supplicationes: bonisq; publicatis quotquot cum eo militassent hostes iudicati. Hirtij autem & Pansæ Consulum corpora publica sepultura honorata sunt: factique iamtum Patres alienioribus à Cæsare animis, quòd vel primos eius successus suspectos haberent, ipsumq; veluti legitimum dominationis Cæsarianæ successorem odisse inciperent, honores Cæsari debitos vnà cum triumpho D. Bru

B to decreuerunt: collaudatisq; militibus Brutianis, præmiisq; quæ Cæsarianis debebantur, in ipsos collatis, imperium soli Bruto bellumq; contra Antonium conficiendum decernunt: additis insuper quum aliis tum ipsius etiam Pansæ legionibus, votisq; pro victoria ipsius publicè nuncupatis: simulque Lepidum, Plancum & Asinium, quos etiamnum sibi fidos existimabant, Antonio per litteras vnà cum Bruto bellum inferre iubent. Quotquot autem Cæsaris inimicos credebāt, eos vel muneribus vel prouinciis concessis honorarūt. E quibus Sex. Pompeium classi atque oræ maritimæ, administrandæq; rei nauali præfecerunt. M. verò Bruto Macedoniam, Cassio Syriam & bellum contra Dolabellam decreuerunt. Ceterùm quum exercitum, maximè legiones veteranas quas Cæsar à Pansa moribundo acceperat, Cæsari adimere non auderent, quòd militum erga Cæsarem studia perspecta haberent, astutia quadam vsi, distracta mutua inter ipsos concordia, inutiles Cæsari

D. BRVTVS IMPERATOR.

SEX. POMP. PRAEFECT. CLASSI ET ORAE MARITIMAE.

C reddere conati sunt. Præteritis enim quibusdam ex his & neglectis, alios collaudatos honoribus & præmiis prosequuti sunt. Quæ tamē decreti calumnia, quum nec Cæsarem nec milites ipsos lateret, quòd non tam ad paucorum quàm ad vniuersorum ignominiam pertinere videretur, militum in Cæsarem studia etiam magis accendit. Cæsar autem quanquàm Senatus in se iniuriis offensus, dissimulata tamen in præsens indignatione, triumphum ob rem feliciter gestam à Senatu pętiit. Sed Senatus quum maiora quàm pro ætate postulare videretur, negato triumpho, ne nihil ei tribuere videretur, ornamēta Consularia ipsi decreuit, simul etiam ius & locum sententiæ inter Consulares dicendæ. Quæ quum à Cæsare tanquàm longè infra ipsius merita negligerentur, additum est, vt proximè Prætor, deinde & Consul crearetur. Quibus omnibus quum sibi necdum satisfactum Cæsar existimaret, sciretq; non tam ex animo quàm metu militum, quorum propensa in se voluntas Senatū minimè latebat, hæc ita decreta: præterea & hoc molestissimè ferens, quòd

D propter immaturam ætatem quasi per contemptum puer subinde vocaretur, in armis votorum summam sibi collocandam censuit. Vtque maius robur sibi adiungeret, Antonio quoquo modo clàm reconciliari studuit. Primùm enim si quos ex ipsius ducibus aut militibus captiuos habebat, eos vel in suorum numerum allegebat, vel ad Antonium redire permittebat, vt per hos Antonius Cæsaris in se animū cognosceret. Postea etiam internuntiorū in hoc opera vsus, expositisq; per litteras Lepido Asinioq; Senatus in se cōtumeliis, eosdem in speciem Senatui quidem parere hortatur, ceterùm sui Antoniiq; exemplo motos securitati propriæ consulere: ac potiùs dum licet vel cum Antonio cōspirare, se enim non defuturum. Quumq; lege annali solutus ad Consulatus petitionem admitteretur, pro triumpho, cuius repulsam proximè passus fuerat, ad Consulatū aspirans, vt Consul in locum interfectorum crearetur, tum per alios tum per Ciceronem obnixè elaborabat. Quòd eo maiori studio Cicero Senatui persuadere conatus est, quòd speraret se ipsi collegā adiun-

gendum, vt ipsi Cæsar pollicitus fuerat. Sed quum Cicero homo alioqui ambitiosissimus A Senatum in hoc minimè falleret, metuerentque plerique ne Cæsar Consulatum adeptus cædem patris vlcisceretur, dilatis in aliud tempus propter varias caussationes comitiis, Cæsar Consul creatus non est. Interim Antonius superatis Alpibus, conniuente nimirum Culeone, qui à Lepido custodiæ Alpium præpositus erat, in Galliam descendit, & iuxta flumen vbi Lepidus castra habebat, in aduersa ripa castra fecit, missisq; crebris vltro citroque nuntiis quanquàm Lepido primùm detrectante, propensis tamen vtrinq; in reconciliationem militum animis, ita vt iunctis ponte fluminis ripis quotidiana etiam contemptis Tribunorum imperiis colloquia inter ipsos fierent, ipsisq; adeò Lepidi militibus instantibus, Antoniumq; intra vallum inscio Lepido receptum deducentibus, tandem factum est, vt Lepidus & Antonius in gratiam redirent. Atque ex eo tempore imperij quidem titulus & nomen penes Lepidum fuit, summam tamen rerum Antonius administrabat. Quod postquàm Romæ intellectum, maxima est insequuta rerum atque animorum B commutatio. Et Senatus quidem Cæsarem hactenus contemptui habitum metuens, ne is quoque Antonio se & Lepido iungeret, missis clàm ad Brutum & Cassium in Græciam duobus ex suo ordine, Cæsarem (quem Antonij societatem affectasse etiamnum ignorabat) interim pari cum Decimo potestate bellum contra Antoniū administrare iubet: Lepidumq; sicut paulò antè Antonium, hostem iudicat. Cæsar itaque simulans se ad bellum Antonio inferendum proficisci, videns Senatum prolatis identidem comitijs vota sua & exspectationem de cōsulatu frustrari, adactis prius sacramento militibus, ipsos contra nullum exercitum qui sub Cæsare meruisset arma sumpturos, quadringentos è suis cum Tribunis aliquot & Centurionibus in vrbem ad Senatum mittit, qui tum pecuniam sibi initio belli contra Antonium decreti promissam (quinquies scilicet mille sestertia) tum consulatum Cæsari peterent. Ceterùm quum Legati acceptis iniquioribus à Senatu respon- C sis ad Cæsarem reuerterentur, milites indignati haud prius destitêre, quàm Cæsari persuaderent, vt quamprimùm ad vrbē adducerentur: se vel priuatis comitijs etiam inuito Senatu ipsum Consulem esse creaturos. Ita Cæsar motis castris, traiectoque Rubicone, octo legiones propiùs vrbem admouet, monitis interim Antonio & Lepido vt & ipsi quamprimùm accederent. Hinc omnia in vrbe plena pauoris & tumultus: consternatoq; præ ceteris Senatu, Legati statim ad Cæsarem missi sunt, qui Cæsari etiam absenti consulatum, legionibus autem amplius donatiuum nomine Senatus offerrent. Sed postquàm duæ legiones ex Africa accitæ in portum applicuisse nuntiatæ sunt, sumpta fiducia abolitoque priore decreto, auctore Cicerone, qui à primo aduentus Cæsaris die hactenus latuerat, mutatum est Senatusconsultum, & saga pro togis sumpta sunt: distributisq; tum in Ianiculo, tum per alias vrbis regiones præsidijs, constitutoq; etiam vi Cæsarem repellere, vrbis custodia Prætoribus mandata est: militibusq; Cæsarianis interdictum ne propiùs vrbem D accederent, sed vltra. XCIII. miliá passuum ab ea abessent. Cæsar autem postquā mutatam in contrariam Senatus sententiam intellexit, dimissis à se non sine pudore legatis, præmissisque equitibus suis plebem bono animo esse iussit: occupatoq; quicquid circa collem Quirinalem esset, alia iterum in vrbe successit animorum mutatio: ita vt nō tantùm promiscua plebeiorum multitudo, sed & maior Senatorum pars portis effusa obuiamq; progressa, aduenientem exciperet: salutatumq; nullo non officiorum genere prosequeretur, & in vrbem deduceret: ipsæque adeò tres legiones, quæ ad vrbis custodiam admissæ erant, ad ipsum transirent. Ad hunc modum occupata sine certamine vrbe, exercituq; in campū Martium adducto, habitis per duos proconsules, qui in id à Prætore vrbano creati erant, comitiis, Cæsar vixdum viginti natus annos cum Q. Pedio cohærede Consul creatus est. Consul itaque iam factus, militum in se studiis, quos sibi mirè addictos habebat, fretus: pri-

CAESAR OCTAVIANVS Q. PEDIVS COSS.

A mum Dolabellam, qui hostis à Senatu iudicatus fuerat, lege lata absoluit. Mox & ad vlciscendam patris cædem conuersus, ne non tam iure quàm vi agere videretur, aliam quoq; legem tulit, de quæstione habenda in eos per quos Cæsar occisus fuerat: dictoq; per Præconem omnibus die, constitutisq; etiam in absentes iudiciis, accusati condemnatiq; sunt quamplurimi: quidam ex his non tam socij quàm conscij facinoris: damnatisque aqua & igni interdictum est, bonaq; ipsorum publicata. Postulati hac lege M. & D. Bruti, C. Cassius, P. Seruilius Casca, & ipse quoq; Sex. Pompeius, non tam quòd particeps & conscius cædis, quàm quod hostis fuerat. Accusatoribus autem præmia constituta ex bonis damnatorum, honoresque & magistratus concessi, præterea vacatio à militia pro se & liberis nepotibusque ipsorum. Ab hoc Cæsar quum intelligeret M. Brutum & Cassium decem & septem, siue vt Appianus scribit, viginti legiones habere, quum se solum aduersus tantos non sufficere intelligeret, seriò de Antonio sibi adiungendo cogitare cœpit: Senatuique

B per Pedium collegam persuasit, vt antequã factionum odia fierent immedicabilia, cum Lepido & Antonio in gratiam rediretur. Ita Senatusconsultum quo Lepidus & Antonius eorumq; exercitus hostes iudicati fuerant, induceretur antiquareturq; : litteræq; pacificæ ac beneuolæ tam à Senatu quàm à Cæsare ad Antonium mitterentur, & vicissim ab Antonio rescriberētur. Antonio itaq; Brutum persequuturo, statim se cum duabus legionib. iunxit Asinius Pollio, qui Hispaniã prouinciam habebat. Accessit mox & Munatius Plancus, qui Galliæ Cisalpinæ cum tribus legionib. præerat, Bruti partes paulò antè sequutus: copiasq; vterq; suas Antonio tradidêre. Hinc Brutus se desertũ videns, quanquã decem adhuc penes se legiones haberet, quòd tamen quattuor ex his veteranæ ex inedia Mutinensi etiã num laborarēt, reliquæ verò tyronum essent, ad Brutum in Macedoniã cum suis legionib. insueto & pedestri itinere, (scilicet traiecto Rheno per Germaniã & Illyricum, quòd pro-

C pter Cæsaris metum solitis vti itineribus prohiberetur) proficisci cõstituerat. sed deterritis primò insolita & ignota itineris difficultate tyronibus qui præmissi fuerant, atq; hinc ab ipso deficientib., mox insequutis etiã quattuor veteranis legionib., postea & ab omnibus, etiam quos ad corporis custodiã adhibuerat, destitutus est, decem tantùm exceptis: sumptoque habitu Gallico & sermone vsus Gallico, relicto viarum dispendio Aquileiam petiit. Sed captus in itinere à latronibus, deductusque ad Capenum Sequanum, qui illi regioni præerat, primò humaniter exceptus, sed postea Antonio ab eodem proditus est: submissisque ab Antonio percussoribus interfecto caput præcisum atque ad Antonium delatum. Bruto ad hunc modum interempto, paceque inter Cæsarem & Antonium confecta, locum congressui & colloquio deligi placuit ad confluentes inter Perusiam & Bononiam: præmissoque Lepido qui locum ipsum & ne quid insidiarum lateret inspiceret, Cæsar & Antonius singuli cum quinque hinc inde legionibus, vti pactum fuerat, eò conue-

D nêre: relictoque comitatu & amicis extra insulam, tres soli in insulam transeuntes, media ferè insula loco omnibus conspicuo, considentes, protractoque in biduum ferè de summa Reipub. & diuisione imperij colloquio, iunctis tandem dextris sub specie tollendæ ciuilis dissensionis ordinandæque Reipub., feralis funestissimique fœderis est inita societas, nouusque atque hactenus inauditus Reipub. constituendæ consulari potestate triumuiratus, quem tres illi pari & æquali inter se imperio in quinquennium administrarent: additumq; vt Cæsar deposito consulatu P. Ventidium sibi substitueret, vrbanosque Magistratus annuos in proximum quinquennium designarent: factaque prouinciarum diuisione conuenit, vt vniuersa Gallia tam Cisalpina quàm Transalpina, excepta Narbonensi, Antonio cederet: Narbonensis autem cum Hispania Lepido: Cæsar autem cum Africa Sardiniam, ceterasq; insulas circumiectas obtineret. Nam de Asia & transmarinis prouinciis, quòd eas Brutus & Cassius occuparent, non est actum: bellum autem contra Brutũ & Cassium

TRIVMVIRATVS REIPV. CONSTITVENDAE IN QVINQVENNIVM INITVS.

vt

vt Cæsar & Antonius administrarent: ad vrbis autem custodiam, vti Lepidus Consul in A annum insequentem pro D. Bruto designatus, cum tribus legionibus relinqueretur. Et ne ad bellum longinquum profecturis domi ab aduersariis aut æmulis potentiæ ipsorum periculum esset, placuit ipsos priùs è medio tolli, reuocarique, quanquam repugnante aliquandiu & pro Ciceronis salute obnixiùs decertante Cæsare, pessimum Syllanæ proscriptionis exemplum. Quæ quum ipsi inter se iuramento sanxissent, conuocatis militibus quos testes & conscios esse volebant, Cæsar pro officio suo vtpote Consul, pro concione omnia de scripto recitauit, solo proscriptionis exemplo suppresso: habitaque commoda pro ratione temporis ad milites oratione, præter alia victoriæ præmia & donatiua, coloniæ. XVIII. vrbium Italicarum ipsis promissæ, prædiaque ipsarum tam vrbana quàm rustica, non secus ac bello ab hostibus capta, diuidenda attribuendaque. Orationem sequuta alacris militum acclamatio, mutuaq; dextris iunctis more militari salutatio. Per hæc tempora dira atque horrenda tam in vrbe quàm in agro portenta & prodigia calamitates instantes haud obscurè denunciauêre. B His itaque sic constitutis, primò Cæsar, postea reliqui duo, singuli interiectis diebus, cum sua quisque prætoria cohorte & vna legione vrbem ingressi, nihil prius habuêre, quàm vt quæ ipsi constituissent, latis legibus opera Tribunorum plebis (imprimis autem P. Titij) sancirentur. Et postquam pro ipsorum in vrbem aduentu Dijs sacrificatum, initium statim dominationis à proscriptione & cædibus, propositis duabus tabulis, quarum vna Senatores, altera promiscuam reliquorum omnis generis hominum turbam contineret: In quibus descripti fuêre, non solùm cum quibus iusta intercedebat odiorum aut inimicitiarum caussa, sed & hi qui leuiùs offendissent, vel qui amicorum inimici essent, aut etiam ipsorum inimicorũ necessarij vel amici: vel denique si qui propter potentiam & præcipuam in Rep. dignitatem aut gratiam suspecti essent: imò & qui opibus & diuitijs antecellere credebantur, nullam aliam ob C caussam aut offensam, quàm quòd bona ipsorum publicata ad bellorum impensas & præmia militibus persoluenda, multùm conferre posse intelligerent. Quibusdam etiam vel sola domus splendidior exitio fuit. Hinc nec quibusdam ex infima plebe, nec pluribus mulieribus, imò ne impuberibus quibusdam parcitum: proditaque etiam coniunctissimorum salute, homicidia homicidiis, & parricidia parricidiis permutata & compensata sunt: negante scilicet vno Triumuirorum proscriptionem & cædem amici aut necessarij qui collegæ inimicus esset, nisi vicissim is alium aliquem è suis concederet. Sic Antonius L. Cæsarem auunculum suum Cæsari proscribendum permisit, vt ipse in locum eius Ciceronem acciperet: & Lepidus similiter fratrem suum Paullum impiè trucidandum proposuit. Feruntque Senatorum quidem primùm. CXXX., postea. CL., equitum verò bis mille nomina in hasce tabulas relata, diuersisque passim vrbis regionibus proposita, additis subinde alijs vel recenter damnatis, vel per errorem fortè aut studio antequam proscriberentur D occisis: constitutoque indici iuxta atque interfectori præmio in singula capita, ingenuo quidem vicenis quinis millibus sestertiûm, seruis autem cum libertate & iure ciuitatis denis milibus: capitibusq; occisorum, vt numerus constaret, ad Triumuiros referri iussis, pœna quoque ex aduerso iis qui proscriptum exciperent, occultarent, aut apud se inquiri vetarent, proposita est. Hinc omnia primò in vrbe plena cædibus & tumultu, discurrentibus & noctu & interdiu per loca sacra & profana, publica & priuata, hinc percussorib., & dum proscriptos persequuntur, vel abditissima quæq; & secretissima scrutantib. & inuestigantibus: illinc miserando cum fletu & vlulatu miseræ plebeculæ omnis generis & sexus proscriptorũ latebras quærentiũ turba. Nec dissimilis fuit rerum facies tam in agris quàm in aliis omnib. per vniuersam ferè Italiam vrbibus & municipiis: passim enim vel fuga vel cædes. E proscriptis autẽ qui se præsenti exitio eximere poterant, non pauci ad Brutũ & Cassium in Græ-

LEPIDVS COS. DESIG. ITER.

PROSCRIPTIO.

A Græciam, alij in Africam ad Cornificium fuga ſe recepêre. Certiſſimum autem vti & breuiſſimum plurimis fuit perfugium Sicilia ad Sex. Pompeium, cuius tunc ſingularis fuit in miſeros ciues pietas: dum non ſolùm claſſe haud procul Italia in ſtatione conſtituta, triremibusq́; oras legere iuſſis fugientes nauibus exciperet, veſtibusq́; & alijs rebus neceſſarijs iuuaret: ſed & dimiſſis Romam & ad alias paſſim vrbes præconibus omnes ad ſe proſcriptos inuitans, tutum cunctis hoſpitium, pecunias & quæuis neceſſaria, imò honores & præfecturas offerret: præmiaq́; ijs qui aliquem è proſcriptis ſeruaſſet, duplicaturum ſe promitteret. E Triumuiris autem nemo crudeliùs Antonio ac citra omnem miſericordiam proſcriptionem exercuit: cuius tanta fuit immanitas, vt etiam inter epulas occiſorùm capita ad ſe deferri iuberet, eorumq́; aſpectu, tanquam iucundiſſimo ſpectaculo, afficeretur, & vix [illegible]dem exſatiaretur. Inter cetera nullum maiori cum voluptate quàm Ciceronis aſpexit. quod & Fuluia vxor ipſius arreptum vtraque manu, diutiusq́; in ſinu

B ſuper genua detentum, poſtquam ad ſatietatem intuita eſſet, tandem pluribus atq; amarulentis opprobrijs illudens & conſpuens, crebris acus ictibus compunxit. Sed Lepidi minor fuit ſæuitia, Cæſaris autem minima; qui etiam non paucis ignouit: tum quòd ipſe vtpote nuper admodum ad Remp. accedens cum paucioribus ſimultatum atque inimicitiarum cauſſas haberet, tum quòd natura minimè crudelis eſſet, paternæq́; æmulator clementiæ. Hinc ſolis patris percuſſoribus contentus, plurimos è reliquis proſcriptorum ſeruabat, grauiter etiam in eos ſtatuens qui dominos atq; amicos prodidiſſent, vti viciſſim in eos qui eoſdem protexiſſent beneficus. Sub hæc tempora mortuo in magiſtratu Q. Pedio Cæſaris in conſulatu collega, & Cæſare conſulatum, quem tam impotenter paulò antè expetierat, abdicante, COSS. in eorum locum facti ſunt C. Carrinas & P. Ventidius Baſſus, depoſita prætura quam tum fortè gerebat. Eodem tempore ex Hiſpania triumphauit Lepidus IIIVIR, vti & L. Munatius Plancus ex Gallia, qui Lugdunum oppidum in Gallia Narbonenſi ad confluentis Araris & Rhodani cōdidit, deductis eò ciuibus

C Romanis, qui ab Allobrogibus quondam Vienna expulſi fuerant. Atque hæc ferè ſunt, quæ in Italia à cæde Cæſaris geſta ſunt. Brutus autem & Caſſius, poſtquam ſub ſpecie procurandæ annonæ vrbem egreſſi, quò tandem ea quæ in vrbe gererentur euaderent exſpectantes, in Campania durante etiamnum prætura aliquandiu ſubſtitiſſent, finito magiſtratu in Græciam tranſiêre: ibíque ab omnibus ferè ciuitatibus magno cum honore excepti, ab Athenienſibus etiam ſtatuis æreis honorati ſunt: quæ ipſis tanquam tyrannicidis, ob facinoris affinitatem iuxta Harmodium & Ariſtogitonem poſitæ fuêre. Ceterùm poſtquam intellexêre res Cæſaris magna quotidie incrementa accipere, Creta & Cyrene ſiue Bythinia (quæ prouinciæ in locum Syriæ & Macedoniæ ipſis decretæ fuerant) quòd minoris momenti viderentur contemptis, Syriam & Macedoniam quæ priùs conceſſæ, poſtea ademptæ fuerant, vt opulentiores copioſioresque, & bello quod immi-

D nere videbatur gerendo magis oportunas, inuadere conſtitutum habebant: pecuniasque in id & militem quoquo modo poterant, comparabant. Et Caſſium quidem Syriam petere placuit, Brutum verò Græciam & Macedoniam cum Illyrico proximo tenere. Brutus itaque vniuerſa mox Græcia nullo ferè labore occupata, in Macedoniam tranſiens haud maiore negocio & hac potitus eſt: Q. quidem Hortenſio qui eam hactenus tenuerat, & quòd iam ſucceſſorem exſpectaret diſceſſum parabat, non ſolùm facilè cedente, ſed & ſuis partibus accedente: C. verò Antonio, quem M. frater eò miſerat, qui que tum fortè eò aduenerat, Dyrrachiumq́; cum Vatinio occuparat, dum à ſuis deſertus proditur, cum ipſo Vatinio in ſuam poteſtatem redacto, exercitibusque ipſorum adiunctis: ita tamen vt C. Antonium relictis pretorijs ornamentis in ocio viuere permitteret. Ad hunc modum Brutus recepta iam vniuerſa Epyro & Macedonia cum finitumis pleriſque prouincijs, literas

C. CARRINAS P. VENTIDIVS COSS. SVFF.

LEPIDI EX HISPAN. TRIVMPHVS.

MVNACII PLANCI EX GALLIA TRIVMP.

LVGDVNVM CONDITVM.

teras hac de re Romam ad Senatum mittit: interim se & exercitum Senatui permit- A
M. BRVTVS IMPERATOR. tens. Hinc collaudato imperium in omnes illas prouincias confirmatum est. Vnde in
spem adductus Brutus se Cæsarem quoque sibi deuincturum, qui & ipse Antonio æquè
infensus erat, scriptis & ad ipsum litteris, vti Antonium communem inimicum bello
persequi pergeret, & secum in gratiam rediret persuadere conatus est. Sed cognito
postea Cæsarem summa rerum penes se existente de vindicanda patris cæde consilia ce-
pisse, deposita reconciliationis spe, bellum etiam grauius sibi instare intellexit: seda-
taque seditione quam C. Antonius dum Brutianos ad defectionem sollicitat, in exercitu
ipsius mouerat, ipsoq; Antonio Apolloniæ inscijs militibus relicto, & C. cuidam Clodio
in custodiam tradito, cũ validissima exercitus sui parte in interiorem Macedoniam, inde
in Asiam proficiscitur: & dum auxilia subinde quacunque transibat, pecunias contra-
hit, insidijs à L. Gellio Poplicola petitus est, alioqui sibi amicissimo: vti & frater ipsius
Gellij M. Messalla Cassio erat coniunctissimus: cui ipsi idem Gellius postea exitium mo- B
litus est: sed indicio insidiarum à Poplicolæ matre Cassio facto, matri in præmium de-
tectarum insidiarum condonatus, à suis benefactoribus ad Cæsarem & Antonium defe-
cit. Submissis autem à M. Antonio qui Caium fratrem è custodia eriperent, C. Clo-
dius siue proprio consilio, siue iussu Bruti, Antonium interfici iussit. Brutus autem in-
tellectis M. Antonij conatibus, & cæde C. Antonij, nouos metuens tumultus, relicta A-
M. BRVTVS IMPERATOR. sia, Europam quamprimùm repetijt: receptaque ex itinere Bessorum regione Impera-
toris nomen accepit. confugienteque per id tempus ad ipsum Polemocratia Reguli cu-
iusdam vxore, quæ occiso ab hostibus marito, filium suum puerum, cui ab ijsdem hosti-
bus metuebat, in fidem ipsius cum vniuerso thesauro tradidit: inuentaque eodem in the-
sauro maxima auri argentique copia, pecuniam ex ea signauit, propria imagine numis-
mati impressa, additoque cum duobus pugionibus pileo, in argumentum libertatis sua C
BRVTI NVMISMA. & Cassij opera Reipublicæ restitutæ Cæsare interfecto. Et hæc quidem à Bruto gesta
sunt. Cassius autem cessante Dolabella, rebusque alibi gerendis intento, prior in
Syriam venerat: sumptisque imperatorijs insignibus legiones veteranas, quæ olim sub
Cæsare meruerant, ibi inuentas (quarum alijs Sex. Iulius à Cæsare decedente ibi relictus
cum Cecilio Basso præerat, alijs L. Statius Murcus, quibusdam etiam M. Minutius Cris-
pus) sacramento suo adegit: receptaq; vniuersa Syria in Iudæam transgressus, eademque
minimo negocio à se occupata, litteras & is ad Cæsarem de reditu in gratiam & recon-
ciliatione, & ad Senatum de rebus à se gestis, vti Brutus iam antea fecerat, mittit: acce-
C. CASSIVS IMPERATOR. ptisque ijsdem quæ Brutus de Cæsare nuntijs, imperium ipsi vti & priùs Bruto à Senatu
confirmatum est, bellumque contra Dolabellam, qui ob Trebonium Smyrnæ cæsum ho-
stis iudicatus fuerat, decretum. Dolabella autem intellecto iam antè Senatusconsulto
contra se facto, dilato Syriæ adeundæ proposito, in Asia remanere constituerat: qua occu- D
pata & classe per L. Figulum à Rhodijs, Lycijs, Pamphilijs, Cilicibusque mercede con-
ducta atque apparatu bellico instructa, eaque per L. Figulum in Syriam præmissa, ipse ter-
restri itinere in Ciliciam transiens, Tarsum Cæsari bellis superioribus fidam vltrò se de-
dentem recepit: pulsisque præsidijs Cassianis quæ AEgis erant, Syriam inuasit. Sed ab
Antiochia depulsus, Laodiceam in peninsula sitam occupauit, Laodicensibus, qui &
ipsi quoque Cæsaris rebus fauerant, deditione sponte facta, se ipsius fidei permittentibus.
Dumque à Laodicea cum classe Aradum traijcere parat, Cassio è Palestina reuertenti
obuiam cum exercitu factus, naualique prælio superatus, Laodiceam refugere coactus
est. Vbi à Cassio obsessus aliquandiu, sæpiusque à terra oppugnatus, alioque prælio na-
uali semel atque iterum commisso, primò quidem dubio Marte, altero infeliciter, tan-
dem obstructis à L. Statio Murco, qui classi Cassianæ præerat, portus faucibus, nec mi-

A nus arctè à Cassio terra circumsessus, subuectione rerum necessariarum vtrinque interclusus, facta eruptione iterum in oppidum compulsus, plerisq; è suis Centurionib. per munera corruptis, qui minoribus portis apertis Cassium admiserant, videns se à suis destitutum, ne viuus in hostium manus veniret, satelliti se feriendum præbuit. Alij propriis manibus conscidisse tradunt, & M. Octauium legatum ipsius, item Marsum sibi manus intulisse. Sic Cassius Laodicea in potestatem redacta atque direpta, exercituq; Dolabellæ sacramento suo adacto, Cleopatræ offensus propter auxilia sibi ab ipsa denegata & Dolabellæ præstita, tum quòd intelligeret eam comparata magna classe constituisse ad Cæsarem & Antonium nauigare, AEgyptum milite vacuam propter legionum cum Allieno discessum petere constituerat: facilè se eam occupaturam sperans. Sed Brutus intellecto de Triumuiratu inter Cæsarem, Antonium, & Lepidum inito, constituisseque Cæsarem & Antonium ad bellum sibi inferendum mare traijcere, Cassium alia meditantem crebris litteris
B ad se reuocare non cessabat. Quare Cassius rebus omnibus posthabitis, depositoque AEgypti potiundæ proposito, ad Brutum in Asiam quamprimùm properauit: ipsoque Smyrnæ inuento, & inita etiam arctiore societate, consilioque super his quæ in posterum agenda viderentur habito, primò quidem statim Macedoniam petere placuit: ceterùm quòd existimarent Triumuiros rebus vrbanis, atque alijs in Italia constituendis multùm temporis impensuros, obitis interim tum per se tum per legatos prouincijs, copias, auxilia, & nouas societates contrahere constituunt. Quumque reliquis ferè omnibus in partes accedentibus, soli Rhodij, Lycij, & Ariobarzanes societatem detrectarent, hos ante omnia vel armis debellandos, vel alia quauis ratione sibi adiungendos constituêre. Et Cassius quidem in Rhodios missus est, apud quos litteris Græcis & disciplinis aliquando operam dederat, simulq; Ariobarzanis debellandi negocium ipsi datum. E quibus Ariobarzanem quidem per equites suos, quos in Cappadociam miserat, repentè oppressum captumq; occidi ius-
C sit, immensa pecuniæ copia reliquoque apparatu inde ad se relato: Rhodijs autem tum ad Myndum tùm ad Rhodum ipsam opera Statij Murci prælio nauali superatis, Archilao (quo dum ibi ageret præceptore vsus fuerat) frustrà pro ciuibus suis deprecante, Rhodum ipsam terra marique aliquandiu oppugnatam, tandem per proditionem, vti creditur, cepit: coactaque ingenti præda L. Varo ibi præsidio relicto, Statio autem Murco cum legione vna, sagittarijs, & sexaginta nauium classe circa Tenarum Peloponnesi promontorium in statione manere, & Cleopatram cum maxima classe, magnoque apparatu ad Cæsarem & Antonium nauigare parantem obseruare, & si posset intercipere iusso, reliquas Asiæ prouincias & ciuitates obiens, decem annorum tributa imperabat, & sine remissione exigebat. RHODVS CAPTA. Brutus autem in Lycios profectus, primùm profligato Lyciorum exercitu sibi obuio, castrisque ipsorum potitus, atque alijs pluribus oppidis statim in potestatem acceptis, Xanthum oppugnare aggreditur: factaque ab oppidanis per
D noctem excursione, atque incendio operibus machinisque suis quibus oppidum oppugnabat iniecto, ipse quoque Brutus non minimum vitæ suæ discrimen adijt. Sed Brutiani facto in Xanthos etiam per medias flammas impetu, iisq; in oppidum repulsis, simul cum ipsis irrumpunt. XANTHVS CAPTA. Hinc Xanthij vrbem suam captam videntes intra ædes quisque suas confugientes, quanquam Bruto conditiones pacis offerente, omnibus suis & charissimis quibusque coniunctissimisque, qui vel vltrò iugulum præbebant, contrucidatis, atque in rogos compositis, flammaque subiecta, & ipsi tandem proprijs manibus iugulati concidêre: centum tantùm & quinquaginta mulierculis, quibus percussor defuerat, præter mancipia, vt quidam tradidêre, reliquis. Ab his Pataram aggressus, dubitantibus primò oppidanis, sed postea Xanthiorum exemplo & Bruti clementia permotis, deditionemque facientibus, & hac potitus est. PATARA ET MYRA RECEPTA. Myra quoque interim per Lentulum in potestatem redacta.

 Post

Post quæ vniuersa mox Lyciorum gens missis legatis Bruti se fidei permittens, imperata deinceps se obituros nuntiant. His rebus gestis Brutus iussa classe Abydum versus cursum dirigere, eôdem terrestri itinere vniuersas copias duxit: constituens ibi Cassium operiri, vt simul traiecto Hellesponto in Europam & Macedoniam transirent. Qui postquam & ipse cum suis copiis aduenit, mutuis hinc inde salutationibus excepti, vterque à suo exercitu Imperator appellatus est: institutoq; remotis arbitris colloquio, depositis quas ex amicorum aliorumq; hinc inde calumniis & delationibus contra se inuicem conceperant sinistris suspicionibus, in Macedoniam festinare constituunt. Iam enim C. Norbanus & Ceditius Saxa à Cæsare & Antonio præmissi, occupato vniuerso eo qui à mari ad Pangæum vsque montem est tractu, superatisq; propter compendium Turpilorum Salapæorumq; montibus & saltibus, ad Philippos castra posuerant. Murcus autem postquam intellexit Cleopatram vi tempestatis non sine naufragio in Laconicam esse reiectam, ne tanta cum classe inutilis esset, traiecto mari Ionio insulam Brundusio obiectam occupare festinat: transitum in Macedoniam exercitusq; & cômeatuum subuectionem Antonio Cæsarique, vti sperabat, interclusurus. Cæsar autem & Antonius cognito Brutum & Cassium rebus contra Rhodios & Lycios gerendis intentos, diutiusq; id bellum protractum iri suspicati, nec proinde sibi festinandum, Norbano & Saxa præmissis, ipsi se maturè & in tempore subsequuturos credebant. Et Cæsar quidem côstituerat Sex. Pompeium iam Italiæ oras infestantem priùs debellare, ipsiq; cum classe occursurus Rhegium petierat. Antonius autem Brundusij consistebat, bello simul & nauigationi necessaria comparans & expediens, interim & cum Murco naualibus subinde prælijs côtendens. Ceterùm postquam Brutus & Cassius longiori vsi circuitu, superatis duce Rascupolide Regio apud Thraces sanguine orto, maximis itinerum locorumque angustijs & difficultatibus, & ipsi Philippos peruenissent: quumq; castra locis editis octodecim à Philipporum oppido stadijs inter se diuisa, valloq; & fossa contra se munita vno tamen ambitu comprehensa metati, Norbano & Ceditio quòd viribus impares essent, pugnam detrectantibus, quotidianis incursationibus & equestribus prælijs negocium facesserent, atque hinc Norbanus & Ceditius Antonium cum Cæsare quamprimùm accedere hortarentur, Antonius vicissim Cæsarem relicto Sexto & Sicilia ad se properare iussit. Qui vbi Brundusium aduenit legionibus aliquot ad Italiæ præsidium relictis, maiori tamen parte in naues imposita, vento vsi secundo nequicquam obsistente Murco in Macedoniam traiecêre: ita tamen vt Murcus accedente sibi post Cæsaris & Antonij discessum Domitio Ahenobarbo cum alia legione, sagittariis & quinquaginta nauibus, totum illum traiectum infestum teneret: vt nec tyrones nec commeatus, nec alij apparatus ex Italia subuehi possent. Antonius autem Cæsare propter aduersam valetudinem Dyrrachij relicto, Amphipoli quam Norbanus præsidio munierat ex itinere occupata, relictoq; ibi Pinario, Philippos perueniens loco plano octo ab hoste stadiis castra posuit: prælioq; semel infeliciter commisso, postquam id Cæsar intellexit, metuens ne se absente Antonius aut vinceret aut vinceretur, quanquàm valetudine affecta decimo pôst die se ad Antonium deferri iussit. Ceterùm hic erat castrorum vtriusque partis situs, vt Cæsar quidem & Antonius cùm aquatione & lignatione difficiliori vtpote in loco plano & à flumine remoto, tum etiam cômeatibus minùs explicatis vterentur: quòd obsesso tam à Sex. Pompeio quàm à Murco & Ahenobarbo vniuerso mari quod Italiam & Epyrum & Siciliam interiacebat, commeatus mari comportari non possent, neque iterum ab AEgypto, quæ ipsa fame premebatur, aliqua spes esset: ideoq; quum à sola Macedonia & Thessalia tantus aleretur exercitus, exhausta iam ferè Macedonia Thessalia non diu suffectura videbatur. Brutus verò & Cassius locis editioribus confidentes propter vicinitatem siluarum & fluminum tam Strymonis quàm Gangetis, qui castra præterfluebat, maiores ha-

BELLVM PHILIPPENSE

A B C D

A habebant aquationis lignationisq; commoditates. Tum etiam quòd imminenti sibi à tergo
mari AEgeo, portum Neapolitanum ipsamq; Thasum insulam centum stadiis à continenti
dissitam in sua potestate haberent, commeatus facilè tam ex insula proxima veluti horreo
quodam, quàm vniuersa Asia nullo impedimento subministrabantur. Quæ res vti Bruto
Cassioq; bellum ducendi occasionē dabat, sperantibus scilicet hostem etiam sine sanguine
vel sola commeatuum inopia atque annonæ difficultate fatigatū in potestatem venturum:
ita Cæsarem & Antonium maioribus aliquantò instructos copiis, vt rei summam prælio
quamprimùm cōmitterent incitabat, metuentes ne si bellum in longum protrahi continge
ret, ipsi commeatibus destituerentur: simul etiam Sex. Pompeius, vti iam Sicilia, ita & Ita-
lia per ocium occupata, mari transmisso, Bruto se Cassioq; iungeret. Quapropter pluribus
diuersisq; operibus & munitionibus hinc inde contra se inuicem effectis, præliisq; aliquot
equestribus per velitationem commissis, Cæsare quidem & Antonio omnes prælij occasio-
B nes captantibus, Bruto verò & Cassio propter eas quæ dictæ sunt rationes detrectantibus,
imprimis autem Cassio infaustis quibusdam ostentis & præsagiis deterrito, milites tandem
vlteriorem moram non ferentes, seq; hostibus qui castris operibusq; tantum non insulta-
bant contemptui esse indignantes, ni ad prælium educantur, se vel discessuros, vel etiam in-
uitis Imperatoribus pugnam capessituros minitabantur: ita vt quidam iam defectionem
pararent, alij non exspectato imperio ad pugnam prorumperent. Qua militum alacritate
ita vt retineri non possent perspecta, partim etiam metu defectionis, Brutus & Cassius si-
gnum pugnæ quanquam inuiti proponunt: ordinibusq; instructis, suos vtraque pars hinc
inde ad pugnā educit. Brutianis LIBERTAS pro tessera fuit: & dextrū quidem cornu Brutus
ducebat, in quo & Messalla erat: alterū Cassius. Ex aduerso autem Cassio Antonius se op-
posuerat, Bruto Cæsar: qui quamuis per aduersam valetudinem minùs firmus esset, infausto
C tamen Arterij medici insomnio territus, quo castra ipsius capi visa fuerant, castris excesse-
rat: lecticaq; elatus, quantum valetudo patiebatur ducis munia obibat. Vbi ad manus ven- CLADES PHILIPPENSIS.
tum, acriterq; aliquandiu seruatis ordinibus concertatum, adeò vt vtraque pars nec vinci
nec vincere videretur, tandem conuulsis ordinib. distractisq; legionibus, dextra Bruti acies,
impulsis atq; in fugam versis Cæsarianis, acriùs instans eodem impetu, non sine magna cæde
tam fugientium quàm eorum qui castris præsidio relicti erant, etiam ipsis Cæsaris castris
potitur. Alia ex parte Antonius facta in Cassianos hactenus immotos impressione, aliisq;
cum ipso Cassio in loca superiora compulsis, aliis fugam castra versus capessentibus, ma-
gna celeritate insequutus, occisis iis qui ad custodiam castrorum remanserant, ipse vicissim
vndique per portas & per vallum in Cassiana castra irrupit. Ita cùm æquo vtrinque Marte
certatum fuisset, vtrique se victos pariter & victores credidêre. Cassius autem qui in altio-
rem tumulum euaserat, vnde castra sua capta conspicere poterat, de Bruto sollicitus Titi-
D nium euocatū qui de Bruti euentu cognosceret mittit. Is quum in itinere in equites quos
Brutus vicissim ad Cassium mittebat incidisset, agnitus ab iis & non sine gaudio & ample
xibus exceptus, vnà cum iis gressu composito ad Cassium reuertebatur. Quod vbi ex loco
superiori Cassius vidit, existimans hostilem equitatum esse, qui capto Titinio ad se perge-
ret, in interius tabernaculum se recipiens, sagoq; caput obuoluens Pindaro liberto cerui-
cem extensam feriendam præbuit: quanquàm alij non inuento nec alibi postea conspecto
Pindaro, ab iniusso vltrò cæsum credidêre. Titinius autē reuersus, tabernaculumq; ingres-
sus, nuntium scilicet de Bruti salute allaturus, conspecto Cassij capite, tarditatis pœnas à se
exigens, ipse quoque in gladium incubuit. Brutus intellecto Cassij interitu, casum tanti
viri non sine lachrymis deplorans, primum atque vltimum Romanorū subinde appellauit:
corpusq; ipsum exornatum ne ex aspectu ipsius & luctu militum animi conciderent, clàm
in Thasum insulam per amicos honesto funere sepeliendum misit: transiensq; in Cassiana

castra, quòd cōmodiori oportunioreq; loco quàm sua sita viderentur, Cassianos ad se receptos verbis & donatiuo consolatus est: interim & milites increpans, quòd non exspectato imperio ad prælium prouolassent. Feruntq; quidam Lacedemonē & Thessalonicā in prædam militibus pollicitū, si proximo prælio victores reuerti contigissent. Constituto tamen iusto prælio de cetero abstinere, quòd aduersarios necessitatibus etiamnū conflictari non ignoraret, suos subinde castris educens, quæcunq; per occasionem poterat nonnunquam etiam nocte damna intulit: inter cetera flumine auerso hostium castra inundatione repleuit. Quo die prælium in campis Philippicis cōmitti contigit, eodem & Ionio in mari naues onerariæ, quæ duce Domitio Caluino cum triremib. aliquot duas legiones, è quibus altera Martia, & Prætoriam decem milium cohortem, alasq; equitum quattuor, atq; aliam selectorū multitudinem à Brundusio Cæsari vehebant, à Murco & Ahenobarbo cum centum triginta nauibus occurrentibus, partim captæ, partim dissipatæ & in fugam disiectæ sunt, quibusdam ex his etiam quinq; dierum obsidionem tollerantibus, famemq; interim velis rudentibusq; manducatis solantibus, picemq; madidam lingentibus. Quæ vbi Cæsar & Antonius intellexēre, quum aliundè auxilia non exspectarent, maximaq; rerum necessariarum inopia, aliisq; difficultatibus & incōmoditatibus ingruente iam hieme premerentur, antequam & ad Brutum eius cladis nuncius perferretur, prælio de summa rerum experiri cōstituunt: copiisq; in aciem productis, Brutum detrectantem & in proposito pertinaciùs persistentem, cōuitiis & cauillis ad præliū prouocare, & quoquo modo irritare non desinūt: donec tandem Brutus partim victus suorū conuitiis & importunis flagitationibus, ipsis potissimū ordinum ductoribus Tribunisq; & centurionibus alacritatem militum, vti certissimū victoriæ augurium, extollentibus, nec eo tempore negligendam inculcantibus, partim etiam maiorem defectionem metuens, maximè ab his qui olim sub Cæsare militarant, (iam enim pleriq; ab ipso ad Cæsarem transierant) quanquā inuitus ipse quoq; suos ante munitiones in aciem produxit, sedulò monēs ne longiùs à tumulo quodam proximo, quem præsidio munierat, progrederentur: quò & receptus esset facilior, & hostem è loco superiori impeterent. Dum igitur vtriq;, hi quidem fame stimulante, illi verò iusto pudore incitati, pari animorū contentione ad prælium se comparant, sub horam diei nonam Sole iam inclinante aquilæ fortè duæ medio ferè inter vtrosq; spacio inter se concertauēre. In quam rem quum vtraq; acies animis oculisq; intenta, etiam dilato cōcursu summoq; cum silentio, tanquam auguriū captantes, euentū illius certaminis exspectarent, tandem aquila quæ à parte Brutianorū pugnabat, victa cessit & fugit: statimq; à Cæsarianis facta conclamatione signa illata sunt: concursumq; pariter & à Brutianis, sed minori cum alacritate, maximè equitum. Ita postquā aliquandiu primò eminùs postea cominùs vario euentu pugnatum, occisis hinc inde non paucis, Cassianisq; primùm in fugam versis, postea vniuersa Bruti acies victa cessit: portaq; castrorū à Cæsarianis vti imperatum erat occupata, hi ad mare, illi ad montes, alij verò aliò diffugēre, persequentibus Cæsarianis, ita tamē vt à cæde abstinerent, contenti iterum coëundi facultatē Brutianis ademisse. Brutus ipse transmisso flumine quodam per noctē in tumulum quendam munitū, arboribusq; densis cōsitum cum amicis centurionibusq; aliquot se recepit: cognitoq; occupatis ab hoste castris, factaq; maiorem partem suorum deditione, paruam aut nullam salutis spem esse reliquam, quanquā amicis hortantibus vt aut fugeret, aut pacem expeteret, reiectis amicorū consiliis vt se indignis, ne viuus in manus hostium veniret, Stratonē Epyrotam AEgeatem rhetorē amicū suum & familiarem rogauit, vt manum sibi morienti cōmodaret: læuoq; brachio in caput reiecto, quo pectus nudaret, dextra mucronē gladij, quem Strato oculis auersis ne morientem amicum videret subiiciebat, sub mammilla sinistra, ea parte qua cor palpitat, admouit: corpusque impellens transfixus expirauit. Antonius corpore potitus, purpurea inuolutum veste

A veste cremari iussit: reliquiasq; & cineres matri ipsius Seruiliæ & Portiæ vxori Romã misit. Dion scribit caput tantùm Romã missum: obortaq; in traiectu tempestate in mare proiectũ. Exercitus autem Brutianus intellecto Imperatoris sui casu, missis ad Cæsarem & Antonium legatis, veniaq; impetrata inter ipsos diuisus est. Ex illustriorib. autem & primi nominis viris qui Brutũ sequuti fuerant, quidam dimicantes cecidêre: alij seipsos interimêre: pauci verò Cæsaris aut Antonij se fidei permisêre: nonnulli capti postea interfecti sunt: pleriq; etiam mari se cõmittentes ad Sex. profugêre. Cæsar autem & Antonius sublatis è medio potentissimis aduersariis, sacris pro tanta victoria operati, actisq; militi gratiis, quum Lepidus tanquam parum fidus, partibus apud ipsos criminatus in suspicionẽ venisset, neglecto præteritoq; Lepido, occupatisq; prouinciis quas ipsi iam antea adsignauerant, nouam inter se partitionẽ faciunt: ita vt Hispania & Numidia Cæsari, Gallia atq; Africa Antonio cederet: ea tamen lege, vt si postea Lepidum per calumniam accusatũ constaret, pro Gallia Narbonensi

B Hispaniaq; ademptis Africã acciperet. De Sicilia autẽ, deq; Sardinia, & transmarinis prouinciis nihil inter ipsos actũ: quòd hæ quidem necdum pacatæ essent, illas verò Sex. Pompeius occuparet. Hac imperij diuisione facta, placuit vt Antonius ad reliqua quæ in Asia aliusq; transmarinis prouinciis restabant bella conficienda, tum ad cogendas pecunias & tributa indicenda, vnde militibus præmia persoluerentur, relinqueretur. Cæsar autẽ in Italiam reuerteretur, Lepidum si quid ille moliretur oppressurus, bellumq; cõtra Sex. Pompeiũ gesturus, & militibus veteranis in colonias deductis, agros assignaturus. Quibus sic cõstitutis, Antonius quidem in Asiã proficisci constituit, Cæsar in Italiã iter auertit: correptusq; difficili & periculoso dum mare traiicit morbo, Brundusij subsistere coactus, Romæ aliquandiu decessisse creditus est: restitutus tamen aliquãtò pòst P. Seruilio & L. Antonio (qui ob singularem pietatem in Marcum fratrem Pietas cognominatus fuerat) consulatũ gerentibus, P. SERVILIVS L. ANTONIVS CONSS.

C ad vrbẽ reuersus est, cognitoq; Lepidũ siue metu sui siue timiditate quadã & ignauia rebus nouis abstinere: proinde quũ falsò apud se delatũ crederet, sua sententia absoluit, Africamq; vti cõuenerat, restituit. Hinc milites in colonias deducere, agrorumq; assignationẽ & diuisionẽ facere paranti, maximæ statim se obiecêre difficultates, auctoribus potissimũ Fuluia Antonij coniuge socru ipsius, inquieti acrisq; ac plusquã virilis animi femina, & L. Antonio Consule: postulantibus scilicet vt vel in Antonij aduentũ differretur coloniarum deductio agrorumq; diuisio, vel saltem Antonianos milites ipsi Antonij nomine deducerent, contrà quàm ab ipso Antonio cõcessum fuerat. Ita vt L. Antonius concitatis & in partes receptis populis, quorũ agri militibus diuidendi erant, bello Cæsarẽ lacessere pararet, Fuluia vbiq; præsente, nec consilio tantùm, sed & manu cœpta promouente: adeò vt occupato Preneste oppido gladio accincta inter armatos versans, nõ solùm militis, sed & Imperatoris munera vsurparet: ipsosq; Cæsarianos milites pecunia ad defectionem vel ad seditionẽ sollicitaret.

D Missisq; sæpius vltro citroq; legatis, quum res obsistente semper Fuluia cõponi nullo modo posset, in manifestũ tandem bellum erupit: ita vt Cæsar in Nursinos & Fontinates exercitũ duceret, Antonius autẽ pulso Lepido, qui cum duabus legionib. à Cæsare vrbi præsidio relictus fuerat, vrbem ipsam occuparet: Imperatorq; à populo salutaretur. Accedentibusq; mox cum suis copiis Asinio quoq; & Ventidio ducibus Antonianis, difficillimum atrocissimumq; bellum impendere videbatur, ni Cæsar L. Antoniũ in Galliam proficiscentem intra Perusiam cõpulsum, frustraq; sæpius erumpere conantem, tandem fame compressum deditionẽ facere coëgisset. Cæsar itaq; bello citra sanguinem cõfecto, mortuoq; fortè Caleno, qui cum legionib. aliquot Galliam nomine Antonij tenuerat, quum de Antonij in se animo propter ea quæ proximè cõtra Fuluiã & L. Antoniũ gesta erant, dubitaret, Caleni legiones ad se traducit: Galliamq; ipsam Antonij prouinciã occupat, simul & Hispaniã. Romamq; reuersus, Lepidum in Africam cum sex legionibus Antonianis sibi suspectis ire iubet: (Africam BELLVM PERVSINVM.

cam autem Sestius hactenus tenuerat, pulsis inde Cornificio & D. Lælio: sed is Lepido accedenti haud grauatim cessit) L. autem Antonium cum Peduceio & Luceio legatis Cæsar in Hispaniã mittit. Antonius interim dum in Asiam cum vniuerso exercitu proficisci tur, Græciam transiens L. Censorinū eidem præficit. Ephesumq; veniens, ab occurrentib. sibi Baccharum habitu & gestu mulieribus, à pueris verò & viris in Panes & Satyros transformatis exceptus est: vrbeq; ipsa hedera & thyrsis passim exornata, Dionysius ab omnibus appellatus & salutatus. Hinc Ciliciam ingressus est, quò Cleopatram prius euocarat, expostulaturus cum ea de auxiliis Cassio præstitis. Ceterùm conspecta Cleopatra, permotusq; tum cultu eius lugubri, tum sermonis & morū venustate captus, non solùm iustissimas Cleopatræ se purgantis excusationes, vt quæ non tantùm Cassium non iuuisset, sed Dolabellæ insuper quattuor legiones submisisset, classemq; instructissimá ad ipsum adducere parata fuisset, æquis auribus admisit: sed & in ipsam iuueniliter statim exarsit, ita vt deinceps omnia quasi ex Cleopatræ præscripto ageret: pecunias interim per vniuersam Asiam partim per se contrahens, partim per alios: exactis acerbissimè etiam plurium annorū tributis, & ditionibus, libertatibus, immunitatibusq;, atq; aliis passim tam publicis quàm priuatorū bonis diuenditis: quò scilicet suppeteret, vnde pecuniã militibus promissam præstaret, quòd singulis quinq; drachmarū milia pollicitus fuerat. Cleopatra autem in AEgyptū præmissa, postquam Asiam vniuersam proximasq; regiones circumiisset, indictis passim grauissimis tributis, instante iam hieme Planco in Asia, Decidio Saxa in Syria relicto, ipse quoq; Alexandriam apud Cleopatrã hiematurus se contulit. Vbi dum Antonius oblitus suæ dignitatis depositisq; vnà cum imperij insignibus, curis & cogitationib. tanto imperio dignis, sumptaq; pro patrio habitu stola quadrangula calciamentoq; Græcanico, otio luxuiq; deditus, amoribusq; inseruiens, conuiuiisq; non sine maxima prodigalitate in plures dies & noctes continuatis, tempus cum Cleopatra turpiter terit, Parthi duce Labieno & Pacoro Orodis Parthorum regis filio Syriam inuadunt, Phœnicem subigunt, Saxaque quem Antonius ibi decedens reliquerat superato & profligato Apamæam per deditionem capiunt: post hæc & Antiochiam à Saxa desertam. Saxaque qui in Ciliciam fugerat à Labieno persequente occiso, Pacorus vniuersam mox Syriam sola Tyro excepta occupat. Hinc in Palestinam transiens, & hanc sui iuris facit. Parte alia Labienus qui ad Saxam persequendum in Syriam profectus fuerat, Ciliciam vniuersam, omnesque Asiæ ciuitates in continenti sitas, præter Stratonigeam nullo ferè negocio ac sine bello subigit, præter Mylissam & Alabanda, quæ per vim in potestatem venêre. Hinc Labienus contractis vndique pecuniis, maximaq; præda etiam è templis aliisq; locis sacris ditatus, Parthorū se Imperatorem appellari voluit. Quæ vbi Antonio sunt nuntiata, vix tandem à Cleopatræ amplexibus diuulsus, imminente iam vere, Alexandria Tyrum proficiscitur, tanquam suppetias contra Parthos laturus. Ceterùm intellecto proxima quæque in Parthorum potestatem venisse, acceptisque eodem tempore à Fuluia vxore (quæ statim à Perusia capta Puteolos vnà cum liberis fugiens, inde Brundusium perueniens, Athenas nauigarat) litteris, quibus & de Perusinæ obsidionis euentu certior fiebat, & ab vxore non sine lamentis reuocabatur, per mare Cyprium & Rhodium Asiam præteruectus Athenas adnauigauit: vbi præter vxorem etiam Iuliam matrem reppent, quam in Siciliam confugientem Sextus eò miserat, quò Antonij gratiam & studium sibi contra Cæsarem conciliaret. Instituto igitur cum vxore & matre colloquio, intellectisque plenè iis quæ in Italia gesta erant, victus tum Fuluiæ Cæsari infestissimæ persuasionibus, tum Iuliæ matris pro Sex. Pompeio deprecationibus, accedentibus etiam L. Libone Pompeij socero & Saturnino cum aliis quibusdam quos Pompeius cum Iulia ad Antonium miserat Pompeio recóciliatus vnà cum illo bellum Cæsari inferre constituit. Digressusque Athenis, Fuluiamque malè affectam Sy-

BELLVM PARTHICVM DVCE LABIENO.

LABIENVS PARTHORVM IMPERATOR.

BELLVM INTER ANTONIVM ET CAESAREM.

A Sycione relinquens, ipse cum ducentis nauibus Corcyra soluens, Brundusium appulit. Ceterùm Brundusinis portas ipsi præcludentibus, Brundusium statim vallo & fossa à reliqua continenti interdudit: relictaque ad obsidionem expugnationemque parte exercitus, parte alia ad loca maximè oportuna in illa ora occupanda missa, Siponrem capit: & Pompeium Sicilia excitum quamprimùm Italiam inuadere, littoraq; opposita infestare hortatur: qui misso cum duabus legionibus in Sardiniam, quã Cæsar tum tenebat, Mena liberto, ipse Thurios & Consentiam obsidere pergit. Cæsar autem, qui, vt suprà dictum est, sub id ferè tempus è Gallia redierat, intellectis ijs quæ ab Antonio gerebantur, P. Seruilium Rullum ad Brundusium tuendum, Agrippam verò ad Sipontem tuendam mittit. Neque interim cessatum ab vtroque, quin sedulò oppida & colonias & veteranos quoquo modo sollicitarent, & in suas quisque partes pertrahere studerent. Quæ dum vtrinque pari contentione fiunt, suspensis hinc inde & ducum & militum animis, cõmodùm nunciatur Fulуiam Sycione decessisse. B Face itaque belli iam exardescentis per mortem Fuluiæ extincta, non priùs aut ab amicis alterutrius (inter quos & ipsa Iulia mater Antonij erat) aut à militibus ipsis cessatum est, quàm Cæsar & Antonius depositis armis in gratiam redirent. PAX INTER CAESAREM ET ANTONIVM. Quæ pax vti aliquo arctiori affinitatis vinculo confirmaretur, Octauia Cæsaris soror natu maior, non tamen eadem matre genita, mortuo non ita pridem Marcello marito, postulantibus pacis auctoribus atque applaudente felixq; ac faustum acclamante vniuerso exercitu, à Cæsare Antonio despondetur. Factaq; tertia imperij diuisione conuenit, vt Cæsar Sardiniam, Dalmatiam, Italiam, & Galliam obtineret: reliquas verò trans Ionium mare prouincias Antonius: termino vtriusq; ditionis constituto Codropoli, quod est oppidum in intimo Adriatico sinu. IMPERII DIVISIO. Vt scilicet quicquid continentis siue insularum ab eo oppido versus orientem vsq; ad Euphratem interiaceret, Antonio cederet: versus occidentem vsq; ad Oceanũ Cæsar imperaret: addito tamẽ vt vtriq; delectus in Italia habere liberum esset. C Et Sexto Pompeio communi hoste declarato, bellum contra ipsum Cæsar susceprit, Parthicum verò Antonius. Quibus rebus ita constitutis, deducentib. militibus ouantes, propter eam pacem inter se factam, vrbem ingressi sunt: ibique nuptiæ Antonij cum Octauia celebratæ, decretoq; Senatus confirmatæ. CAESARIS ET ANTONII OVATIO. Et quanquam plebs propter Cæsaris & Antonij in gratiam reditum, metu noui belli ciuilis liberata, primùm quidem gauderet, postea tamen multò etiam magis indignabatur, Pompeium non esse in fœdus receptum, quando non minora vrbi mala ab illo, quàm ab Antonij & Cæsaris dissidio vrbi impendere intelligerent, quòd is intellecta Antonij & Cæsaris reconciliatione, relicta Italia in Siciliam quidem se recepisset, nihilominus oras & littora per suos crebris populationibus infestaret, occupataque Sicilia, Corsica, & Sardinia, totoque adeò mari quod Italiam circumalluit, consuetas frumentationes intercluderet: ita vt dum neque ex Africa, neque ex occidente cõmeatus aut frumenta subuehi possent, vrbs in summa annonæ caritate etiam fame premeretur. D Hinc plebs non priùs etiam seditiosiùs tumultuari destitit, disiectis Antonij & Cæsaris statuis, magistratusq; & Cæsarẽ ipsum in publicũ prodeuntẽ lapidibus incessens, quàm Cæsarem & Antonium compellerent, vt ad pacem etiam cum Pompeio faciendam vrbe excederent. Baias itaque profecti sunt, instituto q; apud Misenum promontorium cũ Pompeio colloquio, ipsis quidem in continenti consistentibus, Pompeio verò ex aduerso in aggere circumfluo, in hoc ipsum aggesto, præsente hinc vniuerso exercitu, illinc tota classe, certis conditionibus, quas antè per internuntios depacti fuerant, pax inter ipsos cõuenit. PAX CVM SEX. POMPEIO FACTA. Et postquam dextras iunxissent, conuiuiisque sese mutuis excepissent, postridieque eius diei Consules in quadriennium designassent, inter hos Antonium, Cæsarem, & Pompeium, hunc quidem in vnum annum & primùm, illos verò etiam in duos vtrumq; annos iterum & tertium. ANTONIVS COS. DES. ITER. ET TERT. His ita transactis, Pompeius quidem in Siciliam, Cæsar verò & Antonius

nius ad vrbem reuersi, faustis acclamationibus atque incredibili omnium ordinum lætitia A
excepti sunt. Vbi postquam aliquandiu in ocio summa inter se concordia egissent, Cæ-
sare in Galliam nonnihil turbatam profecturo, Antonius abducta secum Octauia ad bel-
lum Parthicum in Asiam discessit: approbatis prius a Senatu omnibus actis ipsius, simulq;
ijs quæ ipse deinceps acturus vel decreturus esset. Qua autoritate fretus, pleraque suo ar-
bitratu postea constituit: inter cetera Reges aliquot, vti Darium Pharnacis filium, Mithri-
datis nepotem Ponti, Idumeorum verò Samaritarumq; Herodem, atque alios aliarum gen
tium. Instante autem sub discessum ipsius hieme, exercitu in diuersa hiberna distributo,
ipse Athenis hiemare constituit: vbi non secus quàm Alexandriæ priùs fecerat, relicto im-
peratorio cultu palliatus & cothurnatus priuato prorsus habitu paucis admodum comita-
tus, fortè vno atque altero amico & famulo, professores & alios recitatores auditurus in
publicum subinde procedebat: sæpiusq; conuiuia Græcorum more agitabat: solennibusq;
epulis & festis magna cum Octauiæ voluptate intererat: constitutusq; Atheniensium gy- B
mnasiarcha, inter ceteros honores etiam Bacchum ab Atheniensibus se alterum appellari
passus est: desponsaq; sibi tanquam Baccho ab Atheniensibus Minerua, cum dote HS qua-
dragies matrimonium approbauit. Interim P. Ventidius, quem Antonius contra Par-

P. VENTIDII CONTRA PARTHOS RES GESTAE.

thos præmiserat, dum ipse in Græcia otiosus hæret, Labienum ex Asia versus Syriam refu-
gere coëgit: fugientemq; vsque ad Taurum montem consequutus, vlteriùs progredi pro-
hibuit: Parthorumq; exercitum haud multò pòst superuenientem similiter in fugam con-
uersum, vsq; ad Ciliciam persequutus est: captoq; Labieno, qui in Cilicia aliquandiu la-
tuerat, Ciliciam vniuersam recepit. Hinc ad Amanum montem conuersus, per cuius an-
gustias (quæ Amani portæ dicuntur) ex Cilicia in Syriam transitus est, Pharnabatem O-
rodis Regis præfectum Pacori legatum eum transitum custodientem ex improuiso aggres
sus, quanquam numero longè impar, cæsa cum magna Parthorum manu ipso Pharnabate,
Syriam à Parthis desertam præter Aradum insulam, vniuersam citra prælium recepit. Post C
hanc & Palestinam recuperauit, fugiente præ metu Antigono, quem mox vti & Antiochũ
& Malchum Nabatheorum Regem, propter auxilia Pacoro præstita, magna pecuniarum
summa multauit. Ob quæ quidem, quòd Antonij auspicijs gesta erant, Antonius ipse à
Senatu laudatus, supplicationesq; ipsi decretæ sunt. Antonius autem hoc nuntio Athenis
accepto, epulum Græcis dedit, ludosq; publicos instituit. Per hæc tempora Antonio

BELLVM SICVLVM CVM SEX. POMPEIO

etiamnum Athenis agente, Pompeius rupto pacis fœdere iterũ maria infestabat, misso in-
super in Italiam Menecrate liberto, qui pleraq; Campaniæ loca popularetur & deuasta-
ret, caussatus quòd Cæsar quidem Mænam libertum suum ad se fugientem classemq; &
exercitum tradentem recepisset, monitusq; ad se remittere recusaret: Antonius verò Pe-
loponnesum & Achaiam prouinciam sibi nuper in fœdere concessam, vexaret. Hinc Cæ-
sar Antonium & Lepidum quamprimùm accedere iubet: sed Lepido cunctante & diffe- D
rente, Antonius quamprimùm Athenis Brundusium nauigauit: sed non inuento ibi Cæ-
sare, siue prodigio territus, quòd lupus prætorium ipsius ingressus aliquot ex militibus i-
psius dilaniasset, siue alia quamis de caussa, bellum Parthicum caussatus, iterũ in Græciam
abnauigauit. Hinc Cæsar coniecturam fecit se ab Antonio contra pacta deseri: & Pom-
peius sparsis rumoribus Cæsaris caussam Antonio minimè probari, maiori etiam studio in
id bellum incubuit: ipseq; in Italiam traijciẽs, cuncta hostili animo gessit, rem interim na-
ualem Menecrati & Apollophani libertis suis cõmittens. Cæsar autem ab vtroq; collega
destitutus, opera potissimùm Caluisij Sabini & Mænæ liberti, qui nuper à Pompeio pro-
fugerat, vsus est: prælijsq; aliquot mari infeliciter cõmissis, accepta etiam non leui propter
tempestatem maximam subitò exortam clade, qua plus quàm dimidia nauium pars perie-
rat, effecit vt Pompeius verè Neptuni filius crederetur, tanquã Neptuno à partibus ipsius

stante

A ſtante, & pro ipſo contra Cæſarem decertante. Quod quũ & ipſe Pompeius ita videri vel-
let, pro purpureo paludamento ceruleo deinceps vti cœpit: & tanquam Neptuno ſacri-
ficans, equos & viros viuos in fretum coniecit. Cæſar autem ſubductis quæ reſtabant na
uibus, ad nouam claſſem comparandam, aliosq; apparatus, in Campaniam receſſit. miſ-
ſoq; Mecœnate Antonium iterum ad propulſandum communem hoſtem & belli ſocie-
tatem euocat. Vere itaq; ineunte Antonius cum trecentis nauibus Tarentum acceſſit:
vbi obortis nouis inter ipſos ſuſpicionibus, ita vt Cæſar ad ipſum accedere recuſaret, An-
tonius autem in Syriam reuerti pararet, Octauia ad Cæſarem profecta ipſi perſuaſit, vt in
colloquium cum Antonio veniret: ſic poſt mutuas expoſtulationes, denuò inter ſe recon
ciliati ſunt. Quumq; Antonius neceſſariò ſibi ad bellum Parthicũ proficiſcendum cauſſa-
retur, bello Pompeiano ſe intereſſe poſſe negauit, niſi Cæſar mallet id in annum ſequentẽ
differri, naues tamen & reliquum apparatum lubenter traditurum. Ita Cæſar acceptis ab
B Antonio CXX. nauibus, ipſi viciſſim viginti legionariorum millia ex Italia miſſurum polli-
citus eſt. Et exeunte iam primo Triumuiratus quinquennio, in aliud quinquennium ſibi
eandem poteſtatem prorogarunt: Pompeioq; hoſte iudicato, conſulatum & auguratum
nuper inter ceteras pacis conditiones conceſſum, ademerunt. Quibus ita conſtitutis,
Antonius ad bellum Parthicum in Syriam vnà cum Octauia profectus eſt. ſed hanc mox à
Corcyra remiſit. Inde per Aſiam in Syriam profectus, miſſo in Ægyptum Fonteio Capi
tone, pro Octauia ablegata Cleopatrã acceſſit, venientemq; ad ſe magna cũ beneuolentia
magnifico, apparatu exceptam, Phœnicia, Celeſyria, Cypro, magna etiam Ciliciæ parte,
eaq; Iudææ parte quæ Balſamum profert, tota deniq; Arabia quæ ad Oceanum pertinet &
Nabatheorum dicitur, donat: liberiſq; ſuis, quos vno partu geminos Cleopatra ipſi edide
rat, quorũ vni Alexandro, alteri Cleopatræ nomen erat, Solis & Lunæ cognomina addidit.
Vixdum aũt digreſſo Antonio quũ Mænas homo dubiæ fidei, iterũ a Cæſare ad Pompeium
C tranſijſſet, bellum ſtatim aduerſus Pompeium inſtauratũ eſt: præfectoq; claſſi loco Mænæ
M. Agrippa, Cæſar à Lepido quanquã inuito impetrauit, vt & ipſe ſua cum claſſe Siciliam
inuaderet. Sed is amiſſo cùm tempeſtate tum prælio magno nauium ſuarũ numero, ad Li-
lybæum appellens, ibiq; diutiùs cõſiſtens, à rebus gerendis abſtinuit. Hinc apud Cæſarem
in ſuſpicionem veniens, occulta cum Pompeio iniſſe conſilia creditus eſt: ſtatimq; obor-
tum inter ipſos diſſidium: indignãte Lepido, quòd Cæſar ſe qui parem haberet poteſtatẽ,
nõ vti collega æquato imperio, ſed quaſi legato tantùm vti vellet, atque hinc ad Pompeiũ
clam inclinante. Quod Cæſar impræſentiarum diſſimulandum ratus, quia videlicet Lepi
dum clandeſtinum quàm apertum hoſtem habere mallet, antequam & hinc Pompeianis
rebus aliquid roboris accederet, aut Pompeius pecunia & cómeatibus quibus deſtitueba-
tur, inſtrueretur, quamprimũ prælio decertare cõſtituit. Omnibus igitur ad præliũ expe
ditis, Pompeium prope Meſſanam etiamnum imparatũ terra ſimul & mari aggreditur: ita
D vt Cæſar ipſe pedeſtres copias duceret, M. aũt Agrippa mari rem gereret: & poſt longam
& dubiam hinc inde dimicationem, Pompeiani terra mariq; profligati, fugientes Meſſanã
& alia loca petiêre: ipſe verò Pompeius amiſſa claſſe & Demochare claſſis præfecto mor
tuo, alijsq; plurimis ad Cæſarem profugientibus, rebus iam deſperatis, filia atq; amicis cũ
pecunijs & reliquis rebus precioſioribus in naues (quæ. XVII. duntaxat ex vniuerſa claſſe
reliquæ erant) impoſitis, noctis tenebris adiutus, nemine inſequente, ad Antonium fugit:
ſperans ſcilicet quòd matrem ipſi incolumẽ remiſiſſet, inuitũ & ab ipſo in gratiam recipi-
endum. Lepidus interim admotis propiùs Meſſana copijs (quo & M. Agrippa à Cæſare
ſubmiſſus haud multò pòſt aduenerat) Plennnio, qui cum octo legionib. ſtatim poſt Pom-
peij diſceſſum eò venerat, in fidem recepto, militibusq; eius cum ſalute etiam direptione
vrbis conceſſa, quanquã reclamante & inuito Agrippa, qui Cæſarẽ exſpectandum cenſebat:

TRIVMVIRATVS REIPVB. CONSTITVENDAE ITERVM INITVS.

POMPEIVS HOSTIS IVDICATVS.

auctusq; accessione Pompeianorũ vsque ad numerum viginti legionum, occupataq; Messana, etiam de vniuersa Sicilia retinenda cogitauit: vt quæ sibi iure deberetur, quòd prior in eam descendisset, pluresq; eius ciuitates in fidem recepisset. Sed Cæsar hoc intellecto postridie accedens, facilè milites à direptione abstinere, ipsum autem Lepidum vrbe excedere, collemq; proximum castris suis occupare compulit. Ortaq; primùm inter ipsos per internuntios disceptatione, non sine multis expostulationibus, Lepido quidem de Cæsaris in se iniurijs prouinciisq; sibi ademptis conquerente, Siciliamq; sua potissimùm opera receptam sibi vendicante, Cæsare verò nihil aut pauca ad hæc respondente. Qui postquam quosdam è Lepidianis maximè è Pompeianis qui pridie ad ipsum transierant corrupisset, cum equitibus vsque ad vallum castrorum Lepidi progressus, castraq; ipsa cum paucis ingressus, & milites alloquutus, obtestatusq; se inuitum ad bellum protrahi, postea cum vniuersis accedens copiis, castra Lepidi obsedit: commissoq; leui prælio, deficientibus primùm ad ipsum Pompeianis, reliqui quoque Lepidi milites metuentes ne & ipsi in potestatem redigerentur, paulatim alij post alios, Lepido nequicquã obsistente & fidem ipsorũ implorante, ad Cæsarem defecêre, parati etiam Lepidum interficere ni Cæsar vetuisset. Ita Lepidus ab omnibus desertus, pullatus ad Cæsarem procedens, se genibus ipsius submisit. Sed

IMPERIVM LEPIDO ABROGATVM.

Cæsar assurgens, dextra porrecta subleuatum, supplicem sibi fieri passus non est: imperioq; adempto, relicto tamen Pontificatu Maximo, ad vrbem redire iussit. Sextus autem à Messana fugiens, in Lesbum insulam delatus, Mytilenæ (vbi olim patri Pompeio aduersus C. Cæsarem bellum gerente cum matre egerat) substitit: cumq; se fidei Antonij permittere decreuisset, legatosq; in id ad Antonium misisset, intellecto postea infelici rerum Antonianarum aduersus Medos successu, ad occupandam continentem Lesbo obiectam animum adiiciens, nauesq; & classiarios interim comparans, Parthis etiam se iungere studuit: missisq; clàm ad Thraciæ Pontiq; reges & Dynastas legatis, suam contra Antonium operam, vti prius Labienus obtulit. Quibus Pompeij conatibus ad Antonium perlatis, quanquam prius Pompeium in amicitiam recipere decreuisset, M. Titium qui prius à Pompeio ad ipsum defecerat, cum classe contra Pompeium proficisci iubet, cum mandato, vt siquidem classem & se dedere vellet, Pompeium honorificè ad se deduceret: sin minus, ipsum bello persequeretur & quoquo modo opprimeret. Titius igitur Pompeium adhuc Nicomediæ imparatum deprehendens, pacem iterum ab Antonio per legatos petentem, ita tamen vt nec se nec classem tradere paratus esset, posteaq; in Mediterranea Bithyniæ se recipientem, Armeniamque petentem, Mindaij circumuentum & in potestatem redactum, postea per litteras ab Antonio iussus interfici curauit: quanquam Antonium ipsum postea eius pœnituisse ferunt. Cæsar autẽ intellecta Pompeij cæde, factis ob id ludis equestribus, Antonio currum apud rostra & statuam in templo Concordiæ posuit. Atque hæc quidem in Sicilia & alibi contra Pompeium gesta sunt. Pacorus autem Orodis Parthorum regis filius Ventidio rebus in Syria nuper à Parthis recepta cõstituendis intento, Antonioq; Alexandriæ luxui & amoribus dedito, cum valido exercitu iterũ Syriam inuaserat. Sed Ventidius maturè cum legionibus, quã Parthus minimè putabat occurrẽs, in agro Cyrrhestico Parthos castra sua edito loco posita aggredi ausos, facta subitò eruptione nõ sine maxima strage concidit: ipsoq; Pacoro duce cæso profligatos partim in Mediam & Mesopotamiam vnde venerant, partim in Comagenem ad Antiochũ celeri se fuga recipere compulit: capiteq; Pacori per omnes Syriæ ciuitates circumlato, Syriam vniuersam, quæ Pacorũ propter summam eius iustitiam & clementiam vnicè obseruabat, euentumq; eius belli sollicitè exspectabat, mox pacatã reddidit: receptisq; quæ defecerant ciuitatibus, in Antiochum conuersus, & hunc intra Samosata cõpulsum oppugnare aggressus est: deditionemq; facere, & pacem mille talentis redimere paratũ, Antonij propediem adfuturi

SEX. POMPEII CAEDES.

BELLVM PARTHICVM.

ad-

A aduentū exspectare, aut legatos ad ipsum de pace mittere iussit: ne solus scilicet sibi omnē
rerum gestarum gloriam vsurpare velle videretur: quod sciret Antonium rebus à se felici-
ter gestis iam tum inuidere. Postquam autem Antonius post dies haud multos superuenit,
quum res à Ventidio suis auspicijs gestas haud satis æquo animo ferret, quod plenam non
in solidum suam fore intelligeret, Ventidium in ordinem redactum abrogato imperio ex-
ercitum sibi tradere iubet: eiusq; opera & tunc temporis & postea vti recusauit. Hinc ad
Antiochum cōuersus, quum nec oblatas pacis aut deditionis conditiones admitteret, nec
rursus versa in fortitudinē desperatione diutius obsessum sæpiusq; oppugnatū in potestatē
redigere posset, victus tædio, vidensq; tempus frustra consumi, suspicatusq; milites ob affe-
ctum iniuria Ventidium animis in se [illegible] oribus, acceptis pro M. talentis quæ prius offe-
rebantur, CCC. tantū, & duobus [illegible] obsidibus, pacem Antiocho dedit: solutaq; obsi-
dione, & constitutis vtcunq; rebus Syriacis, Athenas reuersus est. Decretoq; tam sibi quàm
B Ventidio, ob res cōtra Parthos gestas, triumpho & supplicationib., quanquā indignatus ho-
nores sibi cum Ventidio communicatos, Ventidiū tamen collaudatū ad triumphū in vrbem
remisit: qui & solus & primus hactenus de Parthis triumphauit. Nec multo pòst Antonius
quoq; Romam venit. Per id tempus C. Sosius Syriæ Ciliciæq; ab Antonio præfectus Ara-
dios, qui soli se Ventidio opposuerat, fame & longa obsidione pressos in potestatē redegit:
Antigonumq;, qui præsidium Romanorum interfecerat, prælio superatum, Hierosolymisq;
quò confugerat obsessum, tandem in ipso templo vi expugnatum, viuum cepit: constituto-
toq; Herodi Iudæorum regno, quod ipsi Antonius concesserat, Antigonum cruci affixum
virgisq; cæsum, demum securi percussit. P. quoque Canidius Crassus circa Armeniæ
fines ab Antonio relictus, superatis diuersis prælijs Pharnabazo Hiberorum, & Zibere Al-
banorum Regibus, ad Caucasum vsque montem Romana protulit arma. Interea An-
C tonio Romæ diutiùs hærente, ita vt sub finem demum anni in Syriam reuerteretur, Phraa-
tes alter Orodis filius, cæso in prælio à Ventidio fratre suo Pacoro, acceptoq; à patre regno,
sublatis è medio per dolum fratribus, quos ex Antiochi filia Orodes susceperat, ipsum quoq;
Orodem patrem ob tantum scelus merito sibi offensum, interimere nō dubitauit: simul &
quoscunq; ex nobilissimis aliquando auctoritate apud patrem valuisse, aut nunc etiam plu-
rimùm posse intelligebat. Hinc plurimi & præcipui crudelitatem hominis metuentes, ipso
relicto alij aliò fugiebant: ex his aliquot ad Antonium, in quibus fuit Moneses quidam.
Quo recepto Antonius quum is se ducem belli fore, facileq; bonam Parthiæ partem occu-
paturum polliceretur, adiunctis sibi Pharnabazo & Zibere Regibus, paulò antè à Canidio
subactis, expeditionem contra Phraatem parabat. Ceterum Phraates defectione suorum
potissimùm autem Monesis turbatus, missis ad Monesem legatis, data fide ad se reuerti iu-
bet. Quod quanquam Antonius haud satis æquo animo ferret, spe tamen pacis recipien-
D dorumq; pro Monese ciuium Rom. & signorum sub Crasso amissorum, Monesem redire
permittit: simul etiam legatos mittit, qui si signa & captiui redderentur, pacem cum Par-
tho conficiant. Ipse interim validissimis instructus copijs, Cleopatra, quæ tum fortè ade-
rat, Alexandriam remissa, ad bellum se comparabat: sperausq; Regem præter spem pacis
securius agentem ex improuiso posse opprimi, ad Euphratem vsq; processit. Verùm post-
quam Euphratem valido teneri præsidio intellexit, ab Artanaside maioris Armeniæ Rege
sibi confœderato accitus, monitusq;, Medo ad auxilia Parthis præstanda longiùs profecto,
Mediam facilè posse inuadi, auerso itinere, relictoq; post se cum impedimentis, machinis,
& bona exercitus parte, Statio Oppiano, & se quamprimùm subsequi iusso, ipse magnis
itineribus ad Phraaspa vsque regiam Medorum vrbem, in qua erat vxor Regis cum quat-
tuor liberis, peruenit: oppidumq; obsidione cinctum statim oppugnare cœpit. Quæ quū
Medum & Parthum minimè laterent, obuiam progressi, fatigatumq; ex itinere de impro-

uiso adorti, vniuersis ad vnũ cæsis, solo Polemone Ponti rege capto, omnibus impedimentis machinisq; bellicis potiuntur. Quod vbi Artanasdes Armeniæ Rex in[illegible]exit, quasi re desperata, cum suis se copiis subtrahens in Armeniã quamprimùm reuersus est. Antonius autem à Statianis celeriter accitus, ad suppetias suis ferendas relicta Phraasporũ obsidione profectus, quum præter cadauera nihil inuenisset, postremũ barbarorum magna celeritate se recipientiũ agmen insequutus, cõmisso prælio, nullaq; ferè edita strage, quòd ab Armenio desertus esset, ad Phraasporum obsidionem reuertitur. Ceterùm quum machinis destitutus sæpiùs oppugnando nihil proficeret, diuersis cladibus à Parthis qui haud procul aberant illatis, absumptisq; omnibus quæ circa vrbem erant cõmeatibus, dum suos lon[illegible] frumentatũ mittere cogitur, subornatis à Phraate, qui inter frumentationẽ Romanis im[illegible] familiariusq; compellantes, Antonium in spem pacis facilè impetrandæ adducerent, missis iterum de pace legatis, signa & captiuos, vti prius, repetit. Parthus autem signorũ & captiuorum mentione reiecta, si Antonius exercitum abducat, & Medorum finibus excedat, pacem se concessurum respondit. Quo responso Antonius securior iam factus obsidionẽ soluit: & dum pacis cõpositionem exspectans ad iter se profectionemq; comparat, Medi eruptione facta, machinis operibusq; negligentiùs tanquã pace iam facta custoditis flammas iniiciunt, aggeresq; & vallum disturbant. Parthi alia ex parte Antonianos aliud agentes adorti, cladem non paruam intulêre. Antonius ergo se deceptũ videns, quum sibi non esse vlteriùs de pace cogitandum videret, duce Mardo quodam, instituto per montes & angustiora loca itinere, ne exercitum suum armis grauem per loca plana & patentia Parthis sagittariis obiiceret, copias suas in Armeniam reduxit: ita tamen vt magnis interim conflictatus itinerum difficultatibus aliisq; incommodis, tum propter cõmeatuum & aquæ aliorumq; per loca auia & deserta inopiam, tum propter crebra vario euentu prælia, occurrentibus sibi subinde Parthis, cum quibus octies decies ex itinere dimicasse traditur, desideratis è suis amplius viginti quattuor milibus, post septem & viginti demùm dies in Armeniã peruenerit. Vbi dissimulato suo in Artanasdem animo, quòd se ab ipso desertum indignaretur, vltionemq; iam animo concepisset, quia tamen & pecunia & aliis rebus necessariis destitutus, humanitatẽ atq; hospitium Artanasdis sibi perquàm necessaria intelligeret, hominem blandè ac benignè alloquutus, tandem impetrauit vt sibi cum exercitu in regno ipsius hibernare liceret, quòd primo vere alteram in Medos expeditionẽ suscipere constituisset. Ceterùm postquàm aliquandiu in Armenia subsistens, suos à proximis incõmodis & molestiis non[illegible]hil refecisset, hieme necdum exacta, Cleopatræ desiderium non ferens, quò propius ad ipsam accederet, per hiemen & niues exercitum in Phœniciam reduxit: locoq; medio inter Berytũ & Sidonem ad mare consedit, Cleopatram quam eò venire iusserat exspectans, & subinde ad littus procurrens, num fortè illam aduentantẽ videret. donec illa vestem militarem q[illegible] plurimã & pecuniam militibus Antonianis distribuendam adferens, tandem aduenit. Pecuniam tamẽ ab Antonio subministratã, sed Cleopatræ ab ipso imputatam, quò militibus gratiorẽ redderet, quidam prodidêre. Pecuniis itaq; quas Cleopatra attulerat, in milites distributis, centenis scilicet quadragenis in singulos sestertiis, aliisq; rebus constitutis, Antonius cum Cleopatra in AEgyptũ reuertitur. Per id tempus orta inter Phraatem Parthum & Medum de præda & spoliis diuidendis contentione, Medus metuens ne à Partho regno exueretur, Pòlemonem nuper à se captum cum legatis ad Antoniũ mittit: & si bellum Parthis inferre velit, suam ad id operam & auxilium pollicetur. Antonius itaq; acceptis iis quæ offerebantur cõditionibus, paceq; cum Medo facta, promittit se ad Araxem flum[illegible] quod Mediam ab Armenia diuidit, suo cum exercitu venturum, coniunctisq; copiis Parthum inuasurum. Interim quum Artanasdis des[illegible]onis perfidiã sibi quoquo modo vindicandam cõstituisset, quò minore id molestia conficeret,

com-

A comprehensumq; interficeret, primùm tanquã amico & benè de se merito gratias pro acce
ptis ab eo beneficiis repensurus, in AEgyptũ ad se accedere hortatur. Qui cum verbis An-
tonij parum fidens aliud caussatus non veniret, Antonius sperans dum per Armeniam in
Parthos exercitum ducit, se facilè incautũ oppressurum: tanquam ad bellum Parthicum ex
AEgypto in Syriam proficiscitur. Verùm intellecto haud multò pòst Octauiam aduentare,
litteras ad Octauiam mittit, significans se ad bellum Parthicũ proficisci, proinde ipsam vel
Athenis subsistere, vel si ita videatur, domum reuerti iubet. Octauia quanquam facilè suspi
caretur, non tam propter Parthicam expeditionem, quàm Cleopatram se remitti, munera
tamen & dona, quæ plurima & splendidissima Roma secũ attulerat, (in quibus præter ve-
stem, pecunias & iumenta, duo erant selectorũ militum milia) Antonio misit. Quidam cre
diderunt Octauiam à fratre Cæsare missam fuisse ad Antonium, aliquam scilicet iusti belli
occasionem captante: quòd non ignarus amorũ & consuetudinis Antonij & Cleopatræ,
B certò sibi persuaderet illam aut non admittendam, aut si admitteretur negligendam, præ-
lata ipsi pellice. Cleopatra autẽ si quando aliàs tum certè Antonij se amore incensam simu
lans, nihil intentatũ relinquebat, nihilq; sibi ad questus, blanditias & illecebras reliquũ fa-
ciebat, quò & Octauiã ab Antonio arceret, & Antoniũ à Parthica expeditione retraheret:
ita vt Antonius relicto omni apparatu, neglectaq; tam oportuna rei gerendæ occasione,
in AEgyptũ reuersus bellum Parthicũ in tempus aliquod distulerit. Postea tamẽ profectus,
vindictæ quam in Artauasdem Armeniũ conceperat memor, ad aliam doli rationem con-
uersus, & simulans se filiam ipsius filio suo Alexandro in vxorẽ expetere, missis semel atq;
iterum legatis, Artauasdem ad se pertrahere conatus est. Qui quum sæpius euocatus non
veniret, quòd sibi malè conscius Antonio non satis fideret, Antonius subitò Artaxata pro-
gressus, vbi regiam suam habebat Armenius, non priùs destitit, quàm partim minis partim
C pollicitationib. sociorumq; persuasionibus, scriptis pariter & factis amicũ se simulans, regẽ
ad colloquiũ in sua castra pertraxit: vbi cõprehensum per totũ regnũ & vniuersa castella
circumducens, thesauros regios sibi monstrare cõpulit. Verùm postquã hi qui gazæ & the
sauris præerant, Artaxã filiorũ Artauasdæ maximũ Regem cõstituissent, iniectis Artauasdæ
argenteis cathenis, victoq; in prælio Artaxa & ad Parthos fuga dilapso, vniuersam breui Ar
meniam partim vi partim deditione subegit: impetrataq; à rege Medo Iotape filia in con
iugem filio suo Alexandro, & exercitu suo in Armenia relicto (quo postea adiutus Medus
Parthũ & Artaxam in se irruentes superauit) cum magna præda in AEgyptũ reuersus est:
Artauasdemq; cum vxore & liberis captiuos ducens, in gratiã Cleopatræ Alexandriã more
Romano triumphans ingressus est. Ipsumq; regem Artauasdẽ posteà aureis oneratũ cathe
nis, adductumq; ad Cleopatrã in media populi corona in argenteo tribunali sella aurea se-
dentem, supplicẽ ipsi fieri voluit: datoq; populo Alexandrino epulo & visceratione, vti Ro
D mæ post triumphos fieri consueuit, assidentibusq; sibi Cleopatra & liberis ipsius habita ad
populũ cõcione, Cleopatrã Reginam Regum, Ptolomeũ autem Cæsarionẽ Regem Regũ
appellauit: AEgyptumq; his, & Cyprũ, vti priùs Cæsar, iterũ addixit. suis autem ex Cleopa
tra liberis (quibus præter duos gemellos supra memoratos accessit tertius Ptolomæus di-
ctus Philadelphus) Alexandro quidem Armeniã atq; alias trans Euphratẽ vsq; ad Indiam
regiones, non secus ac si iam & eas suæ ditionis fecisset, Cleopatræ Cyrenaicã, Ptolomæo
verò Syriam, omnesq; cis Euphratẽ vsq; ad Hellespontii regiones attribuit: non dubitans
etiam Romã hæc perscribere, postulans vt eadẽ Senatus decreto suo cõfirmaret: addiditq;
paratũ se Magistratu decedere, omniaq; Senatui & pop. Ro. permittere: quod speraret se
hac ratione effecturũ, vt Cæsar, qui ad vrbem erat, prior arma deponere cogeretur: aut si id
facere recusaret, in inuidiã adduceretur. Post hæc ad Araxem vsq; flumen progressus,
quò & Medus è suo regno processerat, fœdere cũ Rege inito, partoq; Armeniæ nuper occu
pata

ARMENIA SVBACTA

ANTONII DE ARTAVASDE TRIVMPHVS

patæ concessa, filiam vicissim Iotapen filio suo desponsam, signaq; Statiano cæso perdita à A
Rege recipit, Polemonem verò Ponti Regem à Medo nuper captum, Armenia minore do
nat. Et hæc quidem sunt, quæ ab Antonio in Syria alijsq; trãsmarinis populi Romani pro-
uincijs & finitimis regionibus hactenus gesta sunt. Quum autem deuicto occisoq;
Sex. Pompeio, Lepido verò in priuatorũ ordinem redacto, Parthisq; ab vna parte, ab altera
verò gentibus quæ contra Cæsarem bella mouerant perdomitis, penes Antonium & Cæ-
sarem rerũ omnium summa esset, omnibusq; vtcunq; vbiq; pacatis nullum aliunde grauius
bellum imminere videretur, bellum subitò ciuile inter Antonium & Cæsarẽ exarsit: cuius

BELLVM CIVILE INTER CAESAREM ET ANTONIVM.

hæ ferè exstitêre caussæ & initia. Cæsar offensus Antonij in Octauiam sororẽ iniurijs,
Antonium apud Senatum accusabat, quòd AEgyptum prouinciam sine sorte inuasisset:
quòd Artauasda Rege Armeniæ per fraudem capto & in vincula coniecto, magnã nomini
Romano iniuriam & contumeliam conciliasset: quòd præcipuas Po. Ro. prouincias, tum
Cleopatræ & liberis ipsius, tum alijs pro arbitrio dedisset. Antonius vicissim obijciebat, B
quòd Lepido collegæ se inconsulto magistratũ abrogasset, Lepidiq; & Sexti cùm prouin-
cias, tum exercitus sua auctoritate sibi vendicasset: quòd naues quas ipsi cõmodato dede-
rat, nõ restituisset: quòd vniuersos ferè per Italiam agros militibus suis nulla habita militũ
Antonianorũ ratione diuisisset. hæc atq; alia tam apud Senatũ quàm per litteras sibi mutuò
exprobrabant, & vicissim se purgabant: Cæsar quidem coràm per se, Antonius verò per lit
teras, legatos, aut internuntios, potissimùm aũt per C. Sosium alterum è Consulibus, qui
Antonij caussam magno studio atque contentione defendebat, & Cæsarem impugnabat,
edictum etiam contra Cæsarem propositurus, ni Tribunusplebis vetuisset: qui & postea cũ
collega & plurimis Senatorum ad Antonium transijt, caussatus nõ licere Consulib. liberè
de Rep. agere, quòd Cæsar satellitio stipatus, amicisq; pugiones sub veste occultantibus co-
mitatus in Senatum veniret. Pro quibus alij non pauci postea ab Antonio ad Cæsarem se
cõtulêre, & in his M. Titius & Munatius Plancus: habitoq; hinc inde Senatu, quũ alter alte C
rum criminari & accusare nõ cessaret, Antonius repudiata Octauia, prior bellũ Cæsari de-
nunciasse visus est. Inuento aũt Romæ apud Vestales Antonij testamento, eoq; palàm in
Senatu recitato, quo inter cetera Cæsarionẽ legitimũ Cæsaris filium declarabat: relictisq;
tam ipsius Cleopatræ, quàm suis ex Cleopatra liberis immensis inofficiosissimisq; legatis,
Alexandriæ se cõmuni cũ Cleopatra sepulchro cõdi petebat. factum est vt & ea quæ vulgò
de ipso spargerẽtur, de imperio Alexandriam transferendo, deq; Roma ipsi Cleopatræ do-
nanda, facilè crederẽtur: animiq; ferè omnium, etiam eorum qui priùs rebus ipsius studue-
rant, ab ipso alienarentur. Adempto igitur ipsi cõmuni Senatus decreto consulatu, reliqua

CONSVLATVS ET IMPERIVM ANTONIO ABROGATVM.

etiam potestas abrogata est. Et quũ Senatus propter amicos ipsum hostem iudicare nõ au
deret, impunitate tamẽ & præmio ijs qui partes Antonij reliquissent proposito, sumptisq;
sagis bellum Cleopatræ indictũ est. Et postquã magno vtrinq; studio delectus habiti, eaq; D
quæ ad bellum necessaria videbantur comparata, Antonius paratior & ab omnibus Cæsare
instructior, primùm cũ Cleopatra Ephesum venit, quò copias maritimas omnes cõuenire
iusserat. Et quanquã à Domitio monitus Cleopatrã relinquere constituisset, victus tamen
precibus & lachrymis ipsius Cleopatræ, Canidioq;, quem Cleopatra subornarat, instante,
collectis omnibus copijs, assumptaq; secum Cleopatra, Samum peruenit. Vbi postquam
dies aliquot in summo luxu, nullisq; nõ interim voluptatib. indulgens peregisset, Athenas
venit. Commoratusq; & ibi aliquandiu, postea Corcyrã perueniens, intellecto naues Cæ-
saris speculatorias apud montes Ceraunios in statione esse, suspicatus vniuersam Cæsaris
classem eò cõuenisse, in Peloponnesum reuectus, omniq; exercitu suo in hiberna distribu-
to, Patris hiemauit: magno Cæsaris cõmodo, qui ab omnib. imparatus, intellecta Antonij
celeritate & copiarũ magnitudine, magnoperè metuebat ne ante hiemem pugnare coge-
retur.

A retur. Omnibus igitur per ociū cōparatis, Cæſar vere inito Brundufio ſoluens, Actium, vbi maior Antonianarū nauiū pars in ſtatione erat, vniuerſas copias ducit: copijsq́; pedeſtrib. ad Ceraunios montes expoſitis, occupataq́; Corcyra præſidio deſtituta, & nauibus ibi in ſtatione conſtitutis, Actium inde cū vniuerſa claſſe prouectus, nemine nec ad pugnam nec ad colloquiū exeunte, in aduerſa ſinus Ambracij parte loco ſublimi, vnde & Actium ipſum & mare ſubiectum & ſinus interior deſpici poterant (quo loco poſtea Cæſar Nicopolim condidit) caſtra poſuit. Antonius aūt quem ſuprà Patris hiemaſſe relatum eſt, poſtquam Cæſarem Actium peruenisſe intellexit, & ipſe quamprimùm eò contendit: caſtraque haud procul à Cæſare conſtituit: cōmiſſiſq́; ibi leuibus aliquot terra mariq́; prælijs, ſuis ferè ſemper inferioribus, & præter Leucadem inſulam pleriſq́, etiam Peloponneſi vrbibus à M. Agrippa receptis, plurimiſq́; quotidie è cōfœderatis Regibus à ſe ad Cæſarem tranſeuntibus, caſtra in oppoſitam ſinus partem tranſtulit. Vbi dum ſe commeatibus intercluſum videt,

B periculumq́; eſſe, ne ſi diutiùs bellum trahatur ſui fame premantur, variantibus ſententijs ſuper eo quod faciendum videretur, quanquam Canidio & alijs quàmplurimis ſuadentib. vt Antonius remiſſa in Ægyptum Cleopatra, mariq́; cedens, exercitu & bello in Thraciam vel Macedoniam tranſlato, terreſtri potiùs prælio, quo Cæſarem longè ſuperare videbatur, rem committeret, vicit tamen Cleopatræ ſententia, quæ vel iam de fuga cogitans (quū ſibi mari quàm terra faciliorem paratioremq́; ſciebat) nauali prælio concurrendum, aut quod tutiùs videbatur, diſpoſitis per loca oportuna præſidijs in AEgyptum recurrendum inculcabat. Antonius igitur quum maior claſſiariorum pars per hiberna diſperſa nondum aduenisſet, plurimiſq́; occiſis, non pauciores ad Cæſarem tranſiiſſent, reliquis omnibus nauibus flamma ſtudio iniecta concrematis, ſexaginta optimas ex omni numero elegit: quas velis etiam ſecum aſſumptis, impoſitiſq́; viginti milibus militum ſagittariorumq́ue duobus

C milibus, ad fugam pariter & prælium inſtruxit: è quibus præter paucas triremes, reliquæ omnes maiores erant, à quaternis ſcilicet vſq́; ad denos remorum ordines, omneſq́; turritæ: vt tanquam de muro ex iis depugnaretur. Dextrū quidem claſſis cornu cum Antonio Gellius Poplicola ducebat, ſiniſtrum M. Octauius, mediam verò aciem Celius. Gubernatoribus autem præceperat Antonius, vt paulatim progreſſi, in ipſis ſinus faucibus & anguſtijs hoſtium impetum exſpectarent. Cæſar autem poſtquam Antonianos ad pugnam paratos in acie conſiſtere cognouit, educta & ſua claſſe dum videt hoſtem immotum tanquam in anchoris conſiſtere, octo fermè à ſtatione hoſtium ſtadijs ipſe quoque ſuos continuit: donec procedentib. primò Antonianis, qui magnitudine & firmitate nauium ſuarum confiſi vlteriorem moram non ferebant, Cæſarianis quoque propiùs accedentibus atque impetu inuectis, res ad prælium deuenit. Ita vt dum tres quattuórue aut plures Cæſaris naues ſingulas Antonianarum, quæ vaſtitate ſua arcium potiùs quàm nauium ſpeciem præbebant, op

PVGNA NAVALIS ACTIACA.

D pugnantes circumſiſtunt, non tam mari quàm terra circa oppidum aliquod prælium committi videretur. Et poſtquam inclinante in neutram partem victoria, diu acriter pugnatū fuiſſet, tandem turbata media Antonij acie, Cleopatra, quæ poſt eas naues quæ pugnam capeſſebant hactenus in anchoris ſteterat, inter ſpem metumq́; dubia, quum aduerſum magis prælij euentum metueret, quàm felicem ſperaret, dato ſigno, paſſis velis, directóque verſus Peloponneſum curſu, etiam non præmonito Antonio ſe cum ſuis in fugam dedit. Quos quū Antonius non tam metu periculi, quàm accepta iam clade fugere crederet, ipſe quoq́; attonitus nec plura percunctatus, in quinqueremem inſiliens, paucis comitantibus, deſerta claſſe Cleopatrā fugientē inſequutus eſt. Reliqui Imperatoris ſui fuga cōſternati, abiectoq́; omni vlteriùs dimicandi propoſito, proiectiſq́; omnibus quæ curſum remorari poſſent, ipſi ſe quoq́; ad fugam expediunt. Quos quū Cæſariani velis deſtituti aſſequi non poſſent, eos qui nondum euaſerant eminùs cominuſq́; oppugnando aliquandiu remorati, quū propter

molem nauiũ expugnari posse diffiderent, mutato cõsilio, faces, iacula ignita, atq; ollas carbonib. piceq; & sulphure plenas coniecêre. Hinc quũ statim flamma apprehendisset, deficiente aqua incendio restinguendo idonea, bona Antonianarũ nauiũ pars incendio mediis in fluctibus miserè periit. Cleopatra autẽ postquã Antonium subsequi intellexit, signo statim è naui sua sublato ad quod ille cursum teneret, postea ad se delatũ in nauẽ suam recepit. Ceterùm quidam tradidêre, Antonium siue pudore, siue ira, capite in vtramq; manũ demisso per triduũ in prora nauis consedisse, ita vt Cleopatrã ne aspiceret quidem, neq; se ab ea in faciem conspici pateretur: donec tertio pòst die ad Tenarũ promontoriũ appellentes, opera mulierum quæ Cleopatrã comitabantur in colloquium reducti, simul & cœnarent & cubarent. Antonius intellecto ibi classem quidem amissam, verùm terrestres copias quibus Canidius præerat sibi saluas, litteris ad Canidium missis iubet eum per Macedoniã in Asiam exercitũ ducere: dimissaq; à se quanquã inuitò admodum in AEgyptum Cleopatra, amicis quoq; nauem multo auro & argento plenam largitus, hos quoq; qua quisq; poterat salutẽ quærere hortatur, Theophilo cuidam qui Corintho præerat eosdem cõmendans, vt donec veniam à Cæsare impetrassent, tutum ipsis perfugiũ aut latebras præstaret. Ipse verò præmissis quibusdã è suis ad Pinarium Scarpum qui Africã cum exercitu obtinebat, sperans se ab ipso recipiendum, Paretoniũ posteà appulit. Plutarchus auctor est, Cleopatrã cum Antonio Paretonium profectam, & à Paretonio demùm in Alexandriã remissam. Dion autem tradit Cleopatrã veritam ne tanta clades nouis apud suos tumultib. caussam præberet, simulata victoria prorisq; nauiũ coronatis non sine cantionibus & tibiarũ cõcentu Alexandriã inuectam. Ceterùm quũ Pinarius Antoniũ recipere recusaret, occisis etiam quos Antonius ad ipsum miserat, Antonius primò de morte sibi cõsciscenda cogitasse traditur: sed ab amicis prohibitus, ipse quoq; Alexandriã se ad Cleopatrã cõtulit: quæ tũ fortè Isthmũ illũ trecentorũ ferè stadiorũ, qui mare AEgyptiũ & sinũ Arabicũ interiacet, perfodere parabat, classe scilicet in mare rubrũ cum vniuerso thesauro & valida suorũ manu traducta, bellum & seruitutẽ fugiens, nouas per ignotas regiones sedes quæsitura. Sed intellecto Antonij aduentu relicto opere iam incepto, sat habuit portus & littora dispositis munire præsidiis. Antonius autẽ domo quadã in mari ipso iuxta Pharũ ædificata, quam Timoniã appellauit, constituerat exemplo Timonis illius Atheniensis, qui vniuersum genus humanũ perosus fuerat, omni hominũ cõsuetudine deinceps abstinere: quòd se ab amicis desertũ & proditũ caussaretur, proinde posthac fidem nulli habiturũ. Ceterũ postq̃ Antonius copias etiã terrestres deletas intellexit, & regẽ Herodẽ quondã sibi fidum & amicum cum plurimis aliis ad Cæsarẽ defecisse, ipsumq; Cæsarem expeditionẽ contra se parare, è domo illa Timonia Alexandriã reuersus, abiecta cum spe salutis omni simul cura & sollicitudine, voluptatib. conuiuiisq; & luxui deinceps cum Cleopatra totũ se dedidit: quod vitæ genus ipsi Cõmorientes appellarunt. Amicisq; in cœtũ illum suum Cõmorientiũ receptis, conuiuia & cõmessationes in orbẽ continuato circuitu cum ipsis celebrabãt. Interim cõtractis vndiq; copiis tam terrestrib. quàm naualibus, auxilisq; populorũ regumq; vicinorũ imploratis, Antyllũ Antonij ex Fuluia, & Cæsarionẽ Cleopatræ ex Cæsare filios emancipatos toga virili donarunt: qui si quid ipsis humanitùs accidisset, rei summæ præessent. Et ne quicquã intentatũ relinquerẽt, legatione insuper etiã sæpius ad Cæsarẽ missa, Cleopatra quidẽ regnum sibi cum filiis relinqui petiit, Antonius autẽ vitam priuatã Athenis: cõstituentes nihilominus si non impetrarẽt, aut alia necessitas vrgeret, in Hispaniã, Galliam, aut etiam ad mare Rubrum fugam facere, omnibus etiam in eum euentũ comparatis & adornatis. Sed Cæsar nunc reiectis Antonij postulatis, nunc nullo responso dato, Cleopatræ palàm quidem interminabatur propter Antoniũ, sed clàm omnia pollicebatur, si illa Antoniũ interfici curaret, vel regno quamprimũ expelleret, misso etiã Thyrso quodam liberto qui eloquentia plus

A plurimum valebat: & quia Cleopatræ facilius quæ vellet persuaderet, pecunijsq; & reliquo rerũ preciosissimarũ thesauro quoquo modo potiretur, se quoq; amore ipsius captum simulabat. Antonius autem quũ nihil se à Cæsare impetraturum intelligeret, quamuis misso inter ceteros etiam cũ magno auri pondere Anthyllo filio suo, intellecto Cornelium Gallum accepto à Scarpo exercitu Paretonium occupasse, sperans se Gallum, quem iam olim propter cõmunem militiam beneuolum sibi credebat, facilè pecunijs & pollicitationib. ad se traductură, Paretonium adnauigauit: sed prohibitus milites alloqui, acceptoq; & terra & mari incõmodo, nuntioq; de Pelusio à Cæsare capto ad se perlato, Alexandriam repetit. Cæsar enim Antonio iam digresso, nõ tam vi quam proditione Cleopatræ (quæ Cæsarem sibi quoquo modo demereri studebat) Pelusiũ tradente Seleuco haud inuita Cleopatra receperat: inde exercitu propiùs Alexandriã admoto, castra in Hippodromo posuerat. Sed Antonius superueniens, quũ equitatũ Cæsaris etiamnu ex itinere fatigatũ fudisset, sumpta PELVSIVM A CAESARE RECEPTVM.
B hinc fiducia etiam pedestri certamine postea cõcurrere ausus, victus ad classem confugit: quòd cõstituisset, aut prælio nauali de summa rerũ contendere, aut in Hispaniã se recipere. Sed Cleopatra consiliorũ Antonij conscia, Cæsari & in hoc gratificari studens, effecit, vt naues ad Cæsarẽ transfugerent. Quod Antonius è tumulo conspicatus, amens in vrbem se prorupit, clamitãs à Cleopatra se proditũ illis, quibus in ipsius gratiã hostẽ se fecerat. Vnde Cleopatra Antonij indignationẽ & furorẽ metuens, in monumentũ siue Mausolæũ, quod illa sibi iuxta Isidis templũ sumptuosissimè exædificarat, cum Eunucho & duabus ancillis se abdidit: demissisq; cataractis claustrisq; obfirmatis ad Antoniũ mittit, qui nunciarẽt ipsam sibi manus intulisse: sperans scilicet, vt quidam tradidêre, Antoniũ intellecta morte ipsius, sibi quoq; mortẽ esse consciturũ. Nec falsa est sua opinione. Antonius enim accepto statim mortis ipsius nuntio, in cubiculũ irrumpẽs, deposito thorace, Erotẽ seruũ, qui sibi pridem
C hoc officij si quãdo res postularet pollicitus fuerat, promissa exequi, & se interficere iubet. Sed quum is ferro in propria viscera adacto, ad pedes domini moribundus procidisset, Antonius rapto itidem ferro ventrẽ sibi percussit, seq; in lectũ denuisit. Quumq; exorto hinc per vrbe tumultu Cleopatra è monumenti fastigio despiciens id quod acciderat intellexisset, populusq; conspecta Cleopatra quam mortuam credebat altiùs inclamasset, Antonius intellecta caussa tanti clamoris quòd Cleopatra etiamnum viueret (quod & Diomedes à Cleopatra missus haud multò pòst nunciauit) per eos qui tum aderant proprio rogatu ad monumentũ delatus est. Sed quũ Cleopatra fores aperire vel nollet vel nõ posset, funibus & cathenis per fenestrã ab ipsa Cleopatra & duabus illis mulierib. in sublime attractus, atq; intra Mausolæũ receptus, potu vini hausto, postquã Cleopatrã vt sibi rebusq; suis consuleret, & ex iis qui Cæsari aderãt Proculeio potissimũ fideret monuisset, inter muliebres eiulatus & lamentationes Cleopatræ haud multò pòst exspirauit. Cleopatra autem mortuo ANTONII MORS.
D iam Antonio, quũ se Cæsari nondũ credere auderet, sepulchro adhuc se cõtinebat: ceterũ ea quæ acciderãt ipsi quamprimũ nunciari curauit: sperans se non vitã solum, sed & regnũ iis quas immensas penes se habebat opibus redempturã: constitutũ interim habẽs, si regnũ ipsi relinquere Cæsar recusaret, admotis sibi, vt ferunt, aspidibus, quas in id secũ habebat, iniectoq; thesauris suis igne, quem & ipsum in illum euentũ secũ intulerat, simul sibi vitã quam nulla potius q̃ priuatã malebat, eripere: & Cæsarẽ pecuniariã exspectatione frustrari. Cæsar econtrà quum hoc vnu in votis haberet, vt thesauro eius omni integro & ipsa viua potiretur, quò eam in triumphũ duceret, Proculeiũ cum mandatis ad Cleopatrã mittit, iubens eam ad se adducere si quà fieri posset. Qui quum non admissus in monumentum pro foribus Cæsaris mandata exponeret, iubens Cleopatrã optima quæq; de Cæsare sperare, seq; & sua omnia Cæsari permittere, re infecta ad Cæsarem reuersus est. Postea submisso alio, qui vti priùs Proculeius fecerat, sermonem pro foribus cum Cleopatra protraheret,

Proculeius ſubſequutus admotis ſcalis, per eam feneſtrã qua Antonius receptus fuerat, cũ A
Epaphrodito liberto monumentũ ingreſſus eſt. Quem altera mulierũ quæ intus erat con
ſpicata, quũ ſubitò exclamaſſet, Infelix Cleopatra viua caperis: Cleopatra exterrita arrepto
cultro ſeipſam interfectura erat, ni Proculeius eam in tempore continuiſſet. Ferro igitur
adempto, omnibusq; iis quibus ſibi mortem inferre poſſet procul remotis, veſteq; inſuper
excuſſa, num quid ſub ea occultaret veneni, Proculeius Cleopatrã cum Epaphrodito, cui
ipſius cuſtodia à Cæſare cõmiſſa fuerat, dies aliquot dum Antonij corpus regio & patrio
more condiret, ibi manere permiſit: hoc enim Cæſar ipſi cõceſſerat, pluribus tam regibus
quàm priuatis corpus Antonij ad ſepulturã poſcentibus. Poſteà autem in regiam traducta,
permittente adeoq; hortante Cæſare, cultu & comitatu ſolito vti non deſtitit. Quumq;
vt ſibi Cæſarem alloqui liceret petiiſſet, Cæſar vti pollicitus fuerat, poſt dies aliquot acce
dens, inuenit in conclaui ornatiſſimo in lectulo decumbentem, veſte indutam abiecta &
quæ luctũ teſtaretur, affixiſq; & iuxta poſitis pluribus Iulij Cæſaris imaginibus, plurimas B
etiam Cæſaris ad ſe litteras, & quaſdam ex his amatoriè ſcriptas ſinu tenentẽ. Quumq; in
ſella precioſiſſima quæ iuxta lectũ poſita fuerat, conſediſſet, & Cleopatrã lectulo exilien-
tem ſibiq; ad genua procidentem in lecto aſſidere iuſſiſſet, inſtituta prolixiori cum regina
oratione, illa nunc ſe purgante, cauſſamq; erratorũ in neceſſitatem & Antoniũ reiiciente,
nunc ad preces & verba ad cõmiſerationẽ mouendam cõpoſita recurrente: Cæſar ea quæ
ſibi videbatur redarguens & refellens, interim etiam de theſauris percunctans, auriq; & ar
genti rationes exigens, tandemq; reginã bono animo eſſe iubens, vt nihil mali paſſuram,
imò maiora quàm ſperaret accepturã, ab ea diſceſſit. Cleopatra dolens Cæſarem, neq; ſe
familiariùs aſpexiſſe, neq; iterũ de amore vllum verbum feciſſe, quũ tamẽ ſe à Cæſare amari
crederet, quum omnino mori in animum induxiſſet, verita ne arctiùs cuſtodita & obſerua
ta ea quæ animo conceperat exequi prohiberetur, ſimulat ſe & vitæ longioris, & Romæ
adeundæ viſendæq; cupidam. Cuius rei quum ferè iam & Cæſari, & iis qui ipſam obſerua- C
bant fidem feciſſet, minùs attentè cuſtodita eſt: impetratoq; à Cæſare, vt ſibi Antonio pa
rentare liceret, ſepulchrum ingreditur: ibiq; perſolutis Antonio inferiis, iuſſo ſibi balneo
apparari, lota veſtemq; omnium elegantiſſimã cultumq; regium induta prandiũ ſumpſit.
A prandio tabellas obſignatas ad Cæſarem mittens, quibus cõmuni ſe cum Antonio ſepul
chro recondi poſtulabat, eaſdem tanquã aliud continentes Epaphrodito deferendas tra-
didit, vt ſic eum à ſe remoueret: quo digreſſo, reliquis etiam à ſe dimiſſis ianuã ſepulchri
clauſit. Cæſar perlectis tabellis, id quod euenerat ſuſpicatus, mittit qui inſpicerent quid
geſtum eſſet. Qui valuis apertis introgreſſi, inueniunt Cleopatrã aureo in lecto, & cultu
CLEOPATRAE MORS. regio exanimem iacentem: ex mulieribus autem vnam ad pedes dominæ mortuã, alteram
ſemianimem diadema capiti reginæ adaptantem: huic Charmio nomẽ erat: quam quum
quidam inclamãs interrogaſſet, Pulchra ne ſunt hæc Charmium? Pulcherrima reſpõdit, & D
tot Regũ prolem decentia: ſimul expirauit. Mortis genus aut ratio in incerto eſt, niſi quòd
apparentibus in brachio duabus puncturis ſiue notis exiguis, veriſimile videbatur, eam ad-
mota brachio aſpide interiiſſe: maximè quòd aſpidem eo ipſo die à quodam qui rure ve-
nerat, inter flores & fructus vt cuſtodes fallerentur illatã ferunt: alij verò aliter periiſſe exi-
ſtimant. Mortua eſt autẽ annos nata triginta nouem. Antonium verò quidam annos quin
quaginta ſex, alij tres & quinquaginta vixiſſe tradunt. Cæſar autem diiectis omnib. Anto
nij ſtatuis, acceptis, vt Plutarchus auctor eſt, ab Archiuio quodam Cleopatræ amico mille
talentis, reginæ ſtatuas intactas reliquit. Et quanquam mortem ipſius ægrè admodum
ferret, propter ereptum ſibi vnicum ferè triumphi ſui decus, miratus tamen
mulieris conſtantiam ac fortitudinem, regio funere ipſam
cum Antonio ſepeliri iuſſit.

C. IVLII CAESARIS DICTATORIS GENEALOGIA.

C. Iulius L. F. Iulus *Cos. An. ab vrbe cond.* CCLXIII.

C. Iulius Iulus *Cos. An.* CCLXXI. *Decemuir An.* CCCII. — Vopiscus Iulius Iulus *Cos. An.* CCXXC.

C. Iulius Iulus *Cos. An.* CCCVI. CCCXVIII. CCCXIX. — L. Iulius Iulus *Trib. Milit. Consulari pot. An* CCCXV. *Mag. Eq. An* CCCXXII. *Cos. An.* CCCXXIII.

L. Iulius Iulus *Trib. milit. Consulari pot. An.* CCCL. — L. Iulius Iulus *Trib. milit. An.* CCCLII. CCCLVI. — C. Iulius Iulus *Trib. milit. An.* CCCXLV. CCCXLVIII. *Censor An.* CCCLXI.

L. Iulius Iulus *Trib. milit. An.* CCCLXVI. CCCLXXV. — C. Iulius Iulus *In castris dictus Dict. R. G. C. An.* CCCCL.

L. Iulius Libo.

L. Iulius Libo *Cos. An.* CDXXCVI.

S. Iulius Libo *Ab elephanto interfecto Cæsar appellatus. Prætor in Sicilia An.* DXLV.

Sex. Iulius Cæsar *Cos. An.* DXCVI.

Sex. Iulius Cæsar *Prætor An.* DCXXX. — L. Iulius Cæsar. — C. Marius. — C. Iulius Cæsar. = Marcia. — Q. Marcius Rex. — C. Aurelius Cotta.

C. Antonius. — C. Iulius Cæsar Strabo *Pontifex, Orator, occisus à Cinna.* — L. Iulius Cæsar = Fuluia *Cos An.* DCLXIII. — *M. Flacci Triumphalis filia.* — C. Marius = Iulia. — *Cos.* VII. = Mucia. — Sex. Iulius Cæsar *Cos. An.* DCLXII. — C. Iu Cæ = Aurelia. *Prætorius.*

M. Antonius Orator, *Cos. An.* DCLIIII. *Censor* DCLVI. — Cn. Octaui⁹. — Cn Octauius Rufus, *Quæstorius.*

C. Antonius. *Cos. An.* DCXC. — M. Antonius. = Iulia. = P. Sura *Creticus.* *Cos. An.* DCXXCII. — L. Iulius Cæsar. *Cos. An.* DCXXCIX. — C. Marius *Cos. An.* DCLXXII. — Sex. Iulius Cæsar.

C. Antonius. — M. Antonius — L. Antonius *Pietas, Cos. An.* DCCXII. — °C. Antonius. — L. Iulius Cæsar. *Proquæstor.* — Sex. Iulius Cæsar. *Quæstor Syriæ.* — C. Octauius.

Fuluia. = IIIVIR R. P. C.

Iulus Antonius *Cos. An.* DCCXLIII. — M. Antonius Antyllus *occisus à Cæs. Octau.* — M. Attius Balbus. — C. Octauius, *Trib. milit. in Sicilia.*

Cossutia. = C. Iulius Cæsar = Calpurnia. — Iulia = Mam. Lepidus *Liuian. Cos. An.* DCLXXVI. *Censor An.* DCXCII. — Iulia. = M. Attius Balbus. — C. Octauius.

Pompeia. = *Dictator perpetuò.* = Eunoë *concub.*

Cornelia. = = Cleopatra *concub.*

L. Antonius. — Cæsario. — L. Philippus = Attia. = C. Octauius = Ancharia. *Prætor Maced An* DCXCII.

Q. Seruilius Cæpio. = Iulia. = Cn. Pompeius Magn. III. Cos. — M. Pedius = Æmilia. — Æmilia. = L. Pinarius. — Octauia Maior.

Pompeia. — Q. Pedius, *Cos An.* DCCX. — L. Pinarius Scarp⁹. — Octauia Minor. — Cæsar Octauianus.

PARS FASTORVM MAGISTRATVVM ET TRIVMPHORVM ROMANORVM AB ANNO VRB. COND. DCLXVII. VSQVE AD ANNVM DCCXXII.

VII L.CORNELIVS L.F.L.N. CINNA II C MARIVS C. F. /. NEPOS VII
IN MAG MORT.EST IN EIVS LOC.FACT.E.
L. VALERIVS L.F. L.N. FLACCVS II
CENS.L.MARCIVS Q.F.Q.N.PHILIPPVS. M.PERPERNA M.F./.NEPOS LVS.FE.LXVII
VIII L.CORNELIVS L.F.L.N. CINNA III CN.PAPIRIVS C.F.C.N. CARBO
IX CN.PAPIRIVS CN.F CN.N.CARBO II L.CORNELIVS L.F.L.N. CINNA IIII
SOLVS CONSVLATVM GESSIT. QVVM ABDICASSET OCCISVS EST.
DCLXX. L. CORNELIVS L.F.L.N.SCIPIO ASIATICVS C.NORBANVS /. F. /. N. FLACCVS
I C. MARIVS C. F. C. NEPOS CN. PAPIRIVS CN. F. C.N. CARBO III
IN MAG. OCCISVS EST IN MAG. OCCISVS EST.
L. CORNELIVS L F.P.N. SVLLA FELIX DICTAT. REI PVBL. CONSTITVEND.CAVSSA
L. VALERIVS L. F. L. N. FLACCVS MAG.EQ.

VIII PRAETORES FACTI

II M. TVLLIVS M.F.A.N. DECVLA CN. CORNELIVS L. F. L. N. DOLABELLA.

L. CORNELIVS L. F. P. N. SVLLA FELIX.
DICT.
EX GRAECIA ASIA PONTO
ET REGE MITHRADATE
PER BIDVVM
IIII ET III K. FEBRVAR.

CN.POMPEIVS CN. F. SEX. N.MAGNVS
PRO PR.
DE HIARBA MAVRITANIAE REGE
EX AFRICA
PRIMVS EQVES ROMANVS
//// //////

III L. CORNELIVS L.F.P.N.SVLLA FELIX II Q.CAECILIVS Q.F.L.N. METELLVS PIVS

L.LICINIVS P.F. /. N. MVRENA
PRO PR.
DE REGE MITHRADATE
EX PONTO
/// ////

IIII P. SERVILIVS C. F. M. N. VATIA AP. CLAVDIVS AP. F. AP. N. PVLCHER
QVI POSTEA ISAVRICVS APPELLATVS EST
V M AIMILIVS Q F.M.N. LEPIDVS Q. LVTATIVS Q.F. Q. N. CATVLVS
VI D. IVNIVS D. F. M. N. BRVTVS MAM.AIMILIVS MAM F.M N. LEPIDVS LIVIANVS.

CN. CORNELIVS L. F. L. N. DOLABELLA
PRO COS.
EX MACEDONIA
/// . /////

VII CN. OCTAVIVS M. F. CN. NEPOS C. SCRIBONIVS C. F. /. N. CVRIO
VIII L. OCTAVIVS CN. F. CN. NEPOS C. AVRELIVS M . F. / N. COTTA
IX L. LICINIVS L. F. N. LVCVLLVS M. AVRELIVS M . F. / . N. COTTA

P. SERVILIVS C. F. M . N. VATIA ISAVRICVS
II PRO COS.
DE ISAVREIS EX CILICIA
///////////

DCL.

DCLXXX M. TERENTIVS M. F. /. N. VARRO LVCVLLVS C. CASSIVS L. F. /. N. VARVS.

BELLVM SERVILE SPARTACINVM.

s L. GELLIVS L. F. /. N. POPLICOLA CN. CORNELIVS CN. F. /. N. LENTVL. CLODIAN.

C. SCRIBONIVS C. F. /. N. CVRIO
PRO COS.
DE THRACIEVS DARDANEIS
EX MACEDONIA
//////////

II CN. AVFIDIVS CN. F. /. N. ORESTES P. CORNELIVS P. F. P. N. LENTVL. SVRA

M. TERENTIVS M. F. /. N. VARR. LVCVLLVS
PRO COS.
DE THRACIEVS DARDANEIS
ET BESSEIS
EX MACEDONIA
//////////

M. LICINIVS P. F. M. N. CRASSVS
PRO PR.
DE SERVEIS GLADIATORIEVS FVGITIVEIS
ET GRANICO SPARTACO QVR DVCIEVS
//////////

Q. CAECILIVS Q. F. L. N. METELLVS PIVS
PRO COS.
EX HISPANIA
III KAL. IANVAR.

CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS II
PRO COS.
EX HISPANIA
PRID. K. IANVAR.

III CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS M. LICINIVS P. F. M. N. CRASSVS (LXIIX
CENS. CN. CORNELIVS CN. F. /. N. LENTVL. CLODIAN. L. GELLIVS L. F. /. N. POPLICOLA L. F.
IIII Q. HORTENSIVS L. F. /. NEPOS Q. CAECILIVS L. F. Q. N. METELLVS
QVI POSTEA CRETICVS APPELL. E.

M. PVPIVS M. F. /. N. PISO FRVGI
CALPVRNIANVS PRO COS.
EX HISPANIA
//////////

V L. CAECILIVS L. F. Q. N. METELLVS Q. MARCIVS Q. F. /. N. REX
IN MAG. MORT. EST SOLVS CONSVLATVM GESSIT

BELLVM CRETICVM.

VI C. CALPVRNIVS L. F. /. N. PISO FRVGI M'. ACILIVS M'. F. M'. N. GLABRIO

BELLVM PIRATICVM.

VII M'. AIMILIVS /. F. /. N. LEPIDVS L. VOLCATIVS Q. F. /. N. TVLLVS
VIII P. CORNELIVS SER. F. P. N. SVLLA P. AVTRONIVS L. F. /. N. PAETVS
AMBITVS DAMNATI
NON INIERVNT
IN EORVM LOCVM FACTI SVNT
L. AVRELIVS M. F. /. N. COTTA L. MANLIVS L. F. /. N. TORQVATVS
CENS. Q. LVTATIVS Q. F. Q. N. CATVLVS M. LICINIVS P. F. M. N. CRASSVS
DISSENSIONE INTER SE ORTA
ABDICARVNT

L. IV.

IX L. IVLIVS L. F. L. N. CAESAR — C. MARCIVS C. F. C. N. FIGVLVS

CENS L. AVRELIVS M. F. /. N. COTTA — Q. CAECILIVS Q. F. L. N. METELLVS PIVS

ABDICAVIT — IN MAG. MORT. EST

DCXC M. TVLLIVS M. F. M. N. CICERO — C. ANTONIVS M. F. /. NEPOS

L. LICINIVS L. F. L. N. LVCVLLVS
PRO COS.
EX PONTO CAPPADOCIA ARMENIA
DE REGIBVS MITHREADATE
ET TIGRANE
//////////

I D. IVNIVS M. F. /. N. SILANVS — L. LICINIVS L. F. /. N. MVRENA

Q. CAECILIVS L. F. Q. N. METELLVS
CRETICVS PRO COS.
EX CRETA INSVLA
KAL. IVN.

II M. PVPIVS M. F. /. N. PISO FRVGI CALPVRNIAN. — M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALLA NIGER

CENS. P. SERVILIVS C. F. M. N. VATIA ISAVRICVS MAM AIMILIVS MAM. F. M. N LEPIDVS LIVIAN. (L. S. LXIX

CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS III
PRO COS.
EX ASIA PONTO CRETA CILICIA PAPHLAGONIA
CAPPADOCIA SYRIA IVDAEA ALBANIA IBERIA
ARMENIA PIRATEIS
DE REGIBVS MITHRADATE ET TIGRANE
PER BIDVVM
III PRIDIE KAL. OCTOBR.

III L. AFRANIVS A. F. /. NEPOS — Q. CAECILIVS Q. F. Q. N. METELLVS CELER

IIII C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR — M. CALPVRNIVS L. F. /. N. BIBVLVS

BELLVM GALLICVM TRANSALPINVM.

V L. CALPVRNIVS L. F. L. N. PISO CAESONIN. — A. GABINIVS A. F. /. NEPOS

VI P. CORNELIVS P. F. / N. LENTVLVS SPINTER — Q. CAECILIVS Q. F. Q. N. METELLVS NEPOS

VII CN CORNELIVS P. F. P. N LENTVL. MARCELLIN. — L. MARCIVS L. F. Q. N. PHILIPPVS

VIII CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS PIVS II — M. LICINIVS P. F. M. N. CRASSVS II

BELLVM PARTHICVM.

CENS. M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALLA NIGER — M. CALPVRNIVS L. F. / N. BIBVLVS L. F. LXX.

IX L. DOMITIVS CN. F. CN. N. AHENOBARBVS — AP. CLAVDIVS AP. F. AP. N. PVLCHER

C. PONTINIVS A. F. /. NEPOS
PRO PR.
DE ALLOBROGIBVS
EX GALLIA
PRID. KAL. NOVEMBR.

DCC CN. DOMITIVS M. F. M. N. CALVINVS — M. VALERIVS C. F. /. N. MESSALLA

I CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGN. PIVS III — Q. CAECILIVS Q. F. Q. N. METELLVS PIVS SCIPIO

PRIMVS SINE CONLEGA EX A D. V. K. MART. — EX K. SEXTIL.

II SER. SVLPICIVS Q. F. /. N. RVFVS — M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS

L. CORNELIVS P. F. /. N. LENTVLVS SPINTER
PRO COS.
EX CILICIA
//////////

III L. AIMILIVS M. F. /. N. PAVLLVS — C. CLAVDIVS C. F. M. N. MARCELLVS (LXXI

CENS. AP. CLAVDIVS AP. F. AP. N. PVLCHER — L. CALPVRNIVS L. F. L. N. PISO CAESONIN. L. F.

IIII C. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS — L. CORNELIVS P. F. /. N. LENTVLVS CRVS

BEL-

BELLVM CIVILE CAESARIS
ET POMPEII.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR DICT. COMITIOR. HABEND. ET FERIAR. LATINAR. CAVS.
SINE MAG. EQ.

V C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR II P. SERVILIVS P. F. C. N. VATIA ISAVRICVS

HOC ANNO EX A. D. XIII KAL. SEXTIL.

VICTO AD PHARSALVM CN. POMPEIO MAGNO

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR

CVM ANNVA DICTATVRA TRIBVNICIAM POTESTATEM
IN PERPETVVM ACCEPIT.

EX A. D. ///// K. NOVEMBR.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR DICT. II IMPER. CONSTITVEND. CAVSSA
M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS MAG. EQ.

VI Q. FVFIVS Q. F. C. N. CALENVS P. VATINIVS P. F. /. NEPOS EX ///// EMBR.

M. AEMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
PRO PR.
EX HISPANIA CITERIORE
/// //////

X PRAETORES IN SEQVENTEM
ANNVM DESIGNATI

VII C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR III M. AEMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
HIC ANNVS QVINDECIM MENSIVM FVIT.

HOC ANNO AFRICA RECEPTA

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR

DICTATOR IN DECENNIVM ET PRAEFECTVS MORIBVS
CENSORIA POTESTATE IN TRIENNIVM
CREATVS EST

EX A. D. ////'// SEXTIL.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR DICT. III IMPER. CONSTITVEND. CAVSSA
M. AEMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS MAG. EQ.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR
DICT. III COS. III
DE GALLEIS ET GERMANEIS
//// ////////ER.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR II
DICT. III COS. III
EX AEGYPTO DE REGE PTOLEMAIO
//// //////, //ER.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR III
DICT. III COS. III
DE PHARNACE PONTI REGE EX ASIA
//// //////////ER.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR IIII
DICT. III COS III
EX AFRICA DE REGE IVBA
/// //// / //ER.

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR

PRAEFECTVS MORIBVS CENSORIA POTESTATE
SINE CONLEGA CENSVM VICATIM EGIT,
LVSTRVM NON FECIT

EX ////////// QVINTIL.

VIII C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR IIII SINE CONLEGA. DICTATVRAE HONORE
CONTENTVS. ///// /// OCTOBR. ABDICAVIT

EX A. D. ////////// SEXTIL.
C. IVLIVS C. F. C N. CAESAR DICT. IIII
M. ANTONIVS M. F M. NEPOS MAG. EQ. II — IMPER. CONSTITVEND. CAVSSA
/// OCTOBR. ABDIC. IN EIVS LOC. FACT. EST
M. AEMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS MAG. EQ. II

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR V
DICT. IIII COS. IIII
EX HISPANIA
/// ///// OCTOBR.

EODEM ANNO EX /// OCTOBR.
COSS. SVFFECTI ET HONORARII PRIMVM CREARI COEPTI
Q. FABIVS Q. F. Q. N. MAXIMVS C. TREBONIVS C. F. /. N. ASPER

XIIII PRAETORES FACTI

Q. FABIVS Q. F. Q. N. MAXIMVS
COS.
EX HISPANIA
IIII IDVS OCTOBR.

HOC ANNO HISPANIA RECEPTA
OB OMNIA BELLA CIVILIA CONFECTA ET SINGVLAREM
IN CIVIS CLEMENTIAM
C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR
LIBERATOR PARENS PATRIAE ET DICTATOR PERPETVVS
APPELLATVS EST PRIMVSQ. IMPERATORIS PRAENOMEN ACCEPIT.

Q. PEDIVS M. F. /. NEPOS
PRO COS.
EX HISPANIA
IDIBVS OCTOBR.

C. CANINIVS C. F. C. N. REBILVS EX PRID. KAL. IANVAR.
IX C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR V M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS

XVI PRAETORES FACTI
AEDILES CERIALES PRIMVM CREARI
COEPTI

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR DICT. PERP.
C. OCTAVIVS C. F. C. NEPOS QVI — IMPER. CONSTIT. CAVSSA
POSTEA C. IVLIVS CAESAR APPEL. EST MAG. EQ.
VT QVM M. LEPIDVS PALVDATVS EXISSET INIRET
CN. DOMITIVS M. F. M. N. CALVINVS MAG. EQ.
IN INSEQVENTEM ANNVM DESIGNATVS ERAT NON INIIT

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR VI
DICT. PERP. COS. V
OVANS EX MONTE ALBANO
VII K. FEBR.

EODEM ANNO IDIBVS MART.
C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR
A BRVTO ET CASSIO CVM CONIVRATIS IN CVRIA OCCISVS EST
IN EIVS LOCVM COS. FACTVS EST

P. COR.

P. CORNELIVS P. F. /. N. DOLABELLA

BELLVM CIVILE MVTINENSE.

DCCX C. VIBIVS C. F. C. N. PANSA. — A. HIRTIVS A. F. /. NEPOS
IN MAG. OCCIS. E. IN EIVS L. F. E — IN PROELIO OCCIS. E. IN EIVS L. F. E.
C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR OCTAVIAN. — Q. PEDIVS M. F. /. NEPOS
QVI POSTEA IMP. CAESAR AVGVSTVS — IN MAGISTRAT. MORTVVS EST
APPEL. EST ABDIC. IN EIVS L. F. E. — IN EIVS LOCVM FACTVS EST
C. ALBIVS C. F. /. N. CARRINAS — P. VENTIDIVS P. F. /. N. BASSVS
IDEM QVI PRAETOR ERAT

EODEM ANNO EX A. D. V. KAL. DECEMBR.
AD PRIDIE KAL. IANVAR. SEXTAS

TRIVMVIRI REI PVBLICAE CONSTITVENDAE

REMPVBLICAM TENVERVNT

M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS III VIRI REI PVBLIC. CONSTIT.
C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR OCTAVIAN.

L. MVNATIVS L. F. L. N. PLANCVS
PRO COS.
EX GALLIA
IIII KAL. IANVAR.

M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS II
III VIR R. P. C. PRO COS.
EX HISPANIA
PRIDIE KAL. IANVAR.

I M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS III VIRI REI PVBLIC. CONSTIT.
C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIAN.

BELLVM CIVILE PHILIPPENSE

CVM BRVTO, CASSIO, ET CONIVRATIS

EODEM ANNO

A. POSTVMIVS A. F. A. N. ALBINVS BRVTVS
IN SEQVENTEM ANNVM DESIGNAT. ERAT
LEGE PEDIA DAMNATVS NON INIIT
IN EIVS LOCVM FACTVS EST
M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS II — L. MVNATIVS L. F. L. N. PLANCVS
CENS. L. ANTONIVS M. F. M. N. PIETAS — P. SVLPICIVS P. F. /. N. QVIRINVS L. N. F.

P. VATINIVS P. F. /. NEPOS
PRO COS.
DE ILLYRICO
PRID. KAL. IANVAR.

II M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS III VIRI REI PVBLIC. CONSTIT.
C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIAN.
EODEM ANNO
P. SERVILIVS P. F. C. N. VATIA ISAVRICVS — L. ANTONIVS M. F. M. N. PIETAS

BELLVM CIVILE PERVSINVM.

L. ANTONIVS M. F. M. N. PIETAS
COS.

EX ALPIBVS
K. IANVAR.

III M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS III VIRI REI PVBLIC. CONSTIT.
C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIAN.

EODEM ANNO

CN. DOMITIVS M. F. M. N. CALVINVS II ABDIC. IN EIVS LOC. FACT. EST C. ASINIVS CN. F. / N. POLLIO ABDIC. IN EIVS LOC. FACT. EST
X KAL. DECEMBR.
L. CORNELIVS P. F. /. N. BALBVS P. CANIDIVS P. F. /. N. CRASSVS

C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIAN.
III VIR R. P. C.
OVANS QVOD PACEM CVM M. ANTONIO FECIT
////// // / / /// /

M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS
III VIR R. P. C.
OVANS QVOD PACEM CVM C. CAESARE FECIT
////// /// / //////

IIII M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS III VIRI REI PVBLIC. CONSTIT.
C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIAN.

EODEM ANNO

L. MARCIVS L. F. /. N. CENSORINVS C. CALVISIVS C. F. /. N. SABINVS

L. MARCIVS L. F. C. N. CENSORINVS
COS.
EX MACEDONIA
K. IANVAR.

HOC ANNO

TRIVMVIRORVM REI PVBLICAE CONSTITVENDAE
ACTA A SENATV POPVLOQVE ROMANO
RATA ESSE IVSSA SVNT

EX //// //// /// Q. SALVIVS /. F. /. N. RVFVS

C. ASINIVS CN. F. /. N. POLLIO
PRO COS.
EX PARTHINEIS
VII KAL. NOVEMBR.

V M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
M. ANTONIVS M. F. M. NEPOS
QVI HOC ANNO IMP. ANTONIVS APPEL. E.
C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIAN.
III VIRI REI PVBLIC. CONSTIT.

EODEM ANNO

AP. CLAVDIVS C. F. AP. N. PVLCHER C. NORBANVS C. F. /. N. FLACCVS
EX //// /////// SEX. TAEDIVS /. F. /. N. AFER ANTEQVAM INIRET MORTVVS EST

P. VENTIDIVS P. F. /. NEPOS
PRO COS.
EX TAVRO MONTE ET PARTHEIS
V K. DECEMBR.

VI M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS II
N. ANTONIVS M. F. M. NEPOS II III VIRI REI PVBLIC. CONSTIT.
C. IVLIVS DIVI F. C. N. CAESAR OCTAVIAN. II AD PRID. KAL. IANVAR. QVINTAS
QVI IN HOC HONORE IMP. CAESAR APPELL. EST

BELLVM CIVILE SICVLVM

CVM SEX. POMPEIO CN. F.

EODEM ANNO

M. VIPSANIVS L. F. /. N. AGRIPPA — L. CANINIVS L. F. /. N. GALLVS
EX /// ////// — T. STATILIVS T. F. /. N. TAVRVS
VII L. GELLIVS L. F. L. N. POPLICOLA — M. COCCEIVS M. F. /. N. NERVA
ABDIC. IN EIVS LOC. FACT. EST — ABDIC. IN EIVS LOC. FACT. EST
L. MVNATIVS L. F. L. N. PLANCVS II — P. SVLPICIVS P. F. /. N. QVIRINVS

HOC ANNO

M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS III VIR R. P. C. II.

COACTVS A CONLEGA IMP. CAESARE DIVI F. OCTAVIANO ABDIC.

CN. DOMITIVS M. F. M. N. CALVINVS
PRO COS.
EX HISPANIA
XVI. KAL. SEXTIL.

IMP. CAESAR DIVI F. C. N. OCTAVIAN. II
III VIR R. P. C. II
OVANS EX SICILIA
IDIB. NOVEMBR.

VIII L. CORNIFICIVS L. F. /. NEPOS — SEX. POMPEIVS SEX. F. /. NEPOS
IX IMP. ANTONIVS M. F. M. NEPOS II — L. SCRIBONIVS L. F. /. N. LIBO
KAL. IANVAR. ABDIC. IN EIVS L. F. E.
L. SEMPRONIVS L. F. L. N. ATRATINVS

BELLVM ILLVRICVM.

BELLVM MARSICVM.

T. STATILIVS T. F. /. N. TAVRVS
PRO COS.
EX AFRICA
PRIDIE KAL. IVL.

EX K. IVLIS — PAVLLVS AIMILIVS L. F. M. N. LEPIDVS
EX K. IVLIS — C. MEMMIVS C. F. /. NEPOS

C. SOSIVS C. F. T. NEPOS
PRO COS.
EX IVDAEA
III NON. SEPTEMBR.

C. NORBANVS C. F. /. N. FLACCVS
PRO COS.
EX HISPANIA
IIII ID. OCTOBR.

EX K. NOVEMB. — M. HERENNIVS /. F. /. NEPOS
SEX. POMPEIVS C. F. CN. N. MAGNVS PIVS
IN SEQVENTEM ANNVM DESIGN. ERAT
ANTEQ. INIR. HOSTIS IVDICAT. OCCIS. E.
IN EIVS LOC. FACT. EST

DCCXX IMP. CAESAR DIVI F. C. N. OCTAVIAN. II — L. VOLCATIVS L. F. / N. TVLLVS
KAL. IANVAR. ABDIC. IN EIVS L. F. E.
L. AVTRONIVS P. F. L. N. PAETVS

EX K. MAIS	L. FLAVIVS C. F. / . N. SABINVS
EX K. IVLIS	M'. ACILIVS / . F. / . NEPOS
EX K. IVLIS	C. FONTEIVS C. F. / . N. CAPITO
EX K. SEPTEMB.	L. VINICIVS / . F. / . NEPOS
EX K. OCTOBR.	L. LAENONIVS / . F. / . NEPOS

I CN. DOMITIVS L. F. CN. N. AHENOBARB. — C. SOSIVS C. F. T. NEPOS

EX K. IVLIS	PAVLLVS AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS
EX K. IVLIS	L. CORNELIVS / . F. / . NEPOS
EX K. NOVEMB.	M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALLA

CN. DOMITIVS L. F. CN. N. AHENOBARB.
PRO COS.
EX HISPANIA
////// ///

IMP. ANTONIVS M. F. M. NEPOS III
IN SEQVENTEM ANNVM DESIGNAT. ERAT
HOSTIS IVDICATVS NON INIIT
IN EIVS LOCVM FACTVS EST

II IMP. CAESAR DIVI F. C. N. OCTAVIAN. III — M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALLA CORVINVS

BELLVM CIVILE AD ACTIVM

EX K. MAIS — M. TITIVS M. F. / . N. RVFVS

HOC ANNO EX A. D. IIII NONAS SEPTEMBR.

VICTO AD ACTIVM M. ANTONIO M. F.

QVI IIIVIR R. P. C. FVERAT

IMP. CAESAR DIVI F. C. N. OCTAVIANVS

REM PVBLICAM SOLVS TENVIT

HVBERTI GOLTZII

IN ALIQVOT FASTORVM PRAECEDENTIVM LOCOS ANIMADVERSIONES.

RHETORICA

QVONIAM in hac Fastorum Consularium parte non per omnia aliorum Fastos sequuti sumus, sed pleraq; in iis à nobis addita sunt, alia vero transposita, aut alio quouis modo immutata, ne non tam probabili aliqua ratione, quàm temeritate quadam aut studio ab aliis dissentiendi, id à nobis factum videri possit, operæprecium me facturum credidi, si in quibus à Fastis hactenus publicatis recessimus, sigillatim consilij mei rationes atq; auctoritates exponerem.

ANNVS VRB. COND. DCCV.

De annua Cæsaris dictatura & Tribunitia potestate ei decreta, & victoriæ Pharsalicæ tempore.

Hoc anno quo Cæsar. II. cum P. Seruilio consulatum gessit, perlata Romam cæde Pompeij, confirmatoq; victoriæ Pharsalicæ nuntio, tradidit Dion inter ceteros honores, secundam Dictaturam eamq; annuam Cæsari fuisse decretam: Consulatum item in quinquennium, & Tribunitiam potestatem in perpetuum ipsi concessam: sed recusato quinquennalis consulatus honore reliqua duo admisisse. Quæ quum præter exemplum concessa, prima extiterint futuræ Cæsaris monarchiæ quasi rudimenta siue tyrocinia, haud alienum putaui à præsenti instituto, si & hoc ipsum in Fastos referretur, quanquã ab aliis prætermissum. Interim hic mihi Lector monendus est, diem. XIII. Kal. Sextiles, qui hîc adscriptus est, non ad tempus honorum Cæsari decretorum referri debere, qui seriùs aliquantò decreti sunt, sed ad victoriam Pharsalicam. vt scilicet intelligas, eo anno victo ad. XIII. Kal. Sextiles ad Pharsalum Pompeio, eos honores Cæsari decretos. Additusq; est is dies ex Kalendario marmoreo perantiquo, quod Romæ in ædibus Cardinalis Maphæi seruari & spectari solet, quodq; eo die victoriam Cæsaris celebrat: quam ex rerum à Cæsare gestarum serie, non est verisimile fuisse aliam, quàm Pharsalicam: quæ vti prima fuit, quam contra ciues obtinuit, ita vel potissima & præ ceteris memorabilis. Nec multùm ab hoc abhorret, quod Plutarchus in Bruto scribit, pugnam Pharsalicam media ferè æstate commissam, caloremq; tum fuisse intensissimum: qualis nimirùm exorto caniculæ sidere esse solet. Idem auctor & alibi tradit, Pompeium tempore messis ad Pharsalum fuisse superatum. Et certè si minùs dies ipse, tempus tamen victoriæ Pharsalicæ alia quoq; ratione intelligi potest. Nam quum ipse Cæsar lib. iij. belli ciuilis scribat, se in Græciam traiecisse prid. Non. Ianuarias: Iterum eodem pòst libro addat, plures menses transiisse, & præcipitasse iam hiemem, antequam Antonius cum reliquo exercitu Brundusio ad Cæsarem venisset, hinc colligitur tres menses vel duos vt quàm minimùm effluxisse, Ianuarium videlicet Februarium & Martium, antequam Antonius in Epyrum traiceret: ex quo primùm tempore, scilicet post Antonij traiectionem, Cæsar circa Dyrrachium rem contra Pompeiũ gerere cœpit. His addè quod scribit Suetonius in Cæsare: Cæsarem in Macedoniam transgressum, Pompeium per quattuor penè menses maximis obsessum operibus ad extremum prælio Pharsalico fudisse. Nunc si quattuor hos menses, siue tres cum dimidio, iungas priorib. illis tribus siue duobus cum dimidio, qui iam præterierant à tempore quo Cæsar in Epyrum venit, antequã Antonius reliquum exercitũ traiceret, inuenies septem menses: eritq; mensis Quintilis septimus, quo mense Kalendarium antiquũ victoriã Cæsaris celebrat, qua in re eò prolixiores fuimus, quòd nec diem nec tempus ipsum tam insignis victoriæ apud vllum idoneũ scriptorẽ hactenus legisse memini.

De

De secunda Cæsaris dictatura.

Sicuti Fasti Capitolini videntur annum sequentem DCCVI. cum ipsa secunda Cæsaris dictatura inchoare, ducta scilicet linea inter secundum Consulatum & hanc Dictaturam, ita & quicunq; eos supplerunt, vel commentati sunt, idem constituunt anni illius & secundæ dictaturæ initiū. Sed nos auctores probatæ fidei, Dionem imprimis sequuti, malumus secundam dictaturam collocare sub hoc anno DCCV. tanquam iam tum decretam & geri cœptam: ita tamen vt quum ea annua fuerit, non negém pro maiori parte gestam anno sequenti, scilicet DCCVI. In hanc sententiam me pertraxère, primùm ipsa Dionis verba, qui scribit: Populum Romanum audita Pompeij morte, statim inter ceteros honores, annuam ipsi dictaturam decreuisse, eamq; Cæsarem statim iniisse, etiamnum extra Italiam existentem. Tum id quod Plutarchus in Antonio tradit: Cæsarem post Pharsalicā pugnam Dictatorem fuisse factum. Ceterùm idem Plutarchus in eo quod de M. Antonio subiicit hallucinari videtur: addit enim, quum Cæsar Pompeium persequi instituisset, Antonium à Cæsare cum Tribunatu in vrbem remisisse, eamq; potestatem si præsens sit Dictator, secundam esse: si absens, primam ac fermè solam: hæc enim de potestate Magistri equitum potiùs intelligenda videntur. Nam Cæsarem in secunda sua dictatura Magistrum equitum habuisse Antonium constat. Et Cicero ipse Philipp. II. auctor est, M. Antonium Cæsare ignaro quum ille Alexandriæ esset, beneficio auunculi Magistrum equitum esse constitutum. Hinc Dion tradit, quum ipso anni sequentis initio omnium ferè Magistratuum in vrbe solitudo esset, atq; hinc omnia plena tumultu, M. Antonium Magistrum equitum cum veste purpurea & sex lictoribus in publicum progressum & comitiis interfuisse. Superioribus accedit, quod Dion scribit, Cæsarem quum de Ptolomæi & Cleopatræ caussa cognosceret, quod fuit primo statim ipsius ad Alexandriam accessu, dictaturam gessisse. Alexandriam autem peruenisse traditur triduo post interfectum Pompeium, ipsis scilicet primis mensis Octobris diebus. Nam Pompeium quidam pridie, alij postridie eius diei cæsum prodidère, quo de Mithridate olim triumpharat, qui fuit pridie Kal. Octob. Cæsarem autem tam maturè secundam hanc dictaturam iniisse, non exspectatis Kal. Ianuariis, minùs mirum videbitur, si consideremus Dictatorem quouis anni tempore creari solitum, eumque Magistratum vtpote extraordinarium non Kalendis Ianuariis, aut alio aliquo certo & stato die aut tempore, vt Consulatus & alios plerosq; Magistratus iniri solitū, sed quandocunq; res hoc exigeret, aut ex vsu Reipub. videretur. Vt autem dies ipse, quo Cæsar hanc Dictaturā iniut, incertus est, ita sub Id. Nouemb. iniisse probabile, intercedentibus scilicet à primo eius ad Alexandriam appulsu ad Id. Nouemb. quadraginta diebus, quod tempus sufficere potuisse videtur, cursui & recursui Alexandria Romam, & rursus Roma Alexandriam conficiundo, nuntiisq; vltro citroq; perferendis: maximè quando in tanto negotio cessatū haud sit verisimile, sed omnia quammaxima celeritate hinc inde constituta, & vltro citroq; perlata.

ANN. DCCVI.

In aliorum Fastis hic annus adscribitur secundæ Cæsaris Dictaturæ, cuius Dictaturæ initium quum à me in annum præcedentem reiectum sit, annum Consulibus adscripsi, vt in superioribus annis factitatū est. quanquam hi Consules serò admodum, & sub exitum ipsius anni creati sunt, post Cæsaris à bello Alexandrino & Pontico in vrbem reditū. Nam quum inter ceteros honores & prærogatiuas, qui Cæsari post victoriam Pharsalicam decreti fuerant, etiam ius comitiorum omnium ferè Magistratuum ipsi concessum fuisset, dilatis in aduentum ipsius comitiis, seriùs hi COSS. creati fuère. Cæsarem autem seriùs ad vrbem rediisse, vel hinc intelligi potest, quod tradit Appianus: Rebus ad Alexandriā & in AEgypto geren-

gerendis, haud minus quàm nouem menses impendisse: quos si ab eo tempore quo Cæsar Alexandriam appulit (quod fuit sub initium mensis Octobris) computare incipias, inuenies Cæsarem sub mensem demùm Quintilem bello Alexandrino ceterisque rebus in Ægypto constituendis finem imposuisse. Nunc quum bello Pontico aduersus Pharnacem, ceterisq; postea rebus, atq; ipsi itineri conficiundo, plures menses impensos esse certū sit, vix est, vt ante mensem Nouembrem Cæsar Romam redire potuerit. Quin & Plutarchus testatur, Pharnace deuicto sub exitum istius anni, quo secundùm Dictator fuit, Romam reuersum. Quòd tamen non minùs mensis quàm dies inity consulatus istius anni in incerto sit, locum vacuum relinquentes, hoc solùm adscripsimus E M B R. siue Nouember mensis ille fuerit, siue December.

De decem Prætoribus designatis.

Istud ex Dione addidimus, qui tradit Cæsarem post suum ad vrbem reditum, quò pluribus gratiam referret, in insequentem annum decem Prætores designasse: simulq; numerum eorum qui sacris præessent, auxisse. Pomponius tamen l. C. cap. II. de origine iuris, auctor est: Sullanis temporibus decem Prætores creatos, adiectis ab ipso Sulla quattuor, supra numerum sex, qui prius creari solebant.

ANN. DCCVII.

Hic adscripsimus hunc annum quindecim mensium fuisse, quod & Suetonius scriptum reliquit. Nam quum Fasti vitio & incuria Pontificum ita corrupti & turbati essent, vt feriæ confusis temporibus in contrarias anni partes caderent, Cæsar eos correxit: annumq; qui hactenus CCCLV. tantùm dierum fuerat, ad rationem cursus solaris accommodans, sublato mense intercalari, qui ex antiquo Numæ instituto quarto quoquo anno intercalabatur, deinceps sexaginta quinque diebus constare voluit, additis in singulos annos decem diebus: & pro mense illo intercalari, quarto quoque anno diem vnum intercalari iussit, vbi mensis antea solebat: scilicet ante quinq; nouissimos Februarij dies, idq; bissextum voluit appellari, quia bis diceretur. VI. Kal. Martias, scilicet XXIIII. & XXV. die mensis Februarij. Et quò ex Kalendis Ianuariis proximis temporum ratio deinceps congrueret, quo anno hæc constituebat, inter Nouembrem & Decembrem duos alios menses interiecit: ita vt quum fortè in eundem annum mensis quoque intercalaris incidisset, hic annus quindecim mensium esset. Et secundum hæc intelligi debet quod dicit Cicero libro Famil. VI. in epistola ad Q. Ligarium. II. vbi scribit se venisse ad Cæsarem ad. II. Kalendas intercalares priores.

De Dictatura Cæsaris decennali, & Præfectura morum.

Auctor est Dion, Scipione & Iuba rege debellatis, Africaq; subacta, Cæsarem inter ceteros honores Dictatorem in decennium creatum, & Præfectum moribus in triennium, quod Censoris nomen infra dignitatem eius, & haud satis honorificum videretur. Hinc & Cicero in Epist. alicubi Præfectum moribus eum appellat. Tranquillus etiam inter ceteros honores ipsi concessos Præfecturam morum enumerat.

De tertia Cæsaris Dictatura.

Tertiam hanc Dictaturā alij sequenti primùm anno collocant, Fastos Capitolinos in hoc secuti, qui ducta inter tertium Cæsaris consulatū & hanc Dictaturam linea, videtur annū istius Dictaturæ initæ ab anno tertij consulatus Cæsaris distinguere: adduntq; Dionē, Tranquillum, & ipsum Hircium qui putarit Cæsarem vtrumq; Magistratū Dictaturā & Consulatum hoc anno tertiùm gessisse, à Fastis dissentire, proinde falli & errare. Sed ego (quod cum pace & saluo ipsorum honore dixerim) tum aliis rationibus permotus, tum potissi-

mùm antiquorum numifmatũ auctoritate, quam non inferiorem, imò vel potiorem exiſtimo, quàm ſit Faſtorum Capitolinorum vel aliorum, aliter cenſeo. nimirum Cæſarem tertiam Dictaturam cum tertio Conſulatu ſimul & eodem anno geſſiſſe. Nec proinde labi Dionem aut reliquos ſuprà ſcriptos, vtpote qui cum nummis conſentiant: licet ipſis cum Capitolinis tabulis minùs conueniat. Et Dion quidem de tertio hoc Conſulatu & Dictatura, ipſo libri .XLIII. initio ſic habet: Sequenti anno Cæſar Dictaturam Conſulatumq; tertiò vtrumque Magiſtratum, collegaq; Lepido geſſit. Idem poſtea eodem libro, in oratione quam Cæſar ſtatim poſt ſuum ex Africa aduentum, poſt Dictaturam decennalem aliosq; honores ſibi decretos in Senatu habuit, inducit Cæſarem ſic loquentem: Se in omnibus quæ Reipub. cauſſa agenda forent, Conſulem & Dictatorem: in ledendo quopiam priuati loco futurum. Eodem poſtea libro dicit, Lepidum Magiſtrum Equitum, Cæſarem bello Hiſpanico aduerſus Pompeij liberos (quod ſequenti demùm anno geſtũ eſt) intentum, conuocato eius rei gratia populo, Conſulem illius anni creaſſe: quem titulum Magiſtri Equitum Lepidus anno præcedenti Conſul, ſibi contra maiorum inſtituta ſumpſerat. Et hæc Dion de tertia Cæſaris Dictatura & tertio Conſulatu. Suetonij verò de iiſdem Magiſtratib. verba hæc ſunt: Tertium & quartum Conſulatum titulo tenus geſſit, contentus Dictaturæ poteſtate cum Conſulatibus ſimul decretæ. Hircius autem libro de bello Hiſpanienſi tradit, Cæſarem Africa recepta quum expeditionem in Hiſpanias aduerſus Pompeios iuuenes pararet, Dictatorem fuiſſe tertiùm, deſignatum .IIII. Receptam autem Africam ipſo Cæſare .III. & M. Lepido COSS. in confeſſo eſt. Horum ſententiæ accedere videtur & Eutropius in epitome, dum ait, Cæſarem Pharnace deuicto Romam regreſſum tertiùm ſe Dictatorem & Conſulem feciſſe cum M. AEmilio Lepido. Ex quibus verbis ſatis conſtat, quæ fuerit illorum auctorum, Dionis nimirum, Suetonij, Hircij & Eutropij ſententia, Cæſarem videlicet eodem anno, quo tertiùm Conſul fuit, ſimul & tertiam ſuam Dictaturam geſſiſſe. Quos vti minimè falli crediderim, ita neque eos à vero aberrare puto, qui tradunt Cæſarem tertiam ſuam Dictaturam anno ſequenti cum quarto Conſulatu geſſiſſe. Ceterùm ſi qui in ea ſunt opinione, vt putent Cæſarem cum tertio Conſulatu ſtatim & tertiam iniiſſe Dictaturam tanquam ſimul cum Cõſulatu decretam, (quod Suetonius & Eutropius ſenſiſſe videntur) hos nõ minùs errare exiſtimo, quàm eos qui putant Cæſarem tertiam Dictaturam quarti ipſius Conſulatus anno, qui eſt .DCCVIII. proximè ſequens, primùm iniiſſe: quæ videtur fuiſſe Faſtorum Capitolinorum ſententia, aliorumq; doctiſſimorum virorum, qui eos hactenus vel ſupplerunt, vel commentati ſunt. Sed ego vt aliter ſentirem, præter cetera effecêre numiſmata aliquot antiqua, è quibus primum quod in Capite .IX. numiſmatum Iulianorum primum locum obtinet, ab vno latere habet caput Cereris cum litteris DICT. ITER. COS. TERT. in parte verò auerſa, quæ proximè ſequitur in eadem tabula, ſunt inſignia Auguralia Pontificaliaque & litteræ AVGVR. PONT. MAX. Ex aliis verò vnum eſt, cuius caput eſt inter capita Cæſaris loco .xxix. cum his litteris CAESAR. IMP. QVART. pars verò auerſa Capite nono loco .xvij. nihil præter has litteras continens AVGVR. PONT. MAX. COS. QVART. DICT. QVART. Alterum verò cuius caput ſiue pars aduerſa ſpectatur inter capita Cæſaris loco .XXXIII. cum litteris CAESAR. AVGVR. IMP. QVINT. COS. QVAR. pars auerſa Capite nono loco .xiij. cũ Tripode & ſignis Pontificalib. & litteris DICT. QVAR. PARENS PATRIAE. E quibus nummis primo in quo legitur DICT. ITER. COS. TERT. docemur Cæſarem non quidem ſimul Dictatorem iterum fuiſſe, & Conſulem tertiùm, quando ſecunda illa Dictatura, quæ annua fuerat Cæſari poſt victoriam Pharſalicam decreta, anno præcedenti quo Q. Calenus, P. Vatinius COSS. fuerant, iam expirauerat, ſed tertium Conſulatum,

quem Kalendis Ianuariis ex more inierat, aliquandiu gessisse antequam tertiùm Dictator fieret. Quandoquidem tertia Dictatura post victoriam demùm Africanam ipsi decreta fuit, idque in decennium: ita primis aliquot tertij Consulatus mensibus, non nisi titulum secundæ Dictaturæ, quam anno præcedenti gesserat, vsurpare potuerit. Reliqui duo nummi, in quibus notatur COS. QVAR. DICT. QVART. clarè ostendunt, Cæsarem durante etiamnum quarto Consulatu quartam quoque Dictaturam gessisse. scilicet ab eo tempore, quo tertiæ Dictaturæ annus (qui primus fuit decennalis Dictaturæ Cæsari post victoriam Africanam decretæ) expirauerat. nec proinde potuisse Cæsarem tertiam illam Dictaturam eo anno iniisse, quæ incidente in eundem annum quarta Dictatura, annua non fuisset. Neque iterum videri potest, quarta hæc Dictatura ipso statim illius anni initio inita: nam quando ex primo illo nummo satis apparet, tertiam Dictaturam non fuisse initam, nisi post aliquot anni tertij Consulatus menses, necesse est, tantum temporis ex quarti istius Consulatus anno decidi ad implendum annuum tertij istius Dictaturæ spacium, quantum præcedenti anno seriùs initæ deerat. Quando igitur ex his quæ iam dicta sunt planum est, tertiam hanc Cæsaris Dictaturam neque cum ipso statim tertio Consulatu, neque iterum ipso quarti Consulatus anni principio initam, quartamque Cæsaris Dictaturam in quarti Consulatus annum incidisse, relinquitur, vt extraordinarium tertiæ Dictaturæ Magistratum medio aliquo tertij Consulatus anni tempore inierit Cæsar: quam anno sequenti eo tempore quo præcedenti anno inita fuerat finitam, quarta exceperit Dictatura. Et quemadmodum tertia illa Dictatura diuersas duorum annorum partes occuparat, posteriorem scilicet tertij Consulatus & priorem quarti Consulatus, sic etiam necesse est, in eundem Consulatum scilicet quartum duas incidisse Dictaturas. ita vt Cæsar in titulis suis scribere potuerit, CONSVL TERTIVM. DICTATOR TERTIVM. & rursus DICTATOR. III. COS. IIII. iterum sic COS. IIII. DICT. IIII. vti in non vno nummo antiquo videre est. Rectè proinde tradit Dion, Cæsarem hoc anno Consulatum & Dictaturam tertiò vtrumque Magistratum collega Lepido gessisse: non tamen ob id intelligere videtur, simul & eodem tempore vtrumque Magistratum iniisse: quod vel ex eo colligi potest, quod idem Dion posteà scribit, M. Lepidum iam antea Consulem contra maiorum instituta postea etiam Magistri Equitum titulum sibi sumpsisse: scilicet Cæsare tertiam iam Dictaturam sibi post victoriam Africanam decretam ineunte. Nec perperam Hircius scribit, Cæsarem Africa recepta, quũ bellum aduersus Pompeij liberos in Hispaniam adornaret, tertiò Dictatorem fuisse. Id enim fuit sub exitum anni DCCVII. quo tertium consulatum vnà cum Lepido gerebat: quo tempore ipsum tertiam iam iniisse Dictaturam credendum est, vt posteà docebimus. Ceterùm quod idem Hircius dicit, tum Dictatorem designatum. IIII. id ita accipiendum, non quòd peculiariter in eum annum designatus fuerit, sicut Consules designari solebant, sed quòd concessa sibi decennali Dictatura, in decem quodammodo annos proximos designatus videretur. Quod autem Suetonius dicit tertiam Dictaturã simul cum tertio consulatu Cæsari decretam: & Eutropius, Cæsarem post victum Pharnacen Romam reuersum, tertiò se Dictatorem & Consulem fecisse, & inde in Africam profectũ, quàm sit à veritate alienum, ex iis quæ supra adnotauimus facilè est intelligere: maximè quum certum sit, tertiam illam Dictaturam post victoriam demùm Africanã Cæsari decretam: quanquam Consulem fuisse tertium anteq̃ in Africam traiiceret, non est dubiũ. Nec magis verum videtur, quod idem tradit Suetonius, Cæsarẽ in tres vltimos tertij huius cõsulatus menses alios duos sibi substituisse: cùm nec in Fastis id reperiatur, nec alius quisquã id scriptũ reliquerit. Nec verisimile est Dionem qui singula vel exactissimè persequutus est, id fuisse omissurũ. Hæc eò fusius aliquantò & fortassis non sine fastidio deduximus, quòd videam viros hac

tempestate doctissimos, omnisq; rei antiquariæ peritissimos, non satis sese his difficultatibus explicuisse: quod non tam imperitia ipsorum aut incuria accidisse existimo, quàm quòd religiosè veriti sunt, Fastorum antiquorum, quos ipsi interpolandos susceperant, auctoritati in aliquo derogare. Quod ad diem tertiæ Dictaturæ initæ attinet, vt is incertus est, ita tempus vel mensem non improbabilibus coniecturis assequi possumus. Nam quum scribat Hircius in bello Africano, Cæsarem Africa recepta Idibus Iunijs Vticæ nauem conscendisse, & tertio pòst die Caraleis in Sardiniam peruenisse. Item ante diem. IIII Kal. Quintil. nauem ascendisse, & à Caralibus per tempestates vndetrigesimo die, hoc est, circa. VI. Kal. Sextiles Romam venisse: præterea quum dubium non sit, honores ipsi propter victoriam Africanam decretos, inter quos fuit & decennalis hæc Dictatura, ipsi quàm primùm nuntiatos, vel ante ipsius ex Africa discessum, quod satis ostendit Dion, dum dicit, Cæsarem animo tum ob rerum à se gestarum splendorem, tum ob Senatusconsulta de se facta elato, Sardinia Romam petisse: non est etiam dubitandum, quin Cæsar vt primùm ad vrbem venit, Dictaturam inierit, siue id fuerit ante Kal. Sextiles, siue ipso statim mensis Sextilis initio: quod & ipsum Dion satis testatur, dum inducit Cæsarem in oratione quam statim post suum ad vrbem reditum in Senatu habuit, dicentem, Se in omnibus quæ Reipub. caussa agenda forent Consulem & Dictatorem, in lædendo priuati loco futurum. Hinc supra ipsam Dictaturam adscripsimus SEXTIL. quod tam ad finem mensis Quintilis, quam ipsius Sextilis initium referri potest: diem ipsum in vacuo reliquimus.

De quattuor Cæsaris triumphis.

Hi quattuor Cæsaris triumphi à Sigonio viro doctissimo tertiæ Cæsaris Dictaturæ præponuntur. De his etiam sic Eutropius: Post annum inde Cæsar Romam cum quattuor triumphis ingressus. Sed nos tum propter eas rationes, quas ex iis quæ proximè adnotauimus facilè est intelligere, tum quod Dion diligentissimus obseruator scribit, Cæsarem post orationem tam in Senatu quàm ad populum de suo imperio, honoribusq; sibi decretis habitam, ceteris omnibus rebus magnificè adornatis vti par erat tot tantisq; victoriis partis, quattuor continuis diebus singulos triumphos duxisse: quattuor hos triumphos tertiæ Dictaturæ subiecimus. Suetonius autem dicit actos quidem eodem mense, sed interiectis diebus.

De Censu à Cæsare acto.

Onuphrius Panuinus vir non minùs eruditus quàm sagax omnis antiquitatis lustrator & obseruator, putat Censum à Cæsare anno sequenti, quarto scilicet ipsius Consulatu actum. Carolus autem Sigonius, & noster Pygius hoc anno: quorum opinioni quum & Dion & Appianus accedere videantur, maluimus & nos recensionem populi à Cæsare factam hoc loco constituere. Dion enim tradit factam statim post triumphos ante profectionem ipsius in Hispaniam, quod & Appianus prodidit.

ANN. DCCVIII.

De quarto Cæsaris Consulatu.

De quarto Cæsaris Consulatu sic habet Eutropius: Post annum inde Romam Cæsar cum quattuor triumphis ingressus, quartò Dictator & Consul creatus, disposito reparatoq; Reipub. statu continuò in Hispaniam contra Pompeij filios profectus est. Appianus item sic: Cæsar iam quartùm Consul expeditionem contra iuniorem Pompeium fecit in Hispaniam. Plutarchus autem in Cæsare dicit, Cæsarem quartò Consulem designatum, aduersus Pompeij liberos expeditionem fecisse. Ceterum quum Dion apertè tradat, Cæsarem Consulatum hunc serius & sub exitum demùm anni iniisse, finito iam bello Hispaniensi

mensi, falsò scriptum reliquit Eutropius, statim post triumphos quartum Dictatorem & Consulem designatum. Similiter Plutarchus & Appianus quartum Consulem, hoc est, inito iam consulatu eam expeditionem fecisse. Quanquam alioqui verum sit, eo anno quo quartum consulatum gessit, Pompeij liberos in Hispania vicisse. Dionis autem de quarto Cæsaris consulatu verba ferè hæc sunt, primùm in indice qui libro præfigitur: Caius Iulius Cæsar Dictator IIII. AEmilio Lepido Magistro Equitum, & Consul IIII. solus. Tum in ipso historiæ contextu: Eo autem tempore *(scilicet quo relicta Corduba ad Ateguam obsidendam se conuertit, quæ postea .xi. Kal. Martias in deditionem venit)* Cæsar Dictaturam gerebat, *(nimirùm tertiam, vt ego interpretor)* & sub exitum demùm anni Consul *(scilicet quartùm)* creatus fuit, conuocato eius rei gratia populo per Lepidum, qui tum Magister Equitum erat. Item postea de eodem quarto consulatu: Consulatum continuò *(scilicet postquam intellexit se Consulem sine conlega opera Lepidi sui Magistri Equitũ creatum)* etiam antequam vrbem intraret, occepit, non autem toto anno gessit. Sed postquam in vrbem venit, eo se abdicauit, Consulesq; fecit Q. Fabium ac C. Trebonium: Fabioq; extrema Magistratus die mortuo, in residuas horas C. Caninium Rebilum substituit. Hac in re dupliciter præuaricatum est à Cæsare contra instituta maiorum, quòd consulatus non toto anno, nec reliquo anni tempore *(scilicet antequam Consulatum iniisset)* gestus est. Sed ipse viuus ac neque legibus patriæ, neque edicto quodam iussus eo se abdicauit, aliumq; subrogauit. Hæc Dion. Nos itaque manifestam Dionis sententiam sequuti, adscripsimus Cæsarem consulatum quartum iniisse sub mensem Quintilem, coniecturis vsi non tam necessariis, quàm probabilibus. Neque enim videri potest, diu ante illud tempus iniisse, quum dicat Dion, sub exitum demum anni Consulem creatum: mensis autem Quintilis quum septimus sit, haud absurdè dicetur annus tum ad exitum tendere. Neque iterum multò post illud tempus, quum vel ipso mense Aprili Cæsar bello Hispanico finem imposuerit: & victoria Cæsaris Hispanica Romam nunciata fuerit pridie Parilium, hoc est, XII. Kal. Maias: qua intellecta, verisimile est consulatum illum statim Cæsari decretum, populo per Lepidum Magistrum Equitum eius rei gratia conuocato. Dicit etiam Dion consulatum statim iniisse, antequàm vrbem intraret. Addidimus in hac quarti consulatus tabella, Dictaturæ honore cont[illegible]ũ sub mensem Octobrem abdicasse, quod præter Dionem & Suetonius prodidit. Dion enim, eo quem suprà adduximus loco, sic habet: Consulatum non toto anno gessit, sed postquam in vrbem venit, eo se abdicauit: Consulesq; fecit Q. Fabium ac C. Trebonium. Venisse autem in vrbem mense Octobri refert Paterculus. Suetonius verò auctor est, Cæsarem Dictaturæ honore contentum, in ternos nouissimos quarti consulatus menses, binos Consules sibi substituisse. Hinc suffectum & trimestrem Consulem vocat Fabium, qui alter substitutorũ fuit. ita Cæsar haud multò amplius quàm duos menses aut tres ad summum hunc consulatum gessit.

De quarta Cæsaris Dictatura & Magistris Equitum.

Ex iis quæ suprà ad tertiam Cæsaris Dictaturam verbosiùs aliquantò commentati sumus, intelligi potest, quare quartam hanc Dictaturam hoc loco statuamus. Nam quum annum tertiæ Dictaturæ præcedentis primum fuisse in confesso sit eius decennij, in quod Cæsari annua Dictatura decreta fuerat, quumq; tam ex ipsis nummis antiquis, quàm scriptorum antiquorũ testimoniis ostenderimus, Cæsarem tertiam Dictaturam sub mensem Sextilem anni præcedentis quo & III. COS. fuit iniisse, necesse est vt tertiam illam Dictaturam eodem tempore huius anni quo IIII. COS. fuit finitam, statim exceperit quarta Dictatura, sub eundem scilicet mensem Sextilem: ita vt Cæsar simul & eodem anno IIII. COS. & IIII. Dictator fuerit: vti videre est ex ipsis illis duobus nummis, qui supra in con-

 fir-

firmationē huius nostræ sententiæ adducti sunt. Hinc rectè Dion in indice lib. XLIII. præfixo, Cæsarem. IIII. Dictatorem &. IIII. Cōsulem simul prodit. quod & Eutropius sensisse videtur, dum dicit: Cæsarem cum quattuor triumphis ingressum. IIII. Dictatorem & Consulem fuisse creatum. Fasti tamen Capitolini & qui eos sequuti sunt, quartam hanc Cæsaris Dictaturā cum anno sequenti quo Cæsar. V. COS. fuit cum M. Antonio incipiunt. Sed apud me potior fuit tam numismatū quàm antiquorū scriptorū auctoritas, quam hic sequi maluimus: & hæc de quarta Cæsaris Dictatura. Quod ad Magistrū Equitum attinet, Fasti tam Capitolini quàm Colotiani produnt, Magistrū Equitum hoc anno Cæsari fuisse M. Æmiliū Lepidum: in qua sententia & ipse Dion fuisse videtur: nam in indice cuius suprà sæpe meminimus, sic habet: C. Iulius Cæsar Dictator. IIII. AEmilio Lepido Magistro Equitum. Quanquā tamen in ipso historiæ cōtextu aliter videatur sensisse, scilicet primùm quidem M. Antonium sibi Magistrū equitum assumpsisse, & postea in eius locum M. Lepidum substituisse, quòd Antonius consulatū anni sequentis gesturus esset. Appianus autē sic disertè tradit: Cæsar acceptis ceteris honoribus, absq; decennali consulatu, in annum sequentem designauit Consules, seipsum & M. Antoniū suum Magistrū equitum, Lepido iusso in Antonij dignitatē succedere, qui tum per amicos administrabat Hispaniā prouinciā. Cicero quoq; Philipp. II. videtur Antonio obiicere, quòd quum Magister equitū esset, Cæsari ex Hispania redeunti occurrerit, consulatum in proximū annum rogaturus, vt ipse loquitur. Et verba quidem Ciceronis hæc sunt: Ex omnibus omniū flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui, quàm quòd qui Magister equitū fuisse tibi viderere, in proximum annum consulatum peteres, vel potiùs rogares. Item paulò pòst: Cæsari ex Hispania redeunti obuiam longissimè processisse, *scilicet Consulatum in proximū annum petiturus*. Mox etiam de eodem Antonio: His igitur rebus (inquit) præclarè cōmendatus iussus est renunciari Consul. & quidem cum ipso, *scilicet Cæsare*. His cùm Ciceronis & potissimùm Dionis & Appiani verbis adductus, tum etiā quòd assumpto sibi in præcedenti tertia Dictatura Magistro equitum M. Lepido, verisimile non sit eundem eam dignitatē in bienniū cōtinuasse, maximè cùm ea prius ex antiquo instituto semestris esse tantū soleret, quumq; Lepidum Galliæ Narbonensi & Hispaniæ citeriori iam præfecisset, facilè mihi persuadeo Cæsarem in quarta hac Dictatura non Lepidum, sed M. Antoniū sibi Magistrū equitum adsciuisse: quem & ipsum Cæsar plurimi faciebat, cuiq; pro ipsius in se meritis & studio, non minus quàm alij cuiquā gratiam referre & satisfacere studebat. Ceterùm postquā M. Antonius Consul in insequentē anniī designatus, eum Magistratū deposuisset, credendum est, M. Lepidum iterū in eius locum esse factū. quod & hic adnotauimus: Sed quia videntur Fasti Dictaturam Cæsaris cum anno demùm sequenti incipere, M. Lepidum Magistrum equitum constituunt, qui iam in locum Antonij tum Consulis successerat.

De triumpho Cæsaris ex Hispania.

Hunc Cæsaris ex Hispania triumphū præposuimus Consulib. suffectis, quòd credendū sit Cæsarē priùs cum triumpho Rōmā ingressum q̄ deposito consulatu alios sibi substitueret.

De Consulibus suffectis siue honorariis & XIIII. Prætoribus primùm creatis.

Hic ex Dione annotauimus Cōsules suffectos siue honorarios &. XIIII. Prætores hoc anno primùm creatos. addit Dion & quadraginta Quæstores esse factos: quod eò à Cæsare factū tradit, quòd aliā nō haberet rationē præstandi ea quæ promiserat. Vt igitur suppeteret materia vnde pluribus gratificaretur & satisfaceret, fidemq; plurib. obstrictā q̄ vt per se soluendo esset liberaret, non solùm sacerdotiorū numerū auxit, sed & alios honores multiplicauit.

De honoribus Cæsari post victoriam Hispaniensem decretis.

Appianus, Dion, & alij qui honores Cæsari post victoriam Hispaniensem decretos enumerāt, inter primos recensent, quòd PARENS PATRIAE appellatus sit, quo titulo

&

& aliis plerisq; in nummis insignitur, præter illum qui in Fastis nostris hoc loco adpictus est: vt illo qui inter capita Cæsaris. XXXj. loco conspicitur, in quo legitur, CAESAR PARENS PATRIAE: tum illo qui Capite nono. xiij. locum obtinet, primus scilicet tabulæ secundæ illius Capitis, qui sic habet: DICT. QVART. PARENS PATRIAE. Præterea & hoc addunt quòd LIBERATOR sit dictus, eoq; nomine in Fastos relatus: quod apud Dionē est. quod IMPERATORIS prænomen primus acceperit. denique quòd DICTATOR PERPETVVS & Consul in decenniū creatus sit.

De Caninio Rebilo COS. suffecto.

Hunc Caninij consulatū, quem extremo anni die in paucas tantùm horas gessit, hìc in fine ipsius anni subtexuimus. Quæ de hoc consulatu tum apud Ciceronē, tum apud alios scriptores leguntur, diligenter adnotarunt Sigonius & Onuphrius.

ANN. DCCIX.

Quia suprà in iis quæ ad quartam Cæsaris Dictaturam commentati sumus, tum ex antiquis numismatibus, tum ex ipsis auctoribus ostendimus, Cæsarem eam Dictaturam iniisse quarto suo consulatu, nos hìc annorum numerū quinto Cæsaris consulatui adscripsimus, Dictaturæ initio in annum præcedentem reiecto.

De. xii. Prætoribus & Ædilibus Cerialibus primùm creatis.

Ex Dione hìc adscripsimus hoc anno Prætores sedecim, & AEdiles Cæriales primùm creari cœptos. Nam quum quattuor prius tantùm creari soliti essent, iiq; plebei, duo scilicet Ædiles plebis, duo item Curules, Cæsar duos ex Patriciis adiecit: quos quia annonæ & rei frumētariæ præessent, Cæriales vocauit. De Ædilibus Cærialib. à Cæsare adiectis tradit & Pomponius I. C. de origine iuris. cap. 11. Sedecim tamē Prætores scribit ab Augusto primū cōstitutos: quod ego puto intelligi debere, quòd occiso eodem hoc anno Cæsare, vocatisq; in dubiū eius actionib. & decretis, Augustus postea vt & alia pleraq; à Cæsare sancita, hos quoq; xvj Prætores cōfirmarit. hinc Iurisconsultū prodidisse ab Augusto primū cōstitutos.

De perpetua Cæsaris Dictatura.

Dion tradit Cæsarem hoc anno Dictatorem fuisse. v. conlega adsumpto M. Antonio: quod ego miror. Nam vt maximè verum sit Cæsarem quartam Dictaturā iniisse & gessisse anno præcedenti, quum tamen sub mensem demū Sextilem eam inierit, vt suprà à nobis demonstratum est, eaq; non minus quàm præcedentes annua esse debuerit, cuiūq; Cæsar interfectus sit Idibus Martiis, hoc est, menses duos cum dimidio post quintum consulatū initum, & tres vt quàmminimū menses ante finitū quartæ dictaturæ annū, quintæ Dictaturæ titulo vti nullo modo potuit. Quare putarim in exemplari Dionis incuria librariorū mendum irrepsisse, & perperàm pro *Consul* scriptū *Dictator*, maximè cùm dicat, cum collega M. Antonio. Certum est enim Magistrū equitū non dici conlegam Dictatoris, sed conlegas tantùm appellari eos, qui æquali potestate simul funguntur, vt Consulum, Prætorū, AEdiliū, Censorum, alter alteri conlega est. Magister autem equitū secundus potiùs à Dictatore, ipsiusq; quasi vicarius. idq; eò magis suspicor, quòd index sæpius nominatus ponat Cæsarem Dictatorem cum M. Lepido Magistro equitum: Consulem autem. v. cum M. Antonio. Cuius consulatus in ipso contextu nulla alioqui fit mentio, nisi in fine ipsius libri, vbi dicit, Cæsarem Dolabellam pro se Consulem esse iussisse, Antonio cōsulatum ad finem eius anni gesturo, quum tamen prius nusquam dixerit, Consulem eo anno cum Cæsare fuisse creatum aut designatū. Quare hìc legendum existimo, Cæsarem anno sequente COS. V. fuisse, adsumpto conlega M. Antonio: quum certum sit M. Antonium hoc anno non fuisse Magistrū equitum. Rectius Fasti Capitolini & Colotiani produnt, Cæsarem Dictatorem IIII. cum M. Lepido Magistro equitum. Nam quanquàm verum sit, Cæsarem eam Dictaturam hoc anno non iniisse, certum est tamen eam nondum fuisse absolutam, imò ne iis quidem

quibus

quibus Cæsar interfectus est, Idib. Martiis. Quamobrem nos quinto huic Cæsaris Consulatui Dictaturam Cæsaris Perpetuam subiecimus, antiquorũ scilicet numismatũ auctoritatem sequuti, quibus Cæsar non semel COS. V. DICTATOR PERPETVVS appellatur. Veluti primùm duobus illis qui inter capita Cæsaris loco xxxiiij. & xxxvj. expressi sunt, quorum vni sic inscribitur CAESAR AVGVR. IMP. SEXT. COS. QVINT. & parti ipsius auersæ quæ est Cap.ix.loco.xxij.inscriptũ est, PONT. MAX. DIC. PERP. Alteri verò sic, CAESAR COS. QVINT. DICT. PERP. Deinde in duobus aliis qui sunt eodem cap.ix.loco.xx.&.xxiiij. sic legitur, CAES. AVG. PONT. MAX. COS. V. DIC. PERP. & C. CAESAR COS. QVINT. IMP. SEX. DIC. PERP. Nam quum vt suprà à nobis relatum est, & Appianus tradidit, Cæsari sub finem anni præcedentis ex Hispania Romã reuerso, confectis iam omnibus bellis ciuilibus, præter alios honores Dictatura Perpetua cum Consulatu in decẽnium decreta esset, delatis ad se ab vniuerso Senatu præeuntibus COSS. Q. scilicet Fabio & C. Trebonio (quos sibi suffecerat) honorificentissimis Senatus decretis, præter consulatũ in decenniũ reliquos honores admisit: seq; in annum sequentẽ cum M. Antonio COS. V. designauit: relictoq; cum quarto Consulatu quartæ Dictaturæ titulo, quanquã nondum absoluto quartæ illius Dictaturæ anno, & reuera adhuc. IIII. Dictator, statim tamen cum ipso quintò Consulatu Dictatoris Perpetui titulo vti cœpit: sicuti nummi à me adducti planum faciunt. Magistros autem EQVITŨ duos adscripsimus, cum ex Fastorum Capitolinorũ, tum ex Dionis sententia, tradentis, Cæsarẽ qui duobus annis quibus se Parthici belli caussa abfuturum credebat, Dictaturã gesturus erat, hoc scilicet præsenti & sequenti, in locum M. Antonij qui consulatũ toto eo anno gesturus erat, & M. Lepidi cui paludato in Galliam Narbonensem & Hispaniã citeriorẽ prouincias sibi à Cæsare decretas proficiscendũ erat, duos alios Magistros EQVITŨ suffecisse: Octauiũ scilicet nepotem ex sorore in annum præsentem, vt cùm M. Lepidus paludatus exisset, iniret: alterum Domitium Caluinum in insequentem annum, qui Octauio succederet. Sed is interfecto Cæsare non iniit.

De ouatione Cæsaris.

Quia ex Fastis Capitolinis certũ est, Cæsarem ouantem ex Albano monte vrbem inuectũ VII. Id. Februar. inito iam quinto Consulatu, sumptoq; iam Perpetui Dictatoris titulo, vt iam ostendimus, scripsi Cæsarem Dictatorem perpetuũ & COS. V. ouasse. Ceterùm quum auctor Fastorum Capitolinorũ videatur maiorem rationem habuisse Dictaturarũ Cæsaris quàm Consulatuum, neglecto cõsulatu solùm adscripsit, Dictatorẽ quartùm ouasse: quòd putauit sufficere ad intelligendũ quo anno ouarit, maximè quum videatur omnes Cæsaris Dictaturas cum ipso anni initio incipere, quanq̃ alioquin verũ sit Cæsarẽ etiamnũ IIII. Dictatorẽ ouasse, quòd nondũ finitus erat quartæ Dictaturæ annus, vt superius annotauimus.

De cæde Cæsaris.

Quia in superiorib. ferè omnibus Fastorum consularib. adscriptũ videmus, si quando quis in Magistratu aut mortuus, aut occisus est, visum est & hîc cædem Cæsaris proponere, quòd ea non magis q̃ alterius alicuius Consulis aut Magistratus mors videbatur prætereunda. Et hæc quidem erant, quæ ad hos Fastorũ locos mihi videbantur adnotanda. Ceterũ quia ratio Consulatuũ Dictaturarumq; Cæsaris videtur intricatior, antequã manum de tabula tollam, placuit seriem atq; ordinem Consulatuum Dictaturarumq; Cæsaris, sicuti ego existimo eam se habere, hic subiicere, sumpto à prima eius Dictatura initio.

Anno itaq; DCCIIII. Cæsar à M. Lepido Prætore absens DICTATOR sine Magistro Equitum creatus est, comitiorũ habendorũ, & feriarum Latinarũ caussa: quam Dictaturã postq̃ Romã venit, statim iniit: habitisq; comitiis, designatisq; in insequentẽ annũ COSS. se ipso & P. Seruilio Isaurico, vndecimo postquam inierat die Dictatura se abdicauit.

Anno igitur sequenti DCCV. qui vndecimus fuit post primũ ipsius consulatũ, CAESAR COS. ITERVM fuit, cum P. Isaurico. Eodemq́; anno postq̃ Pompeiũ apud Pharsaliũ vicisset, intellecta Romæ cæde Pompeij DICTATOR ITERVM in annum integrũ creatus est, quam Dictaturã ipse ante finem illius anni extra Italiam adhuc rebus circa Alexandriam gerendis intentus iniit, assumpto Magistro Equitum M. Antonio.

Anno DCCVI. Cæsar secundã illam Dictaturã gessit, quam anno præcedẽti inierat, vsq; ad annũ Dictaturæ completũ: & sub exitũ ipsius anni à bello Alexandrino & Pontico Romã reuersus, habitis comitiis COSS. creauit, in reliquum anni tempus Q. Fusium Calenum & P. Vatinium: in sequentem autem annum se III. & M. Lepidum designauit.

Anno itaq; DCCVII. CAESAR III. cum M. Lepido Consul fuit: eodemq́; anno Africa recepta Dictator in decenniũ creatus, sub mensem Sextilem Romã ex Africa reuersus, tertiam Dictaturam iniit, assumpto sibi Magistro Equitum M. AEmilio Lepido, & sub finem eiusdem anni in Hispaniam aduersus Pompeij liberos profectus est.

Anno DCCVIII. Cæsar post victoriã Hispaniensem opera Lepidi sui Magistri Equitum COS. IIII. sine conlega creatus est: quem consulatũ serius, & maiori anni parte iam exacta iniit: eodemq́; anno sub mensem Sextilẽ finito iam tertiæ Dictaturæ anno, Dictaturã quartã iniit, M. Antonio Magistro Equitũ sibi adsumpto: reuersusq́; Romam ex Hispania mense Octobri, Dictaturæ honore cõtentus, Consulatu se abdicauit, suffectis in locũ suũ Q. Fabio Maximo & C. Trebonio Aspro. Quumq́; in insequentem annũ se V. & M. Antoniũ COSS. designasset, Lepidũ in locum M. Antonij Magistrũ Equitũ esse iussit: defunctoq́; extremo anni die Q. Fabio altero COSS. C. Caniniũ in reliquas anni horas cõsulatũ gerere permisit: eodemq́; hoc anno post victoriã Hispaniensem DICTATOR PERPETVVS creatus est.

Anno DCCIX. Cæsar V. & M. Antonius COSS. fuêre: eodemq́; anno Cæsar Dictatoris Perpetui titulo cum ipso statim consulatu vti cœpit. Cumq́; eo anno in Parthos proficisci cogitaret, M. Antonio Consulatũ in totum annũ gesturo, & quòd M. Lepido in Galliam Narbonensem & Hispaniã citeriorẽ prouincias sibi à Cæsare decretas proficiscendũ esset, C. Octauiũ in locum Lepidi sibi Magistrũ Equitũ in hunc annũ adsciuit: in insequentem autem annum Cn. Domitium Caluinum Magistrum Equitum designauit. P. autem Dolabellam sibi in Consulatum substituit.

NOTARVM ET LITTERARVM SINGVlarium, dictionumq́; contractiùs & per compendium tam in ipsis nummis q̃ adiuncta Fastorum parte scriptarum explicatio.

A. Aulus.
A.A.A. F.F. Auro, Argẽto, Aere, flando, ferundo.
ABDIC. Abdicauit.
AED.CVR. Aedilis Curulis.
Æ. AET.
A. F. Auli filius.
A.F.A.N. Auli filius Auli Nepos
ALEXAND R. AEGYPT. Alexandria Aegypti.
AN. AN.
AN. AÑO. AÑON. Antonius
ANT. AVG. Antonius Augur.
AN.XV.PR.H.O.C.S. Annorũ quindecim prætextatus hostẽ occidit, ciuem seruauit. Vel, Hoste occiso ciuem seruauit. *Lepido capite.v.Nummo primo.*
AP. Appius.
AP.F.AP.N. Appij filius Appij nepos.
A.P. Antonij Prætoria. *Antonio cap x.Num. primo.*
A.P.F. Auro, siue Argento publico feriundo.
AR. AR.
APXIEP.MEΓ. ἀρχιερεὺς μέγας
AV. AV.
AVL. AVL.
NG. AVG. Augur. Augusta.
AYTOK. AYTOKPA, αὐτοκράτωρ
A.XL. *In Antonio cap.xj.Num.j.*
AT. AT.
B. Αὐτ ερορ.
BRVT. Brutus.
BER. Perytus.
C. Caius.
C.F. Caij filius.
C.F.C.N. Caij filius Caij nepos
C.F.M.N. Caij fili' Marci nepos
CAECIL.NIGR. Cæcilio Nigro
CAEP. Cæpio.
CAES. Cæsar.
CASSI. Cassius.
CENS. Censores.
CEST. Cestianus.
C.I.V. Colonia Iulia Valẽria, siue Victoria. *Cæsare cap.iiij.N.xij.*
CLOVI. Clouius.
CN. Cneus.
CN.F.CN.N. Cnei fili' Cnei nepos
CN.F.SEX N. Cnei fil. Sexti nep.
COHORT. PRAET. Cohortis Prætoriæ.
COL.IVL.BER. Colonia Iulia Berytus.
COL.IVL.COR. Colonia Iu-

lia Corinthus.
COR. Corinthus.
COS. Consul.
COS. DES. Consul designatus.
D. Decimus.
D.F.M.N. Decimi filius Marci ne (pos
DAC. Dacicus.
DES. Designatus.
DIC. DICT. Dictator.
DOMIT. Domitius.
EID. MR. Eidus vel Idus Mar- (tiæ.
E. ET.
EX.A.D. Ex ante diem.
EXERCIT. EXERCITVVM.
Exercituum.
EX.S.C. Ex Senatusconsulto.
F. Filius.
F. F. Flando, feriundo.
FLAV. Flauius.
G. Gaius.
Γ. τρειτομ.
Γ. γαιος.
GERMAN. Germanus.
GER. Germanicus.
GELLI. Gellius,
HIRTI. Hirtius.
H.O. Hosté occidit, siue hoste oc- (ciso.
ID. IDIB. Idus, Idibus.
II. Secundum.
III. Tertium.
IIII. Quartum.
IMP.R.P.C. Imperator Reipub. constituendæ.
IMP.CONST.CAVSS. Imperij constituendi caussa.
IN M.M.E. IN E.L.F.E. vel IN MAG. MORT. EST. IN EIVS LOC. FACT. EST. In Magistratu mortuus est, in eius locum factus est.
IOV. OPT. MAX. SACR. Ioui Optimo Maximo sacrum.
II VIR. Duumuir.
III VIR. Triumuir.
IIIV. R P.C. vel IIIVIR R.P.C. Triumuir Reipub. cōstituendæ.
IIIVIR A.A.A.F.F. Triumuir auro, argēto, ære flando, feriundo.
IIIIVIR. Quattuoruir siue Quartumuir.
IIIIVIR. A.A.A.F.F. Quattuoruir auro, argēto, ære flando, feriūdo.
IIIIVIR A.P.F. Quartumuir argento, siue, auro publicè feriūdo.
IV. Quartùm.
IVL. Iulia.
K. KAL. Kalendis vel Kalendas.
L. Lucius.

L. F. Lucij filius.
L.F.C.N. Lucij filius Caij nepos.
L.F.L.N. Lucij filius Lucii nepos.
L.F.P.N. Lucij filius Publii nepos
L.F.Q.N. Lucij fili⁹ Quinti nep.
L. F. vel LVST. FEC. Lustrum fecit vel fecerunt.
LEG. Legatus, vel Legio.
LEG. PRI. Legio prima.
LENTVLVS. Lentulus.
LEP. LEPI. LEPID. Lepidus.
L. GELL. Lucius Gellius.
LV. LV.
M. Marcus.
M. F. Marci filius.
M.F.M.N. Marci filius Marci nep.
M.F.Q.N. Marci filius Quinti ne (pos.
M. Manius.
M. F. Manii filius.
M.F. M.N. Manij filius Manij (nep.
M. MA.
MAG. EQ. Magister Equitum.
MAM. Mamercus.
MAM.F.M.N. Mamerci fili⁹ Mar (ci nep.
MR. MAR.
MP. MP.
MNT. Munatius.
MVSSIDI. Mussidius.
N Numerius.
N. NA vel AN.
NE. NE.
NT. NT.
O. occidit, vel occiso.
OCCIS. occisus.
OPT. optimo.
P. Publius.
P.F. Publii filius.
P.F.M.N. Publij filius Marci nep.
P.F.P.N. Publij filius Publij nep.
PAR. Parthia vel Parthica.
PAL. Paullione. *Cæsare cap. vj. Num. ij.*
P. CI. Prætor Ciliciæ forsan. *Antonio cap. pr. Num. 26. & 31.*
PERP. Perpetuo.
PHIL. Philippi vel Philippensis.
PLAET. CEST. Plętori⁹ Cestian⁹
P.M. vel PONT MAX. Pontifex (Maximus.
P.P. Pater patriæ.
PR. Prætor.
PRAEF. Præfectus.
PR. VRB. vel PRAEF. VRB. Præfectus vrbi.
PRID. Pridie.
PROCOS Procōsul vł Procōsule
PROPR Propretor vel ꝓ pretore.
PR. A. Prætoria Antonij. *Anton. cap. x. Num. x.*

PROQ. Proquæstor vel pro quæstore.
PROQ. P. Proquæstor prætorius, vel Prætoris.
P.V.A. Pretorij vrbani Antoniani. *Anton cap. viij. N. ij. & xj. xij.*
Q. Quintus vel Quæstor.
Q.F. Quinti filius.
Q.F.L.N. Quinti fili⁹ Lucij nep.
Q.F.M.N. Quinti filius Marci nepos.
Q.F.Q.N. Quinti filius Quinti nepos.
Q.DES. Quæstor designatus.
Q.P. Quæstor prætorius, siue prætoris.
Q.PROCOS. Questor ꝓcōsulis
QVAR. QVART. Quartùm.
QVIN. QVINT. QVIN̄ Quintū.
REF. Refecta.
REG. Regni vel Regia. *Lepido cap. iiij. Num. iij. & vj.*
R. G. C. Rei gerundæ caussa.
R.P.C. Reipublicæ cōstituendę.
RM. RVM.
SAL. Salus.
S.C. Senatusconsulto.
SER. Seruius.
SER.F. P.N. Seruij filius Publij (nepos
SEST. Sestius.
SEX. Sextus.
SEX.F.SEX.N. Sexti filius Sexti nepos.
SEX. SEXT. Sextùm.
SPINT. Spinter.
T. Titus.
TA. TA.
TE. TE.
TER. TERT. Tertiùm.
T. F. Titi filius.
T.F.L.N. Titi filius Lucij nepos
TI. Tiberius.
ΘΩ. forsan ΘΕΩ. *Cæsare cap. x.* (*Num. ij.*
V. Quintùm.
VA. VA.
VENTIDI. Ventidius.
VIC. AVG. Victoria Augusta, vel Augusti.
VL. VL.
VR. VR.
VM. VM.
X. Decimùm.
XIV. Decima quarta.
XIIX. Decima octaua.
XXIV. Vigesima quarta.
XXIIX. Vigesima octaua.

DIC.

DICTIONVM ET INSCRIPTIONVM

Græcarum quæ in nummis passim leguntur interpretatio.

In Cæsare Cap. primo.

Γ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ. C. Iulij Cæsaris Imperatoris. *Nummo. vij.*

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. Cæsar Imperator. *Nummo ix.*

Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. C. Cæsar Imperator Pontifex Maximus. *Num. xiij. & xv.*

Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΥΠΑΤΟΣ Β. C. Cæsar Imperator Consul iterùm. *Num. xx.*

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΙΚΤΑΤΩΡ Β. Caius Iulius Cæsar Imperator Dictator iterùm. *Num. xxij.*

Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΟΝ. C. Iulius Cæsar Consul tertiùm. *Num. xxiij.*

Γ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΔΙΚΤΑΤΩΡΟΣ C. Iulij Cæsaris Imperatoris Dictatoris. *Num. xxiiij.*

Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ. C. Iulius Cæsar Deus, siue Diuus. *Num. lix.*

Cap. II.

ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Iliensium nouo hominũ cœtu secundò frequẽtatorum. *vel* deductis nouis colonis secundò frequentatorũ. ΒΙΣ *pro* ΔΙΣ. & ΚΟΡΟΣ *inter cetera hominum cœtum siue multitudinem significat.* *Num. iij.*

Cap. IIII.

ΚΟΙΝΟΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. Commune siue Communitas Alexandrinorum. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Thessalonicensium. *Num ij.* (*Num. pri.*

ΠΟΥΒΛΙΟΣ ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ. Publius Sulpicius Rufus. *Num. uj.*

Cap. V.

ΚΟΥΙΝΤ. ΚΙΚΕΡΩΝ. Quintus Cicero. *Num. xj.*

Cap. IX.

ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ. Pontifex Maximus Augur. *Num xv.*

In Lepido Cap. pri.

Μ. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. M. Lepidus Imperator Triumuir. *Num. ij.*

Μ. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. M. Lepidus Pontifex Maximus. *Num. v*

Cap. V.

ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. Triumuir. *Num. xj.*

Cap. VI.

ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ. Communitas Alexandrinorum. *Num. iij.*

Cap. VII.

Μ. ΛΕΠΙΔΟΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓΑΣ. M. Lepidus Triumuir Imperator Pontifex Maximus. *Num. v. & vj.*

In Antonio. Cap. pri.

Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Γ. M. Antonius Imperator tertiùm. *Num. xvij.*

ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. Antonius Imperator Triumuir. *Num. xx.*

Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ. ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.
M. Antonius Imperator Augur Triumuir. *Num. xxv. xxvij. xxxiiij. & .xlij.*

Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΤΟΝ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.
M. Antonius Imperator tertiùm Triumuir. *Num. xxxvj.*

ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΑΥΤ. ΚΑΙ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ.
Antonij Imperatoris & Cleopatræ Reginæ. *Num. xl.*

ΑΝΤΩΝΙΟΣ. ΡΩΜΗΣ. Antonius. Romæ. *Num. xliiij.*

Μ. ΑΝΤ. ΑΡΜΕΝΙΑΣ ΚΑΤΑΔΟΥΛΩΣΗΣ.
M. Antonius Armenia deuicta. *Num. lvj.*

Cap. IIII.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Ephesiorum nouo hominum cœtu, *vel* deductis nouis colonis frequentatorum. *Num. viij.*

Cap. V.

ΑΝΤΩΝΙΟΣ. ΡΟΔΙΩΝ. Antonius. Rhodiorum. *Num. vij. & ix.*

Cap. VII.

ΚΟΙΝΟΝ. ΠΡΟΤΗΣ ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ.
Communitas prima Tripolitanorum. *Num. pri.*

ΚΟΙΝΟΝΙΑ ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. Communitas Tripolitanorum. *Num. iij.*

Cap. X.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΡΜΕΝ//////.
Regina Cleopatra Armen ////// *Nummo. iiij.*

ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. Reginæ Cleopatræ. *Num. vj.*

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑ. Regina Cleopatra omnium *siue* vniuersi seruatrix. ΟΣΣΑΝ *quasi dicas* ΟΣΣΑ ΑΝ. *Num. vij.*

ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑΣ. Reginæ Cleopatræ omnium *siue* vniuersi seruatricis. *Num. ix.*

ΝΙΚΟΠ. ΗΡΩΔΗΣ. Nicopolis. Herodes. *Num. xij.*

Cap. XI.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Cæsareensium. *Num. ij. & xj.*

ΚΑΙΣΑΡΕΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Cæsareæ Metropolis. *Num. iiij.*

ΑΥΤΟΚ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.
Imperator Antonius Augur Triumuir. *Nummo. vj.*

TITV-

TITVLI CAESARIS, LEPIDI, ET ANTONII,

qui diuerſis in nummis ſparſi & diuiſi leguntur.

Cæſaris.

CAESAR. *Cap pr. Num.2. & alijs.*
CAESAR IMPERATOR. *Cap.pr. Num.pr.3.6. & alijs.*
ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. *Cap.pr. Num.9.*
C. CAESAR IMPERATOR. *Cap.pr. Num.11.*
Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. *Cap.pr. Num.7.*
CAESAR IMPERATOR PONTIFEX MAXIMVS. *Cap.pr. Num.14.*
Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. *Cap.pr. Num.13.&.15.*
C. CAESAR C. F. IMPERATOR ITERVM. *Cap.3. Num.7. &.10.*
CAESAR IMP. TERTIVM. *Cap.5. Num.4.*
CAESAR DICTATOR. *Cap.pr. Num.16.17.18. & alijs.*
Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡ. *Cap.pr. Num.24.*
C. CAESAR IMPERATOR CONSVL ITERVM. *Cap.4. Num.8.*
Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΠΑΤΟΣ Β. *Ca.pr. Num.20.*
ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡ Β. *Ca.pr.Nu.21*
CAESAR DICTATOR ITERVM. *Cap.3. Num.12.*
Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΟΝ. *Cap.pr. Num.23.*
C. CAESAR COS. TERTIVM. *Cap.pr. Num.26.*
CONSVL TERTIVM DICTATOR ITERVM AVGVR PONT. MAX. *Cap.9. Num.1.&.2.*
C. CAESAR DICTATOR TERTIVM. *Cap.5. Num.2. Cap.9. Num.10.*
CAESAR DICTATOR TERTIVM PONT. MAX. *Cap.pr. Num.25.*
CAESAR AVGVR PONT. MAX. *Cap.pr. Num.27.*
CAESAR IMP. AVGVR PONT. MAX. *Cap.9. Num.6.*
ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. *Cap.pr. Num.9. & Cap.9. Num.15.*
CAESAR PONT. MAX. DICT. TERTIVM. *Ca.pr. Num.28.*
CAESAR IMP. QVARTVM. *Cap.pr. Num.29. Cap.9. Num.12.*
CAESAR IMP. IIII. DICT. III. *Cap.5. Num.10. & 8.*
CAESAR DICT. QVART. *Cap.pr. Num.32.*
CAESAR IMP. QVART. AVGVR PONT. MAX. COS. QVART. DICT. QVARTVM. *Cap.pr. Num.29. & Cap.9. Num.17.*
CAESAR PARENS PATRIAE. *Cap.pr. Nu.31.*
G. CAESAR PARENS PATRIAE. *Cap.10. Num.3.*
CAESAR AVGVR IMP. QVINTVM COS. QVART. DICT. QVART. PARENS PATRIAE. *Ca.pr. Nu.33. & Cap.9. Num.13.*
CAESAR DICTATOR PERPETVO. *Cap pr. Num.35.38.&.41.*
C. CAESAR DICT. PERPETVO. *Ca pr. Nu.37.*
CAESAR COS. QVINT. DICT. PERPETVO. *Cap pr. Num.36.*
CAESAR AVGVR IMP. SEXTVM COS. QVINT. PONT. MAX. DICT. PERPETVO. *Cap. pri. Num 34. & Cap.9. Num 22.*
C. CAESAR COS. QVINT. IMP. SEXT. DICT. PERPETVO. *Ca.9. Nu.24*
CAESAR AVGVR PONT. MAX. COS. V. DICT. PERPETVO. *Ca.9. Nu.20*
DIVVS IVLIVS. *Cap.pr. in fine pluribus locis.*
Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ. *Cap.pr. Num.59.*

Lepidi.

M. AIMILIVS M.F.Q.N. LEPIDVS PRAEFECTVS VRBIS. *Ca.2. Nu.9.*
M. AIMILIVS M.F.Q.N. PROPRAETOR. *Cap.5. Num.5.*
LEPIDVS. *pluribus locis.*
M. LEPIDVS IMPERATOR. *Cap.pr. Num.pr.*
LEPIDVS IMP. PONT. MAX. *Cap.4. Num.2.*
M. LEPIDVS TRIVMVIR REIPVBLICÆ CONSTITVENDAE. *Cap.pr. Num.3. &.4.*

M. LEPIDVS PONT. MAX. III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num. 6. 7. 9. & Cap. 7. Num. 11.*
M. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Ca. pr. Nu. 5 & Ca. 5. Nu. 11.*
M. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. III VIR R. P. C. *Cap. pri. Num. 8. & 12.*
M. ΛΕΠΙΔΟΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. *Cap 7. Num. 5. & 7.*
M. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Cap. pr. Num. 2.*
M. LEPIDVS IMP. ITERVM. *Cap. 6. Num. 9.* (& 17.
M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. III VIR R. P. C. *Cap. pr. Nu. 15. 16.*
M. LEPID. IMP. ITER. PROCOS. III VIR R. P. C. *Cap. 5. Num. 8. & 7.*
M. LEPIDVS PONT. MAX. III VIR R. P. C. COS. ITER. *Cap. pri. Num. 18.*
M. LEPIDVS PONT. MAX. IMP. ITER. COS. ITER. III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num. 20. & Cap. 7. Num. 9.*
M. LEPIDVS PONT. MAX. III VIR ITER. R. P. C. *Cap. pr. Num. 19.*
LEPIDVS P. M. IMP. ITER. III VIR ITER. R. P. C. *Cap. 7. Num. 8.*
M. LEPIDVS PONT. MAX. *Cap. pr. Num. 22. 24.*
LEPIDVS PONT. MAX. *Num. 23.*

Antonij.

M. ANTONIVS. *Cap. 2. Num. pr. & alijs pluribus.*
ANTONIVS IMP. *Cap. pr. Num. 7. Cap. 2. Num 8. & alijs.*
M. ANTONIVS IMP. *Cap. pr. Num. 1. 2. 3. & alijs.*
ANTONIVS IMP. AVGVR. *Cap. 3. Num. 5.*
M. ANTONIVS IMPERATOR REIPVBLICÆ CONSTITVENDÆ. *Cap. pr. Num. 9. 10. 11. 12.*
M. ANTONIVS III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num. 18. 21. & alijs.*
M. ANTONIVS IMP. III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num. 19. 22. 24. Cap. 5. Num. pr.*
ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚ. ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. *Cap. pr. Num. 20.*
ANT. AVGVR IMP. III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num 28.*
M. ANTONIVS IMP. AVGVR III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num. 26. 29. 30. & alijs.*
M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Cap. pr. Num. 25. 27. & 42.*
M. ANTONIVS IMP. ITERVM. *Cap. pr. Num. 13.*
M. ANTONIVS IMPER. III. *Cap. pr. Num. 15. & 16.*
M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Γ. *Cap pr. Num. 17.*
M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΤΟΝ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Cap. pr. (Num. 36.*
ANTONIVS AVGVR IMP. III. *Cap. 6 Num. 4.*
ANTONIVS AVGVR IMPERATOR TERTIVM COS. DESIGNATVS ITERVM ET TERTIVM III VIR R. P. C. *Cap pr. Num. 46.*
ANTONIVS AVGVR COS. DES. ITER. ET TER. IMP. TERTIO III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num. 37. & Cap. 7. Num. 4.*
M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER. III VIR R. P. C. *Cap. pr. Num. 38. 43. & 45. Cap. eod. Num. 41. & Cap. 7. Num. 7. & alijs.*
M. ANT. IMP. AVG. COS. DES. ITER. ET TER. III VIR R. P. C. *Ca. pr. Nu. 39.*
M. ANTON. M. F. M. N. AVG. IMP. TER. COS. DESIG. ITER. ET TER. III VIR R. P. C. *Cap. 4. Num. 12. & 5. Cap. 5. Num 6. & 3.*
M. ANTONIVS M. F. M. N. AVGVR IMP. TER. III VIR R. P. C. COS. DESIG. ITER. ET TERT. *Cap. 5. Num. 8. & 10.*
ANTONIVS AVGVR IMP. III. COS. DES. III. III VIR R. P. C. *Ca. pr. (Num. 48.*
IMP. ANTONIVS. *Cap pr. Num. 5. 7.*
ΑΥΤΟΚ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Cap. 11. Num. 6.*
IMP. ANT. AVGVR III VIR R. P. C. IMP. III. *Ca. pr. Nu. 50. & Ca 7. Nu. 6. 10. 12.*
IMP. ANTONIVS AVGVR III VIR ITER. R. P. C. *Cap. pr. Num. 52. 54. 55. & 57. & Cap. 4. Num. 3.*
IMP. ANTONIVS AVG. COS. ITER. DES. TER. III VIR ITER. R. P. C. IMP. TERTIO. *Cap. pr. Num. 49. & Cap. 7. Num. 10. & 12.*
IMP. ANTON. AVGVR COS. DES. III. IMP. IIII. *Cap. 6. Num. 6.*
IMP. ANTON. AVG. IMP. IIII. COS. DES. III. III VIR II. R. P. C. *Cap. pr. Num. 51.*

APR-

hoc opere continentur suis quæque capitibus attributæ.

In Cæsare.

Caput Primum his litteris inscriptum, CAESAR IMP.

A parte auersa siue posteriori, Venus victrix, & litteræ, M. METTIVS. *Cap.2. Nummo.13.*

Cap. II. CAESAR.

Caput M. Antonij, M. ANTON. IMP. *Cap.8. Num.4.*

III. CAESAR IMP.

Nomen Triumuiri monetalis decussatim descriptum. L. LIVINEIVS. C. F. REGVLVS IIIVIR A. A. A. F. F. *Cap.7. Num.10.*

IIII. CAESAR.

Vexillum, Aquila, Aratrum, Decempeda siue pertica agri mensoria, TI. SEMPRONIVS GRACCVS. Q. DES. *Cap.6. Num.4.*

V. nullis inscriptum litteris quàm S. C.

Huic capiti plura & diuersa subuciuntur symbola, & primùm Cæsar togatus ramulum tenens in sella sedens, cui Victoria à tergo lauream imponit capiti. CAESAR IMP. TER. *Cap.5. Num.4.*

Item illud quod proximè præcedenti Cap.IIII. subiicitur, Vexillum, Aquila, Aratrum, Decempeda. TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DES. *Cap.6. Num.4.*

Tertiò, Sacerdos agens iugum boum sulcum aratro ducens. TI. SEMP. GRACC. Q. DES. *Cap 6. Num.9.*

Quartò, Gubernaculum, Orbis, Cornucopiæ, Caduceus & albogalerus, siue pileus flaminis. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Cap.9. Num.16. & 18.*

VI. CAESAR IMP.

Venus Genetrix. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num.21.*

VII. Γ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ.

Elephas cum litteris peregrinis incognitis siue Punicis vt quibusdã videtur. *Cap.2. Num.4.*

VIII. nullis inscriptum litteris.

Venus Galeam & Clypeum tenens astans aræ cum aquila signo militari. CAESAR DIC. PERP. *Cap.2. Num 13.*

Venus Fœlix caduceum tenens. L. FLAMINIVS. IIIIVIR. *Cap.2. Num.23.*

Vexillum, Aquila, Aratrum, Decempeda. TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. *Cap.6. Num.6.*

Sacerdos agens iugum boum & sulcũ aratro ducens. C. CAESAR IMP. TI. SEMP. GRAC. Q. DES. EX S. C. *Cap.6. Num.7.*

Nomen IIII uiri monetalis decussatim scriptum. L. FLAMINIVS T. F. L. N. IIIIVIR A. A. A. F. F. *Cap 7. Num 3.*

Vitulus. Q. VOCONIVS VITVLVS Q. DESIGN. *Cap.8. Num.pr.*

Gubernaculum, Orbis, Cornucopiæ, Caduceus, Pileus flaminis. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Cap.9. Num.16.*

Lituus, Patella, Capeduncula, CAES. AVG. PONT. MAX. COS. V. DIC. PERP. *Cap.9. Num. 20.*

IX. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.

Tripus. ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. *Cap.9. Num.15.*

X. sine litteris.

Taurus. L. LIVINEIVS REGVLVS. *Cap.8. Num. 10.*

XI. CAESAR IMPER.

Venus victrix. M. METTIVS. *Cap.2. Num.15.*

XII.

XII. C. CAERAR IMP.

Venus victrix. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num.14.*
Venus Genetrix sedens. L. BVCA. *Cap.2. Num.20.*
Nomen IIIIviri monetalis decussatim descriptum. L. AEMILIVS Q. F. BVCA. IIIIVIR A. A. A. F. F. *Cap.7. Num pr.*

XIII. Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ.

Vexillum, Aquila, & Signum cohortis. ΚΟΤΙΝΤ. ΚΙΚΕΡΩΝ Γ. ////// *Cap.5. Nu.8*

XIIII. CAESAR IMP. P. M.

Venus victrix. L. AEMILIVS BVCA. *Cap.2. Num.16.*
Venus Genetrix sedens. L. BVCA. *Cap.2. Num.20.*

XV. Γ. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΥΤΟΚ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ.

Victoria insistens proræ nauis. ΚΟΙΝΟΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. *Cap.4. Num.pr.*

XVI. CAESAR DIC.

Caput M. Antonij. M. ANTON. IMP. *Cap.8. Num.4.*
Alterum caput Antonij. M. ANTON. IMP. R. P. C. *Cap.eod. Num.9.*

XVII. CAESAR DICTATOR.

Nomen IIIIviri monetalis decussatim descriptum. L. AEMILIVS Q. F. BVCA. IIIIVIR A. A. A. F. F. *Cap.7. Num.pr.*

XVIII. C. CAESAR DICTATOR.

Taurus. L. LIVINEIVS REGVLVS. *Cap.8. Num 10.*
Gubernaculum, Orbis, Cornucopiæ, Caduceus, Albogalerus, siue Pileus Flaminis. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Cap.9. Num.18.*

XIX. Sine litteris.

Crocodilus. AEGYPTO CAPTA. *Cap 4 Num.4.*

XX. Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΠΑΤΟΣ Β.

Laurea. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. *Cap. 4. Num. 2.*

XXI. Nullis inscriptum litteris.

Crocodilus. AEGYPTO CAPTA. *Cap 4. Num. 6.*
Insignia Pontificalia, Aspergillum, Culter victimarius, Capeduncula, Securis, Albogalerus. CAESAR IMP. AVGVR P. M. *Cap. 9. Num.5.*

XXII. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡ Β.

Cæsaris sedentis habitu diuino simulachrum. ΘΩ. *Cap 10 Num.2.*

XXIII. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ [illegible] No

Duo habitu militari in prora nauis consistentes, tenentes signa militaria. ΠΟΥΒΛΙΟΣ ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ. *Cap.4. Num.3.*

XXIIII. Γ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑ-ΤΩΡΟΣ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡΟΣ.

Aeneas Palladium gestans & patrem Anchisen, ante ipsum Iulus siue Ascanius. ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Cap.2. Num.3.*

XXV. CAESAR DICT. TERT. PONT. MAX.

Gubernaculum, Orbis, Cornucopiæ, Caduceus, Pileus Flaminis. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Cap.9. Num.16. & 18.*

XXVI. C. CAESAR COS. TERT.

Lituus, Vrna, Securis. A. HIRTIVS PR. *Cap.9. Num.14.*

XXVII. CAESAR AVGVR PONT. MAX.

Capeduncula, Securis, Vrnula, Lituus, Patella. P. CLODIVS M. F. PR. *Ca.9. Nu.13*

XXVIII.

XXVIII. CAESAR P. M. DIC. TER.

Nomen IIIviri monetalis decussatim descriptum. Q. TVLLIVS M. F. CICERO. IIIVIR. A. A. A. F. F. *Cap.7. Num.8.*

Caput Lepidi. M. LEPIDVS IMPER. *Cap.8. Num.7.*

XXIX. CAESAR IMP. QVART.

AVGVR PONT. MAX. COS. QVAR. DIC. QVAR. *Cap.9. N.17.*

XXX. Velatum nec vllis inscriptum litteris.

Sella cui impositæ sunt binæ laureæ inter quas vrnula. C. CAESAR COS. QVINT. IMP. SEX. DIC. PERP. *Cap.9. N.24.*

XXXI. CAESAR PARENS PATRIAE.

Nomen IIIviri monetalis decussatim scriptum. C. COSSVTIVS MARIDIANVS IIIVIR A. A. A. F. F. *Cap.7. Num.5.*

XXXII. CAESAR DICT. QVART.

Pallas siue Bellona in bigis. M. METTIVS. *Cap.5. Num.pr.*

L. MVNATI. PLANCVS PRAEF. VRB. *Cap.8. Num.5.*

Bos coronatus immolandus ad aram. IOV. OPT. MAX. SACR. *Cap.9. N.8.*

XXXIII. CAESAR AVGVR IMP. QVIN. COS. QVAR.

Capeduncula, Securis, Tripus, Vrnula. DICT. QVART. PARENS PATRIAE. *Cap.9. Num.13.*

XXXIIII. CAESAR AVGVR IMP. SEXT. COS. QVINT.

Sella cui imposita est laurea, & fasces hinc inde. PONT. MAX. DIC. PERP. *Cap.9. N.22.*

XXXV. CAESAR DICT. PERPETVO.

Venus victrix. C. MARIDIANVS. *Cap.2. Num.24.*

XXXVI. CAESAR COS. QVINT. DICT. PERP.

Venus Genetrix. M. METTIVS. *Cap.2. N.13.*

XXXVII. C. CAESAR DICT. PERPETVO.

Venus assistens aræ galeam & hastam tenens. C. COSSVTIVS MARIDIANVS. *Cap.2. N.10.*

Cæsar Togatus in sella considens cui Victoria coronam à tergo capiti admouet. Ex S. C. *Cap.5. Num.6.*

XXXVIII. CAESAR DICT. PERP.

Venus Genetrix sedens. L. BVCA. *Cap.2. Num.20.*

XXXIX. CAESAR DICT. PERPETVO.

Venus insidens clypeo orbe pedibus subiecto. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num.17.*

Venus victrix stans. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. N.19. & 23.*

Nomen IIIIviri monetalis decussatim descriptum. L. MVSSIDIVS LONGVS IIIIVIR A. A. A. F. F. *Cap.7. Num.12.*

Caduceus & Fascis decussata, securis, orbis, & dextræ iunctæ. L. BVCA. *Cap.9. N.19. & 21.*

XLI. CAESAR DICT. PERPETVO.

Venus Genetrix. L. BVCA. *Cap.2. N.18.*

Dextræ iunctæ, fascis & Caduceus decussata, Orbis & Securis. L. BVCA. *Cap.9. Num.21.*

XLIII. DIVI IVLI.

Venus victrix. L. AEMILIVS BVCA. *Cap.2. N.16.* & L. BVCA. N.18.

Cæsar triumphans in quadrigis elephantum. *Cap.5. Num.3.*

Vitulus. Q. VOCONIVS VITVLVS. *Cap.8. Num.3.*

XLIIII. DIVO IVLIO.

Cæfar fedens ante aram Martis Victoriolam palma finiſtra tenens. *Cap.2. Num.8.*
Templum Iulij cum fimulachro ipfius. P. LENTVLVS MARCELLIN. AED. CVR. *Cap.10. Num.pr.*

XLV. DIVI IVLI.

Vitulus. Q. VOCONIVS VITVLVS Q. DESIGN. S. C. *Cap.8. Num.pr.*

XLVI. DIVVS IVLIVS.

Venus victrix. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num.14.*
L. MVNATI. PLANCVS PRAEF. VRB. *Cap.8. Num.5.*

XLVII. DIVO IVLIO.

Vitulus. Q. VOCONIVS VITVLVS. *Cap.8. Num.3.*

XLVIII. DIVVS IVLIVS.

Cæfar fedens ante aram Martis victoriam palma finiſtra tenens. *Cap.2. Num.8.*

XLIX. Capita Cæfaris & Augusti aduerſa.

DIVOS IVLIVS. DIVI F.

Crocodilus. AEGYPTO CAPTA. *Cap.4. Num.4.*
M. AGRIPPA L. F. COS. DES. *Cap 10. Num.7.* &
M. AGRIPPA COS. DESIG. *Num.9.*

L. nullis infcriptum litteris cum aſtro fupra verticem.

Caput M. Antonij. M. ANTON. IMPER. III. *Cap.8. Num.6.* &
M. ANTO. IMP. R. P. C. *Num.9.*

LI. Capita Cæfaris & Augusti auerſa.

DIVI IVLI. IMP. CAESAR DIVI F.

Nauis turrita. C. I. V. *Cap.4. Num.12.*

LII. DIVOS IVLIVS.

Sydus Iulium fiue Cometes. *Cap.10. Num. 6.*

LIII. DIVO IVLIO.

Venus victrix. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num.19.*

LIIII. DIVI IVLI.

Nomen IIIviri monetalis. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS. IIIIVIR A. A. A. F. F. *Cap.7 Num.12.*

LV. DIVVS IVLIVS.

Crocodilus. AEGYPTO CAPTA. *Cap.4. N.4.* &.6.
Cometes. *Cap.10. N.6.*

LVI. nullis infcriptum litteris cum aſtro fupra verticem.

Venus victrix. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num.14.*
Cometes. DIVI IVLI. *Cap.10. Num. 8.*

LVII. DIVVS IVLIVS.

Victoria cum caduceo in dextra & ferpente ante pedes. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. *Cap.10. Num.11.*

LVIII. Capita Cæfaris & Augusti auerſa.

DIVI IVLI IMP. CAESAR DIVI F.

Prora nauis. *Cap.4. Num.10.*

LIX. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ.

Stella. *Cap.10. Num.4.*

LX. Capita Cæfaris & Augusti auerſa. DIVI IVLI. IMP. CAESAR DIVI F.

Prora nauis. *Cap. 4. Num.10.*

In

In Lepido.

Caput primum. M. LEPIDVS IMPER.

Concordia. C. VIBIVS VARVS IIIIVIR A. P. F. *Cap.2. Num.3.*

Caput Iulij Cæsaris. CAESAR P. M. DIC. TER. *Cap.2. Num.11.*

Statua Lepidi equestris. S. C. *Cap.5. Num.10.*

II. M. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.

Caput fœminæ turritum. ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. *Cap.6. Num.3.*

III. M. LEPIDVS. IIIVIR R. P. C.

Mars hastam dextra, gladium siue Parazonium sinistra tenens. M. MVSSIDIVS. T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Cap.2. Num.10.*

Caput Augusti. C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Cap.3. Num. 7.*

IIII. M. LEPIDVS IIIVIR R. P. C.

Caput Augusti. C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Cap.3. Num.7.*

V. M. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ.

Nauis siue Triremis siue alia. ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Cap.5. Num.11.*

VI. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Statua Lepidi equestris togata. Ex. S. C. *Cap.5. Num.12.*

VII. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR. R. P. C.

Caput Augusti. CAESAR IMP. IIIVIR. R. P. C. *Cap.3. Num.9.*

VIII. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Tria signa militaria. Ex S. C. *Cap.5. Num.9.*

IX. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Caput Augusti. CAESAR IMP. IIIVIR. R. P. C. *Cap.3. Num.9.*

X. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Dextræ iunctæ caduceũ tenentes. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *(Cap.5. N.12.*

XI. nullis inscriptum litteris.

Concordia. C. VIBIVS VARVS. *Cap.2. Num.pr.*

Vrnula, Lituus, Capeduncula, Culter victimarius. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Cap.7. Num.11.*

XII. M. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. IIIVIR. R. P. C.

Caput Antonij. M. ANTONIVS IMP. AVGVR. IIIVIR. R. P. C. *Cap.3. N.4.*

XIII. M. LEPIDVS. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Caput Antonij. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. L. GELLI. Q. P. *Cap.3. N.6.*

Caput Augusti. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Cap 4. N.pr.*

& C. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Cap.eod. N.3.*

XIIII. nullis inscriptum litteris, & velatum.

Equi duo decurrentes. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num 8.*

Lepidus habitu Pontificali astans Tripodi. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.7. Num.2.*

XV. M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Mars. P. CLODIVS M. F. *Cap.2. Num.12.*

Lituus, Tripus, Capeduncula. Ex S. C. *Cap.7. Num.pr.*

XVI. M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Equi duo decurrentes. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.2. Num.8.*

Statua Lepidi Equestris loricata & paludata. SALVS PROVINCIARVM AFRICAE S. C. *Cap.6. Num 2.*

XVII. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.

Vesta. L. REGVLVS IIIIVIR A. P. F. *Cap.7. Num.6.*

XVIII. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R.P.C. COS. ITER.
Concordia. C. VIBIVS VARVS. *Cap.2. Num. pr.*

XIX. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. R.P.C.
Dextræ iunctæ caduceum tenentes. SAL. GENERIS HVMANI. *Cap.3. N.pr.*
Caput M. Antonij. IMP. ANTONIVS AVGVR. IIIVIR ITER. R.P.C. *Cap 4. N.5 & 8.*
Caput Augusti. IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER. R.P.C. *Cap.4. N.10.*
& IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R.P.C. *Cap.eod N.12.*

XX. M. LEPIDVS PONT. MAX. IMP. ITER.
Sella cui fulgur incumbit siue Puluinar Iouis. COS. ITER. IIIVIR. R.P.C. *Cap.7. N.9.*

XXI. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. R.P.C.
Tripus inter duos fasces. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.7. Num.3.*

XXII. M. LEPIDVS PONT. MAX.
Caput Iulij Cæsaris. DIVVS IVLIVS. *Cap.3. Num. 8.*

XXIII. LEPIDVS PONT. MAX.
Caput Iulij Cæsaris. DIVVS IVLIVS. *Cap.3. Num.8.*

XXIIII. M. LEPIDVS PONT. MAX.
Caput Iulij Cæsaris. DIVVS IVLIVS. *Cap.3. Num.5.*
Lepidus habitu Pontificali Tripodi astans. P. SEPVLLIVS MACER. *Cap.7. N.2.*

In Antonio.

Caput Primum. M. ANTONI. IMP.
Caput Augusti. C. CAESAR IMP. *Cap.4. Num.11.*

II. M. ANTON. IMP.
Caput Iulij Cæsaris. CAESAR. *Cap.2. Num.4.* & CAESAR DIC. *Cap.eod. N.6.*

III. M. ANTONIVS IMP.
Caput cum quinque spicis in vertice. CAESAR D. F. *Cap.4. Num. 2.*

IIII. IMP.
Caput Solis radiatum. M. ANTONIVS IIIVIR R.P.C. *Cap.5. N.12.*

V. ANTONIVS. IMP.
Tria signa militaria. IIIVIR R.P.C. *Cap.8. Num.4.*

VI. IMP.
Aquila fulmini insistens. C. SOSIVS. *Cap.5. N.2.*

VII. ANTONIVS IMP.
Caput Augusti. C. CAESAR IMP. *Cap.4. Num.11.*

VIII. Capita Antonij & Augusti auersa. IMP. DIVI F.
Prora nauis. *Cap.7. Num.11.*

IX. ANTON. IMP. R.P.C.
Caput Iulij Cæsaris. DIVO IVLIO. *Cap.2. Num.9.*

X. M. ANTONIVS IMP. R.P.C.
Caput Iulij Cæsaris. DIVO IVLIO. *Cap.2. Num. 9.*

XI. M. ANTO. IMP. R.P.C.
Caput Iulij Cæsaris. CAESAR DIC. *Cap.2. N.6. & iterum N.7.* nullis inscriptũ litteris.

XII. M. ANTONIVS IMP. R.P.C.
Cornucopiæ. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Cap.6. Num.11.*

XIII. M. ANT. IMP. ITER.
Duo Togati in substructione rotunda siue septis consistentes sortes ex vrnis educentes.
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Cap.6. Num.2.*

XIIII.

XIIII. nullis inscriptum litteris.

Caduceus. ANTONIVS IMP. Cap. 2. Num. 8.

Caduceus inter geminū Cornucopiæ. M. ANT. IMP. IIIVIR. R. P. C. Cap. 2. N. 10.

Capeduncula, Culter victimarius, Lituus, Vrnula, Patella.

IMP. ANT. AVG. IIIV. ITER. R. P. C. Cap. 4. Num. 3.

Caput Solis radiatum. M. ANTON. IMP. IIIVIR R. P. C. Cap. 5. Num. 10.

IMP. ANTON. AVGVR COS. DES. III. IMP. IIII. Cap. 6. Num. 6.

XV. M. ANTON. IMPER. III.

Caput Iulij Cæsaris. Cap 2. Num. 7.

XVI. M. ANTONI. IMPER. III.

Caput Iulij Cæsaris. CAESAR. Cap. 2. Num. 4.

XVII. M. ANTΩNIΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. F.

Caput Cleopatræ. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ////////// ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Ca. 10. Num. 6

XVIII. M. ANTONIVS IIIVIR R. P. C.

Caput Diui Iulij. DIVO IVLIO. Cap. 2. Num. 9.

Mars. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. Cap. 6. Num. 2.

Cornucopiæ. L. MVSSIDIVS LONGVS. Cap. 6. Num. 11.

XIX. ANTONIVS IMP. IIIVIR R. P. C.

Antonij, Augusti, & Lepidi Triumuirorum capita. IIIVIR C. MARIVS PR. Q. (Cap. 2. Num. 5.

Pietatis simulachrum. PIETAS COS. Cap. 6. Num. 7.

XX. ANTΩNIOΣ ΑΥΤΟΚ. ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.

Figura capite turrito cū Cornucopiæ & clauo gubernaculi. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Ca. 11. N. 2.

XXI. M. ANTONIVS IIIVIR. R. P. C.

Mars. P. CLODIVS M. F. Cap. 6. Num. 3.

XXII. ANTONIVS IMP. IIIVIR. R. P. C.

Pietatis simulachrum. PIETAS COS. Cap. 6. Num. 7.

XXIII. M. ANTONIVS IMP. IIIVIR R. P. C.

Caput Augusti. C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. Cap. 3. Num. 2.

XXIIII. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C.

Concordiæ simulachrum. CONCORDIA PRAETORIANORVM P. V. A. Cap. 8. Num. 11.

Prora nauis. CN. DOMIT. AHENOBARBVS IMP. Cap. 10. Num. 8.

XXV. M. ANTΩNIOΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.

Caput Cleopatræ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑΣ. Cap. 10. Num. 9.

XXVI. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. M. BARBAT. P. CI.

Caput Augusti. CAESAR IMP. PONT. COS IIIVIR R. P. C. Ca. 3. Nu. 7. & CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. Cap. eod. Num. 9.

XXVII. ANTΩNIOΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤ. ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.

Caput Sarapidis siue Osiridis. ΡΟΔΙΩΝ. Cap. 5. Num. 9.

XXVIII. ANT. AVG. IMP. IIIVIR R. P. C.

Pietatis simulachrum. PIETAS COS. Cap. 6. Num. 9.

XXIX. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. A. NERVA PROQ. P.

Caput Augusti. C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. Cap. 3. Num. 2.

Caput L. Antonij. L. ANTONIVS COS. *Cap.6. Num.5.*

XXX. M. ANTONIVS IMP. AVGVR IIIVIR R. P. C.

Caput Lepidi. M. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. IIIVIR R. P. *Ca.3.N.4*

Caput Augusti. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Cap.3. Num.9.*

XXXI. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. M. BARBA. P. C I.

Caput Augusti. C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Cap.3. Num.2.*

XXXII. ANT. IMP. AVGVR IIIVIR R. P. C. L. GELL. Q. P.

Caput Augusti. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR. R. P. C. *Cap.3. Nu.11.*

XXXIII. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. M. BARBAT. Q. P.

Caput Augusti. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C *Cap.3. Num.11.*

Caput L. Antonij. L. ANTONIVS COS. *Cap. 6 Num 5.*

XXXIIII. M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡ. ΟΙΩ-
ΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.

Tripus. ΕΦΕΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Cap.4. Num.8.*

XXXV. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. L. GELL. Q. P.

Caput Lepidi. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR. R. P. C. *Cap.3. Num.6.*

Caput Augusti. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Cap.3. Num 9.*

XXXVI. M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙ-
ΤΟΝ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.

Caput Cleopatræ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΟΣΣΑΝ ΣΟΤΗΡΑ. *Ca.10. N.7*

XXXVII. ANTONIVS AVGVR COS. DES. ITER. ET TER.
M. SILANVS AVG. Q. PROCOS. *Cap.6. Num.8.*

Thiara Parthica cum arcu & sagitta. IMP. TERTIO IIIVIR R. P. C. *Cap 7. Nu 4.*

XXXVIII. Antonij & Cleopatræ capita aduersa. ANTON. IMP. COS.
DESIG. ITER. ET TER. IIIVIR R. P. C.

Nauis Antonij Prætoria, siue Triremis, siue alia maior. L. GELLIVS L. F. POPLICOLA.
M. OCTAVI. Q. ////////// PRAETORI. ANT. *Cap.10. Num 3.*

Duæ naues. M. BARBAT. PROPR. PR. A. *Cap.10. Num 10.*

XXXIX. M. ANT. IMP. AVG. COS. DES. ITER. ET TER. IIIVIR R. P. C.

Dextræ iunctæ signũ militare nauale tenentes, CONCORD. EXERCIT. *Ca.8. Nu.5*

XL. Capita Antonij & Cleopatræ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΑΥΤ. ΚΑΙ
ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ.

Victoria insistens proræ nauis. ΚΟΙΝΟΝ. ΠΡΩΤΗΣ ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Ca.7. N.pr.*
& iterum, ΚΟΙΝΟΝΙΑ ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Cap.eod. Num 3.*

XLI. M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER.

Ara rotunda inter duos angues. IIIVIR R. P. C. *Cap 7. Num.7.*

XLII. Capita Antonij & Cleopatræ. M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑ.
ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ.

Duæ nauium proræ, alteri insistit Victoria. ΝΙΚΟΠ. ΗΡΩΔΗΣ. *Cap.10. N.13.*

XLIII. Capita M. Antonij & Cleopatræ. M. ANTON. IMP. COS.
DESIG. ITER. ET TER. IIIVIR R. P. C.

Nauis Antonij Prætoria. P. CANIDIVS CRASSVS LEG. A. P. *Cap.10. N.pr.*

XLIIII. Capita Antonij & Cleopatræ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ. ΡΩΜΗΣ.

Caput Cæsarionis Cæsaris ex Cleopatra filij ///// ΚΑΙΣΑΡΩΣ. ///// *Ca.10. Nu.11*

XLV. Capita Antonij & Cleopatræ. ANT. IMP. COS. DESIG.
ITER. ET TER. IIIV. R. P. C.

Nauis

Nauis Antonij Prætoria. P. CANIDIVS CRASSVS LEG. A. P. *Cap.*10. *Num.pr.*
Dux naues. M. BARBAT. PROPR. P. R. A. *Cap.*10. *Num.*10.

XLVI. ANT. AVG. IMP. TER. COS. DES. ITER. ET TER. IIIVIR R. P. C.

Tria signa militaria. CONCORDIA EXERCITVVM. *Cap.* 8. *Num.* 6.

XLVII. Capita Antonij & Cleopatræ. M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER.

Simulachrum muliebre insistens aræ rotundæ inter duos angues. IIIVIR. R. P. C. *Cap.* 7. *Num.* 9.

XLVIII. ANTON. AVG. IMP. III. COS. DES. III. IIIVIR R. P. C.

ANTONIVS AVG. IMP. III. *Cap.* 6. *Num.* 4.
Victoria. PAR. *Cap.* 7. *Num.* 2.

XLIX. IMP. ANTON. AVG. COS. ITER. DES. TER. IIIV. ITER R. P. C.

Trophæum. IMP. TER. *Cap.* 7. *Num.*10. *&* 12.

L. IMP. ANT. AVGVR IIIVIR R. P. C.

Victoria in bigis. P. VENTIDI. P. F. PR. COS. *Cap.* 7. *Num.* 5.
Thiara Parthica cum arcu & sagitta. IMP. TER. *Cap.* 7. *Num.* 6.
Trophæum. IMP. TER. *Cap.* 7. *Num.*10. *&* 12.

LI. IMP. ANTON. AVG. IMP. IIII. COS. DES. III. IIIVIR II. R. P. C.

Palma arbor in corona hederacea. ALEXANDR. AEGYPT. *Cap.*10. *Num.* 5.

LII. IMP. ANTONIVS AVGVR IIIVIR ITER. R. P. C.

Caput Lepidi. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. R. P. C. *Ca.*4. *N.*4
Victoria. PAR. *Cap.* 7. *Num.* 2.

LIII. ANTONI. ARMENIA DEVICTA.

Caput Cleopatræ. CLEOPATRAE REGINAE REGVM FILIORVM REGVM. *Cap.*10. *Num.* 2.

LIIII. IMP. ANTONIVS AVGVR IIIVIR ITER. R. P. C.

Caput Augusti. IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER. R. P. C. *Cap.*4. *Nu.*7

LV. IMP. ANTONIVS AVGVR IIIVIR ITER. R. P. C.

Caput Lepidi. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. R. P. C. *Cap.*4. *Num.*6
Caput Augusti. IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER. R. P. C. *Ca.*4. *Num.*7
& iterum, IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R. P. C. *Ca. eod. Nu.*9

LVI. M. ANT. ΑΡΜΕΝΙΑΣ ΚΑΤΑΔΟΥΛΩΣ. ///////

Caput Cleopatræ. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΡΜΕΝ. /////// ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. *Cap.*10. *N.*4

LVII. IMP. ANTONIVS AVG. IIIVIR ITER. R. P. C.

Victoria Trophæo astans. *Cap.* 7. *Num.* 8.

LIX. Caput Antonij in medio Laureæ coronæ nullis inscriptum litteris.

Mulier capite turrita Cornucopiæ & ramum dextra tenens. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Cap.* 11. *Num.*11.

Quia inter numismata Cæsaris, quæ præsens tibi liber exhibet, quædam aliter à nobis atq; ab Ænea Vico in primo illo ipsius Imperatoriorum numismatum libro sunt expressa, ne quis ignorantia quadam aut incuria id putet esse factum, potiùs q̃ studio aut certo iudicio, quòd scilicet in ipsis archetypis illa ita spectentur, visum est eos nummos hîc subijcere, qui à nobis fideliùs aliquantò quàm ab Ænea redditi sunt. Quod eo magis animo, quàm aliena carpendi libidine à me fieri, candide Lector, credas velim. Interim Æneæ nostri errores non tam inscitiæ aut negligentiæ imputans, quàm eundem facilè excusans: quòd in nummos vetustatis iniuria detritos, mutilatos, aut alioqui minus integros ipsum incidisse mihi perquàm lubenter persuadeo.

Primùm Capite primo, loco. xxvj. est facies Cæsaris capite velato, siue toga in caput adducta, qui est habitus Pontificum & Sacerdotum peculiaris, prominente supra frontem laurea cum hac inscriptione C. CAESAR COS. TER. *vti in quàmplurimis aureis huius notæ nummis à me diligenter obseruatũ est, è quibus vnus etiamnũ Brugis est apud M. Laurinum. Æneas verò hoc caput inter partes auersas Tabula tertia Nummo quinto expressit: non quidem vt Cæsarem ipsum referret, sed infantem aut fœminam capite obuoluto, & in titulo qui caput ambit, pro* COS. TER. *manifesto errore scripsit* COS. ITER. *additq; in suis ad illum nummum commentariis caput illud esse Pietatis.*

Iterum eodem capite, loco xxxj. est caput Cæsaris prorsus simile præcedenti, sic inscriptũ, vti & in omnib. alijs quos vnquam videre mihi contigit, CAESAR PARENS PATRIAE. *Æneas autem Tabula prima loco quinto, quo idem caput constituit, sic:* CAESAR PATER PATRIAE.

Deinde Capite tertio, loco quarto, est caput Veneris Genetricis cum Cupidinis alati icuncula ad ceruicem, vti & in pluribus Cæsaris nummis spectatur. Pro quo Æneas Ta. 3. nu. 7. substituit caput quidem ferè simile, verũ pro Cupidine alato, solam alam ceruici appinxit, additq; in cõment. suis esse caput Victoriæ.

Postea Capite quarto, loco vndecimo, exprimitur Neptunus Siculus, peculiare Siciliæ symbolum dextra tenens, dextro item pede proræ nauis insistens, quo gestu & in plurimis passim aliorum Imperatorum nummis conspicitur. Æneas verò expressit muliebre simulacbrum, subiungens in commentarijs esse Siciliæ prouinciæ imaginem.

Præterea Capite sexto, nummo secundo & elegantissimo, in quo spectatur Bellerophon contra Chimeram monstrum depugnans inscripta sunt nomina Duumvirorum, à quibus sub Cæsare Corinthus colonia deducta fuit, in hunc modum: Q. CAECIL. NIGR. C. HEIO PAM. IIVIR. *Hoc est:* Q. Cæcilio Nigro. C. Heio Paullione Duumviris. *Pro quibus Æneas, primùm loco* Q. *literæ substituit infantem nudum brachiis extensis in aere suspensum: pro reliquis elementis, nescio quæ literarum vestigia, ex quibus nihil certi colligi potest. Hic nummus est apud M. Laurinum.*

Item Capite sexto nummus sextus inter cetera nobis exhibet Decempedam, siue agri mensorum perticã decem pedum notis quibusdam siue punctis singulos pedes à se exactè distinguentibus. Sed Æneas pro Decempeda substituit nescio quem baculum nodosum tanquam clauam: additq; in commentariis suis, sceptrum illud esse, quo præter Deos, etiam Reges, & Imperatores, & Consules, exercituumq; Præfecti, & Prætores vti soliti sint. Quod ego nondum in authoribus obseruaui.

Rursus eodem capite loco. xj. est alter nummus coloniæ Corinthi cum Bellerophonte similis superiori, sic inscriptus, COL. IVL. COR. *hoc est:* Colonia Iulia Corinthus. *Vti ego exactè & ex non vno antiquo nummo descripsi. Æneas autem sic scripsit,* COL. L. IVL. COR. *inserta perperàm* L. *littera, & interpretatur:* Colonia Latinorum Iulia Corinthus. *Cui errori caussam præbuit scabrities quædam & asperitas, quam nummus ille quem Æneas imitatus est, eo fortè loco quo* L. *inseruit ex ærugine contraxerat: vti in eo ipso archetypo, mihi ante annos aliquot cùm Venetijs essem, à Clarissimo Doctissimoq; Andrea Lauredano Patricio Veneto cum alijs aliquot nummis minimè vulgaribus donato, manifestò deprehendi, dum me vnà cum M. Laurino, cui illa Æneæ interpretatio minus satisfaciebat, & L. illud insertum suspectum erat, nummum ipsum curiosiùs inspiciente, admota leuiter cultelli cuspide scabrities illa æruginosa dissilijt. Quæ nobis dudum intuentibus, quum* C. *potiùs quàm* L. *litteræ figuram referre videretur, effecit, vt aliquandiu legendum censeremus,* Colonia Caij Iulij Corinthus. *donec tandem dissiliente, vt iam dixi, asperitate illa, apparuit primitùs nihil fuisse scriptum, quàm* COL. IVL. COR.

Postremò Capite. ix. nummo primo est caput Cereris cui inscripsimus, vti & in meo & in omnibus antiquis huius notæ numismatibus legitur: COS. TERT. DICT. ITER. *pro quo Æneas perperàm scripsit:* COS. TERT. DICT. TERT.

Index rerum memorabilium & propriorum nominum, quæ in numiſmatibus ſpectantur & leguntur: qui vice cõmentarij eſſe queat.

P.Clo-

M

N

O

P

INDEX EORVM QVAE RELIQVO IN opere memoratu & obseruatione digna leguntur.

M

ERRATA SIC CORRIGITO.

a iiij verſo,linea 17.lege inuito.
ibid. poſt verſu 34 Sulcata inuadit littora.
interſere hoc diſtichon,
Stat fixum,nec fluxa retrò ſententia nutat,
Fatali conſtans numine,
b verſo,linea 4, lege,A te pende-
bunt ſpicula cum frameis.
K verſo,linea 21,lege amitino.
Pag. 39. verſu 2. lege Lucterius
pag. 53. verſu 25. lege Cæcilium
pag. 88. verſu 7. lege Thorius
pag. 95. verſu 12. lege Philadelphi
pag. 96. verſu 7. lege geſturi
pag. 117. verſu 2. lege receptuſ
pag. 120. verſu 17. lege Biotio
pag. 122. verſu 40. lege Ruſo
pag. 137. verſu 11. lege Accius
pag. 140. verſu 25. lege Bacilo
pag. 143. verſu 21. lege Calatiam
ibid. verſu 39 lege Amienem
ibid. verſu 40. lege Circeum
pag. 144. verſu 30. lege Albinum
pag. 145 verſu 27 lege thenſa
pag. 147. verſu 4. lege brutos
ibid. verſu 14 lege debebat
pag. 148. verſu 15. lege Cæpione
pag. 157. verſu 16. lege ademerunt
ibid. poſt vltimum verſum omiſſa ſunt
hæc verba,
Intra Meſſanam receptus,vrbẽ incenſam ſuis pari
ter & Pompeiania militib.diripiendã cõceſſit.
pag. 189. verſu 41. lege Artauaſde
pag. 190. verſu 2. lege Artauaſdes
ibid. verſu 26. lege Artauaſdem
ibid. verſu 28. & 46. lege Artauaſdis
pag. 191. verſu 32. lege Artauaſdemque
pag. 197. verſu 17. lege Sex. Iulius Libo
ibid. verſu 28. lege C.Marius Cos.An. DCLXXI
ibid. verſu 33 lege Ancharia
pag 198.verſu 9.& 10.lege CN.PAPIRIVS CN.F.
C. N. CARBO
ibid. verſu 50. lege ISAVRICIS
pag. 199. verſu 33. lege CRETICVS (POS
pag.200.verſu 5.lege C.ANTONIVS M.F.C.NE-
ibid.verſ.12.lege D.IVNIVS M.F.L.N.SILANVS
ibid. verſu 46. lege P. CORNELIVS P. F. /. N
LENTVLVS SPINTER
pag. 212. verſu 31. lege Panuinius
pag 218.in colum.ſecũda verſu 17. lege Marci F.
ibid. in colum.ſecunda verſu 42.lege PAN.
bb verſo,in colum prima verſu 42. lege Calbius
bb ij verſo,in col.ſecun.verſu 22.lege Teueninus
eadem col. verſu 31. lege Landreuilla
ee verſo,in col. ſecun.verſu 18.lege Androuetius
cc iiij verſu 25 lege ſunt. eodem lege Acurſius
ibidem verſo, verſu 40. lege eſſe.

ILLVSTRISSIMIS CLARISSIMISQVE PER ITALIAM, GALLIAS, ET GERMANIAS VENERANDAE ANTIQVITATIS PATRONIS, ALIISQVE IBI EIVSDEM STVDII CVLTORIBVS

HVBERTVS GOLTZIVS HERBIPOLITA

S. D.

QVVM semper animi esse ingenui existimatum sit, Patroni multò colendissimi, quæ quis ab alio acceperit beneficia, quibusq; adiutus præsidijs ad præclaras actiones contenderit, prolixè libenterq; profiteri: mihiq; ipse probè conscius sim, quàm luculentas vestra benignitate ad Antiquitatis cognitionem progressiones fecerim, (quo me ita totũ deuinxistis, vt quoad viuam, nullam me partem meritorum vestrorum posse consequi existimem) vt me non immemorem beneficij, aut ingrati esse animi, hoc primo meo à vestro digressu opere testificarer, & in ære vestro non subdolum illum aut latitantem, sed simplicem atq; apertum vobis animum approbarem meum, statui nomina vestrorum omnium, quorũ opera, fide, atq; humanitate singulari, non in hac solùm C. Iulij Cæsaris historia cõcinnanda, sed itidem alijs in libris me vehementer adiutum recordabar, hic honoris gratitudinisq; ergò describere & recensere. In quo quidẽ id etiam ad ampliorem gratitudinis testificationem profiteor, me vestra opera non adiutum solùm, vti iam dixi, sed ita adiutum fuisse, vt sine illa, tota operis ratio profectò mihi cõstare nulla potuisset: aut isthuc saltem profectionis minimè perduci, vt laudem atq; honorem aliquẽ laboris auctoramentũ retulissem. Hoc nempe illud erat, quod mihi crebrò in ipsis statim primis conatibus ante operis aggressionem instillare solebat patronus ille meus singularis Marcus Laurinus Dñs à VVatervliet, vir nõ generis tantùm & fortunæ splendore, sed etiam doctrinæ & ingenij dotibus ornatissimus, atq; in omni antiquitatis cognitione vix vlli secundus, vt scilicet antequã huic operi manus admouerẽ, plura & instructiora musæa, atq; numismatarchia (vt ita dicam) hominũ illustrium, aliorumq; præstantium virorũ, qui huic antiquitatis studio accumulandisq; atque asseruandis id genus antiquitatis monumentis sese dedidêre, apud exteras quoq; nationes, Italiam potissimùm, Germaniam, & Gallias obirem, perlustrarem, atque excuterem: quò collecta mihi vberiore ac copiosiore materia tantæ molis opus, vti maiore cum fiducia aggredi, ita & certiore cum laudis spe ad finem perducere possem: nec destitit vsq; dum perpelleret. Vicit enim ratio & monitoris assiduitas. Et quemadmodum neq; illum consilij, ita nec me obsequij pœnituit: vsqueadeò vt labores omnes, quos hac de caussa, tum varijs longissimisq; & difficillimis peregrinationib., tum alijs rebus impendi, indignos meritò iudicem, quorum vel meminisse debeam: præsertim cùm hac instituti operis ratione spes mihi iniecta sit haud dubia, planè effecturum me, partim vt fidem existimationemq; nonnullam de me vestram non vanis rerũ experimentis, vt arbitror, concitatam, non modò retineam, sed augeam quoque: partim etiam vt videar & ipse tandem aliqua ex parte beneficium reponere, benignitatiq; singulari, quam mihi certatim omnes prolixeq; exhibuistis, satisfacere: dum scilicet vel hinc haud difficilè erit intelligere, me laudem & gratiam, quæ ex huius & subsequentiũ operum editione exspectari poterat, mihi vobiscum communia esse voluisse. Quæ certè nolim quis credat me vsqueadeò spectasse, aut hisce meis laborib. quæsiisse, vt non putet potiorem apud me fuisse publicæ vtilitatis rationem, communisq; desiderij satisfactionem, eorum qui per omnes Christiani orbis plagas, ad quos has nostras lucubratiunculas peruenire continget, venerandæ antiquitatis studiũ complectuntur. Qui quidem omnes, dum & apud ipsos nomina

vestra innotescent, haud obscurè cognoscent, non tam quid mihi hoc nomine debeant,
quàm quanto vobis beneficio sint obstricti, quantasq; & vobis ab ipsis haberi gratias par
sit: quippe qui reclusis ditissimis copiosissimisq; antiquorum monumentorum thesauris,
per me publici quodammodo iuris effecistis, ac vniuerso penè orbi spectanda exhibuistis,
ea quæ hactenus singulorũ fuêre propria: quæq; priuatis inclusa parietibus, vix millesimo
cuiq; eorum qui hisce spectationibus capiuntur, spectanda concedebantur: idq; adeò non
sine permagna temporis iactura, vt interim alias ærumnas, impendia, atque infinita penè
itinerum discrimina prætercam. Quare tanta ista Viri Clariss. vestra humanitate, non de-
siderio tantùm nostro, omniumq; mecum antiquariorum abundè satisfecistis, sed & con-
ceptam spem, atq; extremam votorum summam longè superastis: multùm profectò dissi
dentes ab illis (quos etsi existere non dubito, in nullos tamen, aut certè perquam paucos
incidi) quorum alij in luculenta, alij in mediocri copia talium antiquitatis reliquiarum,
vti sunt numismata & similia, ipsi verùm ipsorum vsum & fructũ ignorantes, aliis præcla-
riùs edoctis eas iniustè simul & crudeliter inuident. Qui quidem vti vobis valde dissimiles,
ita cum sua hac maleuolentia draconi illi Poëtico, quàm cani AEsopico tantò similiores,
quantò plus habent affinitatis antiqua numismata aliaq; id genus antiquitatis monumen
ta cum aureis Hisperidum malis, quàm cum fœno iumentorum pecorumq; pabulo. Qua
quidem sua inuidentia ipsi aliud nihil efficere possunt, quàm vt miseri nummi apud illos
meritò deteriore aliquantò dici possunt sepulti esse conditione, squalidi, ærugine exesi, o-
mniq; semper luce carentes, q̃ tum erant, quum terræ visceribus, velut sinu matris quo-
dammodo fouerentur, producendi certè in lucem aliquando cùm id sors tulisset. Quæ
cùm ita sint, egregios hosce antiquarios, qui hoc pacto existimant etiam sese antiquitati
decus atq; existimationem allaturos, iure optimo gigantibus Aloidis non dissimiles esse
iudicarim: quippe qui Martem à se cathenis vinctum, & in compedibus detentũ, stultè ta-
men sacrificiorũ honore colebant. Neq; enim aliud hoc suo præpostero iudicio studioq;
agere & conari videntur, quàm vt reuiuiscentis hac tempestate antiquitatis honorem al-
tiore obliuionis iniuria obruant: memoriamq; veterem, quantũ in ipsis est, pænitus extin
guant: non paulò, vt dixi, tollerabiliùs in publica commoda peccaturi, si iterum ea, vnde
emerserant, profundis terræ recessibus mandarent: vnde spes esset consimili quo priùs for
tuna erui aliquando atq; in lucem educi posse: sicuti multis variisq; modis sæpe vsu venire
quotidie videmus. Vti vel nuper in hac nostra Belgica, reperto in agro Duacensi opulen-
tissimo plurimorum aureorum antiquissimorumq; numismatũ thesauro, è quibus ne vnus
quidem infra tempora Vespasiani fuit, sed omnes superiorum Imperatorum Cæsarumq;
ad Vespasianum vsq;. Quo fortunæ beneficio perquàm oportunè ad huius operis exorna-
tionem vsi sumus. At quantùm Deum immortalem inter vos & istos interest? quantùm à
deterrima horum hominũ conditione remoti estis? Et hoc sanè nomine gratiæ vobis de-
bentur multò maximæ, quas nec viui nec posteri pro vestro merito exsoluere valebunt.
Roma quin & ipsa iam granis annis, & Cæsarum Romanorũ, virorumq; principum manes,
eodem hoc nomine se vobis perpetuò obstrictos haud inuiti agnoscunt. Ac Roma quidem
dum senectutem suam repubescere ac renouari, imò dum aspirante conatibus meis aura
benignitatis vestræ, feliciore se aliquantò conditione hoc non infœcundo sæculo renasci
sentit, q̃ sub quibusdam olim principibus, quos tamen publicatis cusisq; hoc argumento
numismatibus, laudem restitutæ renascentisq; sub se vrbis vendicare non puduit. Vti quũ in
Galbæ, tum in aliorum principum numismatũ symbolis, in iis qui à me vti spero deinceps
edentur libris, videre licebit. Illorũ verò manes, quòd vestro potissimũ studio & fauore, ve-
stro isto tam præsenti auxilio & beneuolentia, memoria eorũ, quæ ab ipsis bello paceq; for
titer & magna cum laude gesta sunt, à me in lucem reuocãtur. Quare Patroni plurimùm
obseruandi, vos hîc vehementer oratos velim, vt hoc meũ institutum tam gratis animis am
plecti

plecti dignemini, quàm ego me illud animo minimè ingrato, & in vos propenso, suscepisse ipse mihi testis sum. Quod si facitis, vos quidem rem minimè & à spe mea, & à vestro candore ac humanitate alienã feceritis: at ego interea omnes percupidè exspectabo & captabo occasiones, quò possim aliquando vestrorum amplitudinem beneficiorum, re ipsa prolixiùs demereri. Id quod nunc non ineptè aut malignè prolato à me Iulio Cæsare cœptum, progressus, vti spero, feliciores sortietur in posterũ: quãdo nihil mihi priùs aut potiùs est, vnumq; hoc ago, & totum me quantus quantus sum iam dedidi, vt quantũ diligentia, industria & labore cõsequi potero, vestræ de me opinioni satisfaciã, quam in meo à vobis discessu ex promissis meis conceptã, nondum, vti arbitror, abiecistis. Quod superest, antequam ad recensenda nomina vestra accingar, si quos ex vobis vel genus, vel fortuna, vel alia merita in sublimiori dignitatis gradu collocarunt, eos obnixè rogatos cupiam, ne in peiorem partem interpretari libeat, aut iniquiùs ferant, si nomina sua cum iis qui vel fortuna, vel meritis longè inferiores erunt, coniuncta videbunt: quasi eo pacto omnium conditionem vel merita ipsa exæquare studuerim. Quin potiùs ita vt est, rem reputent, non me potuisse aliter texendo nominum catalogo, omnibus pro ratione meritorũ satisfacere, quibus me esse vnicuique vestrûm deuinctum profiteri debeo. Nam tametsi, singulatim si expendas, ipsa copiæ atq; vtilitatis ad me inde deriuatæ magnitudo dispar extiterit, pari tamen propensionis atque studij contentione certatum est vbiq; & ab omnibus: ita vt si qui in ope mihi præstanda, paria cum alijs non fecerint, non voluntatis sed facultatis defectio existimanda sit. Proinde rem me facturam iniustam videbam, si dissimulanter aliquorum nomina prætermisissem, qui ad hoc institutum meum promouendum, qualemcunq; operam promptam certè ac fidelem contulissent. Nec prorsum omnino quicquã est, Patroni illustrissimi, cur hac in parte de singulari vestra humanitate diffidam. Ordo autem qui à me hoc in catalogo, siue nomenclatura seruabitur, non dignitatis erit, sed temporis, hoc est, is qui in peregrinationibus ad conquirenda numismatũ exemplaria susceptis se mihi obtulit, sumpto ab Antuerpia, quæ mihi prima quietis sedes annis plus minùs. XII. fuit, initio, tum quòd hunc putem instituto meo quàm cõmodissimum, tum quòd vel hac potissimũ ratione sperem euitaturum me, periculosæ simul & odiosæ comparationis, temerariæq; prælationis inuidiam. Quanquam hac inæqualitate meriti & conditionũ proposita, si qui vestrûm sunt, (vt sunt profectò plurimi) qui vel exuberantia quadam meritorũ vel nominis & dignitatis eximiæ celebritate ampliorem & præcipuam aliquam gratiæ relationem iure suo à me postulare atque exigere posse videantur, eos ego hoc quidem in tempore etiam atq; etiã rogo, sic mecũ agere dignentur, vt cum nominib. suis, non malis illis quidem, sed iusta aliqua necessitate seu occupatis seu tardatis nõ admodum sæpè grauatè decidere solent, induciasq; tantisper modò indulgeant, quousque prolixior huius rei occasio atq; oportunitas extiterit: quam spero nec fore longinquam, nec me negligenter habiturum, si mihi Deus Opt. Max. huic vitæ & desideratissimis studiis spacia & otium concesserit: me vestræ interea beneuolentiæ commendans tradensque. Valete.

Brugis Flandr. Nonis Decembr. anno incarnatæ salutis M. D. LXII.

ANTVERPIAE.

Gaspar Schetz, Regi Hispaniarum à Thesauris, Dñs à Grobbendonck.

Melchior Schetz, Dñs à Rumpst.

Balthazar Schetz, Dñs ab Hoboken.

Chuonradus Schetz, Dñs à Bornhem.

Ioannes Carlius de Affectatis, Italus, Dñs Ghistellæ.

Gerhardus Gramayen, Quæstor Militũ.

Antonius de Taxis, Præfectus equis dispositis per Germaniam inferiorem.

Maximilianus à VValscappel, vtriusq; traiecti ad Rhenũ & ad Mosam Canonicus.

Iustus Laureins.

Abrahamus Ortelius, Geographus & Chorographus.

Cornelius Scribonius Graphæus, Poëta.
Ioachimus Polites, I. C. Archigraphiarius.
Alexander Scribonius Graphæus, I. C. Scriba.
Hieronymus de Dada, Italus, Lucensis.
Segerus Cobligerius, Medicinæ Doctor.
Nicolaus Masius.
Saluius Monerius.
Nicolaus Mesterus.
Ioannes Singer, Hombergensis.
Christophorus Volckmar.
Stephanus Geltenhouen, Augustanus, Dñs à Bradellis.
Petrus Quicchelberger.

IIII. NONAS APRIL. ANNO M. D. LVI. DECESSI ANTVERPIA.

MECHLINIAE.
Iacobus Susius, Dñs à Grisenort.
Petrus Vastelius, I. C. & Senatus Mechliniensis assessor.
Ioannes Casimbrottius, Dñs de Beckerzele.
Hæredes Philippi, Dñi ab Immerzelles.
Hæredes AEgidij Buslidij.

BRVXELLIS.
Imp. Cæsar Carolus Austrius. v. Augustus
Philippus Rex Hispaniarum, Caroli. v. Aug. F.
Eleonora ab Austria, Regina Lusitaniæ, & Franciæ, vidua.
Maria ab Austria, Regina Hungariæ, & Bohœmiæ, vidua.
Christierna, Regis Daniæ filia, Ducissa Mediolani, ac Lotharingiæ.
Antonius Perrenotus, Cardinalis Granuellanus, Primus Archiepiscopus Mechliniensis.
Lamoraldus ab Egmõt, Princeps Gauriæ, Comes Egmondanus. &c. Gubernator Flandriæ.
Ferdinãdus Gonzaga, Dux Oriani, Princ. Malfetti, Gubernator Ducatus Mediolanensis.
Gonzalus Rodericus à Salamanca, Præfectus Alexandriæ apud Insubres.
Alphonsus à Mendoza, Hispanus.
Ferdinandus Carillius, Hispanus.
Carolus de Affectatis, Dñs Ghistellæ, Ioannis F.
Lazarus à Schwendy.
Viglius Zuichemus, Phrisius, Præses Secreti Consilij.
Christophorus ab Assonuilla, Regi Philippo à Secretiori Consilio.
Ioachimus Hopperus, Phrisius, Regi Philippo à Secretiori Consilio.
Iacobus Masius, Iuris V. Doctor, Consiliarius Cancellariæ Brabantiæ.
VVolfgangus Haller, rerum Imperialium Latinarũ & Germanicarũ Secretarius.
Antonius Morillonius, Cardinalis Granuellani à Secretis.
Stephanus Viuandus Pighius, Cardinalis Granuellani à Secretis.
Ioannes Goropius Becanus, Medicus Doctor.
Ioannes Vorthusius.
Ioannes Martinus Corderius, Hispanus.

LOVANII.
Maximilianus Morillonius, Præpositus Ariensis.
Vulmarus Bernardius, Iuris Canonici Professor.
Elbertus Leoninus, Bommelensis, LL. Professor primarius.
Petrus Vanderanus, Professor Iuris.
Cornelius Gemma, Doctor Medicus.
Andreas Balenus, Professor Hebraicus.
Theodoricus Langius, Professor Græcus.
Petrus Nannius Alcmarianus, Professor Latinus.
Guntherus Fridericus à Kurtzel.
Ambrosius de Marisala, Italus, Doctor Theologus.
Iustus Merendalus, I. C.
Rolandus Velinæus, Theologiæ Licentiatus.
Aluarus Cordez, Hispanus, Theologiæ Licentiatus.

TVNGRIS.
Gotfridus Mereel.

LEODII.
Robertus à Bergis, Episcopus Leodiensis, Dux Bullionensis. &c.

Liui-

Liuinus Torrentinus, Archidiaconus Brabantiæ.
Arnholdus à VVachtendunck, Canonicus S. Barptholomei.
Philibertus Vrsinius, Canonicus.
Carolus Langius, Canonicus.
Dominicus Lampsonius, Brugensis, Episcopo Leodiensi ab Epistulis.
Lambertus Lombardus, Philosophus, & Pictor.

TREVIRIS.

Ioannes à Leyhen, Archiepiscopus Treuirens. Princeps Elector, Sacri Rom. Imperij per Galliam & Regnum Arelatense Cancellarius.
Eberhardus, Comes à Manderschei, & Blanckenhaim, Archidiaconus Tretuirensis & Leodiensis.
Ioannes à Metzenhausen.
Rochus ab Harberstein.
Ioannes Schertzius, Patritius Treuirensis.
Gedeon Zwaichpurger, Iuris V. Doctor.

LVTZENBVRGI.

Adalbertus, Baro ab Eytzing.
Volbertus Remschieuer.

MASERIAE.

Vincentius Ambillonus, I. C.
Claudius Quillerus.

CAMERACI.

Maximilianus à Bergis, Episcopus, & Dux Cameracensis.
Liuinus Pietus, Medicinæ Doctor.

BAVACI.

Simon Tambiletius.

VALENCIENIS.

Iacobus Doutermannus, I. C.
Nicolaus Viuianus.

BOSSVTI.

Ioannes ab Hennin, Dñs à Bossu, Supremus Præfectus Stabulo Imp.

MONTIBVS HANNONIAE.

Seruatius Nobellerius, V. Iuris Doctor.

TORNACI.

Ludouicus de Bolonia, Canonicus Diuæ Virginis.
Laurentius de Prez, Canonicus Diuæ Virginis.
AEgidius Iolytus.

INSVLIS FLANDRIAE.

Augerius à Busbeke, Ferdinandi Imperatoris apud Solimannum Turcarũ Imperatorem Orator.
Alexander de Blanc, Dñs à Meurcyn.
Ioannes Baratius, Præfectus rationibus Philippi Regis.
Franciscus de Bauffermes.

IPRAE.

Gislenus Curtius, Rationibus Flandricis per agrum Iprensem Præfectus.
Ioannes à Lichtervelden, Dominus à Beaurouaert.
Michael Henemannus.
Balduinus Verbuemels, Medicus.

MIDDELBVRGI ZELANDIAE.

Matthias Gallomontanus, Abbas Diui Martini.
Baptista Fauolia.

BERGIS AD ZOMAM.

Ioannes Marchio à Bergis, Comes in VValhein, Baro in VVesele.
VVilhelmus Rouchius, Iunior.

BREDAE.

VVilhelmus à Nassau, Princeps Aurangiæ, Comes à Catzenelenbogen, Vienna Lutzenburgica & Dietz, Dñs à Breda.
Hæredes Thomæ Vincidoris de Bononia, Pictoris Itali.

BVSCODVCIS.

Ioannes Thomas.
Thielmannus VValtsemer.

BOMMEL.

Arnestus Landersfort.

DORDRACI.

Rainholdus ab Lodongen.
Tobias Scharlendalus.

ROTERODAMI.

Isaac Bramershem, I. C.

DELPHIS.

Timothæus Merdung.

HAGAE COMITIS.

Cornelius Susius, Dñs à Riswyck, Præses Hollandiæ.
Spinter Hargenius, Dñs ab Osterwyck.
Cornelius Iongius, Dñs à Barswyck, à rationibus Hollandicis.
Florentius Heremalius, Canonicus Vltraiectinus.

Arnholdus Sasbout, Consiliarius Hollandiæ.
VVilhelmus Zenocarus, Brugensis, Consiliarius Hollandiæ.

LEIDAE.
Cornelius Classonius, Aquanus.

HARLEMI.
Hadrianus Iunius, Hornanus, Medicinæ Doctor.
Iosfrancus Ofusius, Philosophus, Mathematicus.

AMSTERDAMI.
VVilhelmus Thiedericus, Præfectus Amsterdami
Hanno Hermanius, Phrisius, Doctor Medicus.
Iodocus Simonssonius, I. C.
Helizeus Masselortanus.
Petrus Zomerus.

TRAIECTI AD RHENVM.
Hippolytus Persinius, Præses.
Ioannes Caucius.
Ioannes Schorlius, Canonicus D. Mariæ.
Antonius Lapidanus, Montfortensis.
Maternus à Gradick.

AMERSFORTI.
Baruch Scharnbontius, I. C.

DAVENTRIAE.
Egbertus ab Hortzen.
Ioannes Voerthusius, Zutphaniensis, Præpositus Dauentriensis.
Assuerus Bredeling, I. C.

ARNEMII.
Hadrianus Marius, Nicolaius, Præses.
Ioannes à Stalbergen, Venloniensis, Iuris V. Doctor, Consiliarius Geldriæ.
Alhardus à Damerswalden.

NEOMAGI.
Stephanus Smetius, Scholaster.
Mainhardus Thilgendung, I. V. Doctor.

In ZANTEN, quæ olim CASTRA VETERA.
Henricus Riswich, Canonicus.
Ioannes VVinther, Canonicus.
Henricus Græuenslain.

MVRSAE.
Hermannus à Nuenar, Comes à Mursa. &c. Dns à Bedburg.

DVISBVRGI.
Vrbanus à Darffelt.

In KAISERSVVERD, olim COLONIA TRAIANA.
Caspar Flodel, Iuris V. Licentiatus.

DVSSELDORPII.
VVilhelmus, Dux Cliuen. Iuliacen. & Bergen. Comes Marchiæ, & Rauenspurgi, Dñs à Rauenstein.
Iacobus Omphal, vtriusq; Iuris Doctor.
Fredericus Barmel, Medicus Doctor.

NOVESII.
Quirinus Huflinger, I. C.

IVLIACI.
Thiederichus VVerfart.

VENLONIAE.
Leonhardus à Stalbergen, V. I. Doctor.
Antonius Imhausius, Iuris V. Doctor.
Thomas Rhœmer, Iuris V. Doctor.
Rutgerus Goltzius, Herbipolitanus, Pictor Venloniensis, Auctoris Pater.

RVREMONDAE.
Sebastianus à Lindelt.

DIESTI.
Romboldus Lauendillo.

LYRAE.
Ioannes Flamingius.
Nicolaus Credick.

VII. IDVS IVLII EODEM ANNO REVERSVS SVM ANTVERPIAM.

ANNO M. D. LVIII. XIX. KAL. SEPTEMBR. ANTVERPIA BRVGAS VENI, IBIQVE SEDES FIXI.

BRVGIS FLANDRIAE.
Marcus Laurinus, Dñs de VVatervliet.
Iacobus à Flandria, Dñs à Prato. &c.
Carolus à S. Odomaro, Dñs à Dranoutre.
Guido Laurinus, I. C.
Matthias Laurinus, Franconatum Senator perpetuus.
Franciscus Haloinius, Dñs à Sueueghem, Franconatum Senator Perp.
Ioannes Haloinius, Dñs à Foxvrye.
Cornelius Scepperus, Dñs ab Eecka ad Scaldim.
Martinus Smetius.
Guilielmus Pantinus, Doctor Medicus.
Franciscus VVolfius, Canon. D. Mariæ.

Ioan-

Ioannes VVijtſius, I. C. Præpoſituræ Donatianicæ Brugenſis ab actis.
AEgidius VVijtſius, I. C. & ciuitati Brugenſi à conſilijs.
Adolphus Mekerchus, I. C. Franconatum Penſionarius à conſilijs.
Iacobus Cruquius, Meſſinius, bonarum literarum Publ. Brug. Profeſſor.
Iacobus Ræuardus, I. C.
Franciſcus Nanſius, Iſembergenſis, Flander, I. C.
Alexander Colonæus, I. C.
Franciſcus Balzanus.
Laurentius à Villauicentio, Beticus, Frater heremita ordinis S. Auguſtini.

EODEM ANNO XIII. KAL. DECEMBR. ABII BRVGIS.

GANDAVI.
Franciſcus ab Helfaut, Abbas Diui Petri.
Ioannes Gualterius, Conſiliarius Fland.
Marcus Sterckius, Canonicus, & Theſaurarius.
Cornelius Gualterius.
Petrus Oſterlingius, Medicus.
Ioannes Damaſius.
Leuinus Theſſelius I. C.
ALDENARDI.
Hæredes Ioannis ab Huerne.
Henricus Teſſelius.
ALVSTI.
Nicolaus Chunnibæus.
TRAIECTI AD MOSAM.
Adolphus Schomacius, Canonicus.
Goſwinus à Menderhem.
AQVISGRANI.
Ioannes Vlatten, Præpoſitus Aquiſgranenſis, Cranenbergenſis, & Carpenſis.
Ludolphus à Rhoſenthal.
Ioannes ab Altenburg, I. C.
DVRNOMAGI, ſiue MARCODVRI.
Siegbertus Bermolt.
COLONIAE AGRIPPINAE.
Ioan. Gebehardus à Manſfelt, Archiepiſcopus Colonienſ. S.R.Imp. per Italiam Archicancellar. Princ. Elector, Dux VVeſtphaliæ & Engern.
N. Abbas Bruleuſis.
Ioannes Helmannus, Patricius Colonienſis.
Chriſtianus Ethaler, V. Iuris Doctor.
Georgius Caſſander.
Fridericus Furius Cæriolanus, Hiſpanus.
Cyprianus Vomel, Poëta.
Panthaleō Gradling, Doctor Theologus
Eraſmus Schenck Herbipolenſis.
BONNAE.
Rudolphus Spalther, Medicinæ Doctor.
ANTVRNACI.
VVolfhardus à Spendel.
Lutfriedus Sallinger.
CONFLVENTIBVS.
VVilhelmus Halber, ab Hergem, locum tenēs Baliuatus Confluentiæ, & Commendator Coloniæ Agrippin.
Albertus Raitzpurger.
Mauritius Thriner.
BODOBRIGAE.
Philippus ab Eckē, Præfectus Bodobrigæ.
Gotſchalcus Vontler.
BACCHARACI.
Othmarus VVieling, Iuris V. Doctor.
BINGII.
Chuonradus Dhemer.
MAGVNTIAE.
Daniel Brendel ab Homburg, Archiepiſcopus Mogunt. S. R. I. per Germaniam Archicancellar. Princ. Elector.
Arnholdus à Bucholtz, Scholaſter Maguntiæ, & Archidiaconus Leodij.
Noah Fridericus à Drachenfeltz.
Stephanus Leliebaum, Canonicus D. Stephani.
Ioannes VValch.
Georgius VValch.
Laurentius Fauſtus.
Nicolaus Gœwer.
Ioannes Freuntzreb, Myropola.
FRANCOFORDIAE.
Hieronymus Zumlam, Iuris V. Doctor.
Richardus Moriſinius, Anglus.
Caſpar Medler, Iuris V. Licentiatus.
Theobaldus VVedel.
זבריאם בזחשלמה
Zacharias Salomonis filius, Medicus.
ASSIBVRGI.
Henricus Zahblinger.
HERBIPOLI.
Fridericus à VVirsberg, Epiſcopus Herbipolen-

polensis, & Dux Franconiæ Orientalis.
Ioannes Zobel, Cubicularius Episcopi Herbipolensis hæreditarius.
VVolfgangus Thiederichus ab Hutten, Archidiaconus Herbipolensis.
Eberhardus ab Ehingen, Commendator Prouincialis Baliuatus Franconiæ, & Commendator Herbipolis.
Michael Peuther, Mathematicus, & vtriusque Iuris Doctor.
Ioannes Sinapius, Iuris V. Doctor.

BAMBERGAE.

Burghardus Stepfer.

NORIMBERGAE.

VVilibaldus im Hoff, Patricius Norimbergensis.
Georgius Chanler, Eques Diui Marci Veneti, Iuris V. Doctor.
Hæredes Georgij Rhœmer, Patricij Norimbergensis.
Sebaldus Zilinger, Theologus.
VValbertus Pfrauner.
Eustachius Molber.
Fridelinus Bandel.
Rutgerus Bremling.

VVEISSENBVRGI.

אשיאם כןהאוביאל
Esaias Ezechielis filius, Blaifeltensis.

NORLINGÆ.

VVolfgangus Vogelman, I. C. Archigraphiarius.

DANVVERDAE.

Hartmannus Stensler.
Hæredes Sebastiani Franck.

AVGVSTAE VINDELICORVM.

Imp. Cæsar Ferdinandus Austrius Augustus, qui hoc anno pridie Kal. Ianuar. eò ad Comitia Imperij venerat.
Ferdinandus, Archidux Austriæ. &c. Ferdinandi Aug. F.
Carolus, Archidux Austriæ. &c. Ferdinandi Aug. F.
Otho Truchses, Cardinalis, Episcopus Augustanus, tt. S. Mariæ Transtiberim.
Ioannes Iacobus Fugger, Comes à Kirchberg, & VVeissenhorn.
Georgius Sigismundus Seldius, Iuris V. Doctor, Vicecancellarius Cæsaris.
VVolfgangus Lazius, Medicinæ Doctor, Historiographus Cæsaris.
Ioannes Henricus Herbart, Patricius Augustanus.
Carolus Peutinger, Senator Augustanus.
Raimundus Fugger, Patritius Augustan.
Lucas Rem, P. A.
Christophorus Rœchlinger, P. A.
Marcus VVelzer, P. A.
Bartholomæus May, P. A.
Adolphus Occho, Medicinæ Doctor.
Hupertus Rhiedorpffer, V. Iuris Doctor.
Samuel Quicchelberger, Iuris V. Doctor
Degenhardus à Laubenthal.
Antiochus ab Haltern.
VVendelinus Albertus à Blawen.
Sampson à Pfinsingen.
Lutholdus Ferer, Iuris V. Doctor.
Caspar Zartlinger, Iuris V. Doctor.
Martinus Adelhaimer, I. V. Licentiatus.
Sumpertus Bronling, V. I. Licentiatus.
Vdalricus Lantzer, I. C.
Gangolphus Reitzberger, Theologus.
Eduardus Hackfart, Anglus.
Vladislaus Vliscon, Pannonius.

MEMMINGÆ, olim DRVSOMAGI.

Chuonradus Strempurger.
Ioachimus Rhutler.

CAMPODVNI.

Folckhardus Pflintzer, Medicus.

LINDAVIAE.

Vlrichus Pendeling.

CONSTANTIAE.

Sigismundus Arnestus, ab Herdingen.
VVigpertus Hallinger, Iuris V. Doctor.
Ioannes VVelzing, Iuris V. Licentiatus.

TIGVRI.

VValtherus à Schwiedel.
Otho à Thumben.
Bernhardus Rainholdus à VViltzen.
Fridericus Leenber, Iuris V. Doctor.
Ludouicus Mongalonius, Gallus, I. C.

BASILEAE.

Sebastianus Munster, Mathematicus, & Cosmographus, Linguæ Hebraicæ Professor
Leopoldus Erhardus à Bremel.
Matthæus à VValdeck.
Augustinus ab Hadersberg.
Lazarus à VVandelhaim.

Sta-

Stanislaus Zellinger, Iuris V. Licentiat.
Dauid Lodinger, Medicinæ Doctor.
Audebertus Molterius, Gallus, I.C.
Poncianus Haquilonius, Gallus, I.C.
Claudius Dreuinerius, Gallus.
Bruckhardus Stockmert, Anglus, I.C.

COLMARIAE.

Helias Brintzel, Iuris V. Doctor.

SELESTADII.

Bertoldus VValtpurger.

ARGENTORATI.

Richardus Strain, Baro à Schwartzenau.
Franciscus Hotomanus, I. C.
Ioannes Sturmius Orator.
Georgius Fabricius, Chemnicensis.
Volrhadus Relinger, Iuris V. Doctor.
Manfredus Pfiemler.
Eucharius Bertonus, Gallus.
Thomas Mertwick, Anglus.
Hæredes Casparis Hedion Doctoris Theologiæ.

BADENI INFERIORIS.

Carolus Marchio Badensis, & Hochbergensis, Comes Spanhaimensis, &c.

SPIRAE.

VVilhelmus Vernher, Comes à Zimbern, Dñs in VVildenstain, Præses Spirensis.
Philippus Cœbel vtriusq; Iuris Doctor, Assessor Sacri Romani Imperij.
Gereon Glaberstain, Iuris V. Doctor.
Bernhardus Reutzlin.
Simon Heuring, Doctor Medicus.

HEIDELBERGAE.

Otho Henricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, S. R. Imp. Archidapifer, Princeps Elector.
Nicolaus Cisner, Iuris V. Doctor.
Franciscus Balduinus, Atrebatensis, I.C.
Petrus Lotichius, Professor Medicus.
Luthardus Empflinger, Iuris V. Doctor.
VVolphelinus Schwadler, Iuris V. Licentiatus.

HAILPRVNI.

Caspar Horringer.

STVCGARDIAE.

Christophorus, Dux VVirtembergæ, & Teckæ, Comes Montbelgardæ, &c.
Hieronymus Gerher, Iuris V. Doctor.
Ioannes Brentz, Doctor Theologus.

ESLINGAE.

Salomon Lutler.

TVBINGAE.

Ewaldus à VVesternach.
VVenceslaus Herflinger, Iuris V. Doctor
Ioannes Cessellius Brachto, Theologus.
Marcomirus VVinzel, Iuris V Licentiat.
Iob Tringelburger, Iuris V. Licentiatus.
Dagobertus Freistetter, Doctor Medicus

VLMAE.

Ruthardus à VVendingen.
Hermannus Selinger.
Siegfridus Galer.

DILINGAE.

Abel Blomgarter, Iuris V. Doctor.

NEOBVRGI.

Emundus Stralberger.

INGOLSTADII.

Arnulphus Volbertus ab Arppel.
Ericus à Naupurg.
Gregorius Gladenbach, Iuris V. Doctor.
Vitus Enuerlinger, Iuris V. Doctor.
Israel Lawinger, Medicinæ Doctor.
VVernherus Seler, Iuris V. Licentiatus.
Huldericus VVelsinger, Iuris V. Licẽtiat.

RATISPONAE.

Oswaldus ab Eck, Baro.
Caspar à Neidprug.
Sigismundus Bender, Decanus Antiqui Sacelli.
VVeichardus Zuchlinger, Iuris V. Doctor.
Gotschalcus Mindelitz.

LANTZHVTI.

Casimirus Rupertus Atzpurger, Vtriusq; Iuris Doctor.

FRVXINI.

Mauritius ab Hutten, Episc. Freisingensis.
Sebastianus Pemmerlain, Cancell. Freisingensis.

MONACI.

Albertus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, &c.
Ludouicus Muller, Iuris V. Doctor.
VVigelius Hundt, Iuris vtriusq; Doctor.
Ludouicus Schrenckh, I.C.
Vradislaus Haslinger.
Bartholus Stulcher.

OENIPONTE.

Principes Austriæ, Imp. Ferdinãdi Augusti filiæ.

Wolf-

VVolfgangus Vlrichus ab Empzelstain.
Gódhardus Thalwailer, Iuris V. Doctor.
Diethpertus Holtzstetter, Iuris V. Licentiatus.

TRIDENTI.

Christophorus Madrutzius, Cardinalis, Episcopus Albanensis.
Paullus Caligarius.

MANTVAE.

Guilielmus Gonzaga, Dux Mantuæ.
Cæsar Gonzaga.
Annibal de Sancto Benedicto.
Hieronymus Piperarius.
Ludouicus Paniza.
Ioannes Baptista, Sculptor.
Hæredes Iulij Romani.
Hæredes Friderici de Rallis.
Hieronymus Organista.

VERONAE.

Iulius à Turri, Comes.
Hæredes Comitis Francisci Iusti.
Balthasar Sannazarius.
Ioannes Baptista Mondella.
Hæredes Hieronymi Veritatis.

VINCENTIAE.

Antonius Scroba, Eques.
Thomas Riccius.
Ioannes Antonius Saracenus.

VENETIIS.

Laurentius Priolus, Dux Venetiæ.
Ioannes Grymanus, Patriarcha Aquileiensis.
Daniel Barbarus, Patriarcha designatus.
Antonius Zantanus, Comes & Eques.
Andreas Lauredanus, Patricius Venetus.
Sebastianus Erizius, P. V.
Stephanus Magnus, P. V.
Franciscus Barbius, P. V.
Franciscus Venerius, P. V.
Antonius Calbins, P. V.
Alexander Contarenus, P. V.
Aloisius Rainerius, P. V.
Hieronymus Leonius, P. V.
Benedictus Cornelius, P. V.
Bernardinus Lauredanus, P. V.
Ioannes Lauredanus, P. V.
Hæredes Gabrielis Vendramini, P. V.
Carolus Sigonius, Mutinensis, bonarum literarum Professor.
Onuphrius Panuinius, Veronensis, Frater eremita Augustinianus.
VValtherus Schotus, Flander.
Petrus Ramez, Hispanus.
AEneas Vicus, Parmensis.
Ioannes Chiarletta Barbatus.
Rinaldus Odonius.
Vincentius Busonius de Gallo.

TARVISII.

Thomas à Cornu.
Hæredes Dñi Sixti Zucati.
Constantinus N. Frater in Monasterio Diui Nicolai.

PATAVII.

Torquatus Bembus, Abbas, Bembi Cardinalis hæres.
Marcus Antonius Bonauitus, Mantuanus, Legum Professor.
Constantius Landus, Complani Comes.
Tiberius Decianus, Vtinensis.
Antonius Capodiuacca, Foroiuliensis.
Alexander Bassanus.
Marcus Antonius Maximus.
Scipio Buzaccarenus.
Florius Philomelo, Torquati Bembi à Secretis.
Ioannes Sambucus, Pannonius, Tirnauiensis.
VVaramundus Schelberger, Germanus, Iuris V. Doctor.

FERRARIAE.

Hercules Estensis, II. Dux Ferrariæ.
Alphonsus Estensis, Princeps Ferrariæ.
Lælius Gregorius Gyraldus.
Marcus Antonius Mamarus.
Aquillius de Plangola.
Ioannes Baptista Ronchegallius, I. C.
Augustinus Richinius, Franciscanus.

RAVENNAE.

Gratianus de Petrablanca.
Antigonus Sauiolius, I. C.

FORO LIVII.

Sulpicius Andoranus.
Ambrosius de Rigiis.
Carisius Candidalus.

FORO

FORO CORNELII.
Marquinius Pindezza.
Iulius Calderona.
BONONIAE.
Clearchus Achillinus.
Americus de Americis.
Franciſcus Robortellus, bonarum literarum & vtriuſque Linguæ Profeſſor.
Scipio Fabius Doctor Medicus.
Leander Albertius, Dominicanus.
Atilius Tamoſanus.
Carolus à Schwendy, Germanus.
VVeſſelus Stranlinger, Iuris vtriuſq; Doctor, & Mathematicus.
Gomez Morzadaz, Hiſpanus, I.C.
Domitianus Sanella.
Iacobus Scarpetta.
SCARPARIAE.
Siluius Horandalus.
FLORENTIAE.
Coſmus Medices, Dux Florentiæ.
Laurétius Strotius, Cardinalis, tt. s. Balbinæ.
Franciſcus Medices, Princeps Florentiæ.
Garzia Medices, Princeps Florentiæ.
Paullus Iordanus, Romanus.
Euerardus Medices.
Angelus de la Stufa.
Ioannes de la Stufa.
Georgius Vaſarius.
Flaminius Albiolanus.
Bacchius Bandinellus, Pictor & Sculptor
ARETII.
Chriſtophorus de Monte, Cardinalis, tt. s. Praxedis.
Auguſtinus Forcheſius.
Octauianus de Coralliis.
Sixtus Campinella.
Balbinus Pontolonius.
CORTONAE.
Fabius de Geminianis.
Matthias Guaſtranius.
CASTILIONE.
Marcellus de la Bera.
PERVSII.
Fuluius Corneus, Cardinalis, tt. s. Stephani in Cœlio Monte.
Camillus de Sancto Petro.
Laurentius della Corſſa.
Alexander de Mazelinis.
Honorius Catalus, I.C.
Caruilius Melondanus, I.C.
Heraclius Dorida, I.C.
FVLGINII.
Scipio Lugarella eremita.
Ioannes Euangeliſta del Gardo.
Vincentius Condilanus.
HISPELLI.
Pompilius Viſanus.
SPOLETI.
Berengarius Danneſius, Petilianus.
Conradinus de Baſſenella.
Sempronius Sabbatius.
TVDERTI.
Gregorius Straſcara, I. C.
INTERAMNIAE.
Marcus Curtius Carmelitanus.
Virgilius Guardinus.
NARNIAE.
Demetrius de Monte Fortino.
ORCRICVLI.
Titianus Aſquina.
ARINIANI.
Glabrio de Turinis.
ROMAE.
Pius IIII. Pontifex Maximus.
Alexander Farneſius, Romanus, Cardinalis, tt. s. Laurentij in Damaſo, S. R. E. Vicecancellarius.
Guido Aſcanius Sfortius de s. Flora, Ro. Card. tt. s. Mariæ in Viâ lata, S. R. E. Camerarius.
Rainutius Farneſius, Romanus, Cardinalis, tt. s. Angeli in Piſcina, maior Pœnitentiarius.
Rudolphus Pius, Carpenſis, Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis.
Fridericus Cæſius, Romanus, Cardinalis, Epiſcopus Præneſtinus.
Hercules Gonzaga, Mantuanus, Cardinalis, tt. s. Mariæ Nouæ.
Hippolytus Eſtenſis, Ferrarienſis, Cardinalis, tt. s. Mariæ in Acquiro.
Ioannes Hieronymus Moronus, Mediolanenſis, Cardinalis, Epiſc. Sabinenſis.
Carolus Borromeus, Mediolanenſis, Cardinalis, tt. ss. Viti & Modeſti.

Thadæus de Gaddis, Florentinus, Cardinalis, tt. s. Siluestri.
Ioannes Medices, Florentinus, Cardinalis, tt. s. Mariæ in Dominia.
Innocentius de Monte, Aretinus, Cardinalis, tt. s. Onuphrij.
Nicolaus de Sermoneta, Romanus, Cardinalis, Caietanus tt. s. Eustachij.
Carolus Caraffa, Neapolitan. Cardinalis.
Alphonsus Caraffa, Neapolitanus, Cardinalis, tt. ss. Ioannis & Pauli.
Hæredes Ioannis Saluiati, Florentini, Cardinalis, Episcopi Portuensis.
Hæredes Nicolai Rudolphi Florentini, Cardinalis, tt. s. Mariæ in Via lata.
Antonius Altouitus, Florentinorum Archiepiscopus.
Maximus de Maximis, Amelfitanorum Archiepiscopus.
Antonius Augustinus, Hispanus, Ilerdensium Episcopus.
Bartholomæus Capranica, Calenorũ Episcopus
Sebastianus Gualterius, Viterbiensium Episcopus.
Hadrianus Fusconius, Aquinatiũ Episc.
Antonius Floribellus, Lauellinatiũ Episc.
Iulius Cananus Hadriensium Episcopus.
Petrus Ioannes Foroliuiensiũ Episcopus.
Romulus Valens, Conuersanorũ Episc.
Ludouicus Cæsius, Romanus, Clareuallensis Abbas.
Marcus Antonius Colona, Romanus.
Ludouicus Vrsinus de Petiliano Romanus.
Iulianus Cæsarinus, Romanus.
Ludouicus Comes Tedescus, Placẽtinus.
Achilles Maffeius, Basilicæ Diui Petri Canonicus.
Angelus Gabrielius, Basilicæ Diui Petri Canonicus.
Stephanus Buffalus, Basilicæ Diui Petri Canonicus.
Benedictus Aegius, Spoletinus, Diui Petri Basilicæ Beneficiarius.
Gentilis Delphinius, Lateranensis Basilicæ Canonicus.
Fuluius Vrsinus, Lateranensis Basilicæ Beneficiarius.
Georgius Ticinus, Polonus, Polonorum Regis in vrbe Roma Prolegatus.
Octauius Pantagathus.
Hieremias Bononiẽs, ordinis Diui Francisci generalis Procurator.
Annibal Carus, Eques Hierosolymorũ.
Hieronymus Garimbertus, Parmensis.
Gabriel Faernus, Cremonensis.
Fabricius Lazarius, Cardinalis Cæsij Auditor
Verginius Buccatius, Causarũ Patronus.
Alexander Coruinus, Romanus.
Thomas Cauallerius, Romanus.
Latinus Iuuenalis, Romanus.
Alexander de Grandibus, Ferrariensis.
Aurelius Grimaldus, Ianuensis.
Pyrrhus Ligorius, Neapolitanus.
Hieronymus Paparonus, Romanus.
Attius Arcionius, Romanus.
Pompeius Iustinus, Romanus.
Ioannes Celsus, Nepesinus.
Franciscus Diaz, Hispanus.
Alphonsus Diaz, Hispanus, I. C.
Clemens Teneuinus, Lotharingus, Literarum Apostolicarum abbreuiator.
Nicolaus Florẽtius, Batauus, Harlemensis
Michael Angelus Bonarotus, Florentinus, Pictor & Sculptor.
Rigaldus de Sancto Marcello, Gallus, Scriptor Apostolicus.
Hieronymus Firimbertus, Papiensis.
Dulcius Gaciolus, Amerinus.
Mercurius de Landrenilla, Bodiensis.
Nicolaus Iustus, Lucensis.
Theodoricus ab Thresingen, Germanus.
Mauritius Breulin, Germanus, Iuris V. Doctor.
Adamus Redinger, Germanus, Vratislauiensis.
Ladislaus Buda, Pannonius.

VELITRIS.

Odofredus Campisanus.

PRIVERNI.

Pomponius Andilonus.

TERRACINAE.

Iulius Petramontius.
Ioannes Baptista Boronius, Frater in Monasterio Diui Angeli.

FVNDIS.

Bonifacius Gambrinus.
Hector Fulgonius, Borgettanus.

Seba-

Sebastianus Modreua.

CAIETAE.

Aurelianus de Maximiniis.

Blasius Ada.

PVTEOLIS.

Raphael Roscatius, Siculus.

NEAPOLI.

Ferdinandus à Toleto, Dux Albæ, Marchio Coriæ, Comes Saluæterræ, Neapol. Prorex.

Philippus à Lannoy, Princeps Sulmonen.

Illustriss. N. Caraffa, Dux Magdaluni.

Vespasianus Gonzaga.

Horatius à Lannoy, Eques.

Pyrrhus Gonzaga.

Ioannes Franciscus Caraffa.

Hadrianus de Guilelmiis.

Antonius de Rogerijs.

Alphonsus Sanchez, Hispanus, Quæstor Regius.

Franciscus Antonius Villanus.

Annibal Maluisinus, Hispanus.

Antonius Vincentius de Bucchis.

Iacobus de Bucchis.

Ferdinandus de Cardinez, Eques.

Petrus Antonius Albertinus.

Ioannes de Bodoi.

Eligius de la Marra.

Bernardus Valdaura, Flander, Brugensis.

Antonius Afeltrius.

Fratres de Montealto.

Franciscus de Sumaia.

Paullus Bozutius.

Octauianus Galiota.

Alphonsus Cambius.

Ioannes Angelus, Romanus, Medicus.

Marcius Marzatus.

Ioannes Thomas Coppula.

Gabriel Zerbius, I. C.

Bernardus Pazifiesinius.

Antonius Caponius.

Hieronymus Granata.

Carolus Noiella.

Marcus Terentius de Camera.

Sigismundus Cutillius.

Ioannes Dominicus de Tanga.

Scipio Fontanius, Præfectus Monetæ feriundæ.

Antonius Pizullus, Sacerdos.

Petrus Portius.

Vincentius Amatus.

Ambrosius Aurifaber.

Ioannes Franciscus Paternius Carus.

Ioannes Hieronymus Famatius.

Ioannes Dominicius, Sculptor.

Gotschalcus Ericus à Merlern, Germanus

Gaspar Zwierlinger, Germanus, Iuris V. Doctor.

Claudius Floryus, Gallus, I. V. Licẽtiatus.

NOLAE.

Peregrinus Maceratius.

Laurentius de Cassara.

Manlius Siluatus.

CAPVAE.

Polydorus de Coriliis, Beneuentanus.

Cicero de la Griffa.

Paullus Benignius de Mazza.

Ioannes Baptista Galanius.

Marcus Longinius Zerallus.

CALENI.

Anchises Euerdinius.

SVESSAE.

Dionysius de Ascis.

Quinctilius Lomberanus, I. C.

FREGELLIS.

Arcadius de Turba.

CIPERANI.

Victor Angelus Odena.

FERENTINI.

Donatianus Fortanius.

ANAGNIAE.

Bonauentura Andalanius.

Antonius Nigolinius, Medicus Doctor.

Iulius de Bressanijs.

PVLIANI.

Ioannes Caraffa, Dux Puliani.

Alexandrinus de Sancto Feliciano.

PRAENESTE.

Augustinus Vigorius.

TIBVRI.

Ioannes Alnosius, Flander, Brugensis, Medicus.

Marius Tandaletus.

VITERBII.

Licinius de Maternijs.

Marcus Antonius Mascara.

Hostilius Castranus.

Priamus Medola.

FALISCI.

Beatus Cafarelius.

VVLSINII.

Hæredes Constantini Ferratti.

CLVSII.

Metellus Tarrinas.

Hieronymus Ciuitalius.

SENIS.

Æmilius Carlus, Patricius Senensis.

Dominicus Isellanius.

Hadrianus Zarletus Mandolanus.

Marcellinus de Monte.

Iustinianus de Marta.

Furius Gualdonius.

Cornelius Anuillanus.

VOLATERRIS.

Ioannes Zachius, Patricius Volaterrensis

Sebastianus Tolontinius.

Marcus Marcellius, de Sancto Laurentio

Damasus Vrselinius.

PISAE.

Lucas Martinius, Duci Florentinorum à Thesauris.

Gabriel Angelus de Gelua.

Hortensius Dondalus.

Crispinianus Malasca.

Sigismundus Fridericus Fugger, Germanus, Augustanus.

Vitalis Gmelch, Germanus, I.C.

LVCAE.

Franciscus Bendralanius.

Cæcilius Hascatus.

Constantinus Mornonius.

SARAZANAE.

Alexander Naldius.

MASSAE.

Troilus Borcanisius.

PONTEREMVLI, olim APVAE.

Andreas Colzana Barbatus.

Iulius Perginus.

MVTINAE.

Sertorius de Sertoriis, Comes.

Hugo Antonius Robertus, Comes.

Ioannes Grilinzonius.

Petrus Grilinzonius.

Ioannes Camarinius, Vasco.

Camillus Niza.

Nicolaus Botollius.

Ioannes Baptista Tezonius.

CARPIS.

Ludouicus Senensis, Comes.

Nicolaus Conzapannius.

REGII LEPIDI.

Alexander Bonsanus.

N. de Bebbi.

Ioannes Antonius Signorettus.

PARMAE.

Octauianus Farnesius, Dux Parmēsis, Placēti. &c.

Franciscus Baiardius, Eques.

Hæredes Bartholomæi de Prato.

Ioannes Fridericus Bonzagnius.

Ioannes Iacobus Bonzagnius.

PLACENTIAE.

Seruilius Glazarus.

Leo Maffetta.

Esras VValkerchius, Batauus, Doctor Medicus.

Quiricus Campitona.

CREMONAE.

Hieronymus Ragazola.

Antonius de Odis, I.C.

Petrus de Mana, I. C.

Marcus Antonius Barbus, I. C.

Iacobus Tassius.

BRIXIAE.

Hæredes Ioannis Andreæ Aueroldi.

N. Calinius Eques.

Matthæus Forerius.

Alexāder de Sancto Alexādro, Ordinis N.

Hieronymus à Cruce.

Aloisius Mondella, I. C.

Ioannes Maria, Sculptor.

BERGOMI.

Traianus de Pornis.

Hieronymus Zucholtius, I. C.

Nicander de la Valla.

CREMAE.

Hæredes Ascanij Botti.

Iosephus Organista.

LAVDE POMPEIA.

Galeacius Maximilianus de Montefredo

MEDIOLANI.

Ioannes Baptista Guastaldo, Comes, Patricius Mediolanensis.

Guicciardinus de Guicciardiniis, Patricius Mediolanensis.

Bar

Bartholomæus Marlianus, Patricius Mediolanensis.
Carolus Caponæus, Patricius Mediolan.
Petrus Pazius, Patricius Mediolanensis.
Ferandus Adduensis, I.C.
Calpurnius de Modestis.
Antonius Spatafora.
Marcus Horatius Parezallus.
Ioannes Maria Branchatius.
Iulius Maximius Canda.
Franciscus Micaldius.
Ambrosius Struffata.
Titus Philippinus Dazius.
Ferdinandus Maradaz, Hispanus.
Gonzaluius Vallez, Hispanus.

PAPIAE.
Franciscus Maria de Zarago.

DERTONAE.
Theodosius Barnotius.

IANVAE.
Clemens Olera, Cardinalis, tt. s. Mariæ in Ara Cœli.
Andreas de Oria, Patricius Ianuensis, Princeps Melphitanus.
Cyprianus Palauicinus, Patricius Ianuen.
Adamus Centurio Patricius Ianuensis.
Ioannes Baptista Spinula, Patric. Ianuen.
Baptista Nigronius Vialis, Patricius Ianuensis.
Ioannes Fregosius, Patricius Ianuensis.
Cassander de Geriandis.
Longinus de Dezza.
Sebastianus Biscottius.
Serapion Triginius, I.C.
Hadrianus Sinornius.
Benignus Gallanta.
Postumus Mascarius, Langula.
Bernardinus de Sancto Cassiano.
Rodericus Minoza, Hispanus.
Hildebrandus Zuimer, Germanus, Iuris V. Doctor.

SAVONAE.
Flauius Dandromera.

NAVLII.
Augustinus Massigorius, Medicus.
Aurelius de Triffra.

ALBINGAVNI.
Raphael Angelus Dulcianus.

ONELIAE.
Collatinus de Marcha.

ALBINTEMELII.
Gregorius Pelonnellus.

MONOECI.
Alexander Forondalius Scorfa.

NICEAE.
Emanuel Philibertus, Dux Sabaudiæ, Princeps Pedemontanus, &c.
Margaretha Valesia, Francisci Regis Franciæ filia, Principis Pedemontani vxor.
Octauianus de Saziis.
Marcus Antonius Zagrada.

ANTIPOLI.
Hieronymus Metinius, Sacerdos.

FORO IVLII OCTAVIANORVM.
Angelbertus Bauellerius.
Robertus Hugettius.

TOLONE.
Theodorus Dertinius.

AQVIS SEXTIIS.
Ioannes Minerius, Dñs à Dopeda, Præses.
Ludouicus Tourcius, Consiliarius.
Seuerinus Dolietus, I.C.
Marcellus Grosillonius, I.C.
Germanicus Talognius.

MASSILIAE.
Claudius Dedanyus, Præfectus oræ maritimæ, & classis.
Rupertus Getenius.
Desiderius Colchartus.

In S. CHAMAS, olim Salium Sedibus.
Pancratius Belinus.

ARELATI.
Blasius Danxius, Doctor Theologiæ.
Valerianus N. Medicinæ Doctor.
Anselmus Molinartus, Canonicus.
Valentinus Gobilletius, I.C.
Carolus Strignerius, I.C.
Albinus Cargletus.

AGATHOPOLI.
Amandus Sonterius.

NARBONAE.
Priscus Bertausius, I.C. & Canonicus.
Maximinus Torletius, Theologiæ Licentiatus.
Oliuerius Monetanus, I.C.

MONTEPESSVLO.
Andreas ab Exea, I.C.

Gui-

Guilielmus Rondeletius Professor Medicus & Cancellarius Vniuersitatis.
Arnestus Zwipurger, Germanus, Doctor Medicus.
Sebaldus Melinger, Germanus, Doctor Medicus.
Balduinus Golletius, Doctor Medicus.
Philippus Præsollerius, Doctor Medicus.

NEMAVSI.

Ioannes Vicecomes Iocosæ, Præfectus Prouinciæ Narbonensis.
Ioannes Poldus Albenas.
Bernardus Vallytus.
Cyriacus Serlonius.
Isidorus Assyrus.

AVENIONE.

Iacobus Medonius, Theolog. Commendator Prouincialis, Orator Apostolicus, cum potest. Leg.
Augustinus Ranfingonallus, I.C. Secretarius rerum Apostolicarum.
Albertus Madrettius, I.C. Protonotarius Sedis Apostolicæ.
Quinctinus Morlæus, Canonicus.
Ioannes Ariuinius, Canonicus.

ARANGIAE.

Michael Sallerisinus.
Seruatius Torbonius.

VALENTIAE.

Rogerius Soluinus, Doctor Theologus.
Tiburtius Hascronius, I.C.
Hilarius Angilletus, I.C.
Victor Garyus, Theologus Licentiatus.
Hugo Mandinius, Doctor Medicus.
Chuonrardus à Klingerbach, Germanus.
Felix Pescheranus, Phrisius, Iuris V. Doctor.

VIENNAE.

Lotharius Euillonus.
Natalis Hollenus.

LVGDVNI.

Franciscus Laurẽtinus, Dn. Sancti Yrenei.
Gulielmus Caulius, Præfect. Montanorũ.
Christophorus Neiter, Germanus, Patricius Augustanus.
Anacletus Tangelosius, Canonicus.
Martinus Ballebertus, Canonicus.
Dionysius Equilmontius, Canonicus.
Ioannes Caulius, Gulielmi F.

Ludouicus Miræus, I.C.
Petrus Pitheus, I.C.
Marcus Vetranius Maurus, I.C.
Henricus Gemellus, I.C.
Scipio Azzone, Italus.
Carolus à Porten, Germanus.

GEBENNAE.

Claudius Chaulotus.
Saphorinus Grassyus.
Nicasius Ronsolletus, Medicus.
Matthias Laffrayus, Doctor Medicinæ.
Clemens Carmolinius.

CABALLIONE.

Nicolaus Mollerius, I.C.

BORBONII.

Ludouicus à Borbon, Princeps Condæi, Dux Borbonij, &c.
Eleonora de Roye, Princip. Condæi vxor.
Magdalena de Mailly, Domina de Roye, eiusdem Eleonoræ mater.
Athanasius Tesartus, I.C.
Vincẽtius Charbonus, Professione ordinis Benedictini.

MOLINI.

Lancilotus Sauillonius, I.C.

NIVERNAE.

Franciscus à Cliuia, Dux Niuernẽsis, &c.
Rambertus Atorisinius, Theolog. Doctor.
Apollinaris Beaufortius, I.C.
Manardus Castelletius.

BITVRIGIBVS.

Iacobus Cuiacius, Iuris V. Doctor, & Legum Professor primarius.
Ludouicus Russardus, I.C.
Hugo Donellus, I.C.
Sylueſter Nisollerius, I.C.
Andreas Eligius Bacherus, Flander, Gandauensis, I.C.
Antonius Concius, I.C.
Simon Abaullerius, Medicinæ Doctor.
Thietmarus à VVermel, Germanus.
Theophilus Kraffter, Germanus, vtriusque Iuris Doctor.

Apud LEMOVICES.

Guido Barilettius, Canonicus.
Iosephus Olongnius.

CADVRCI.

Antonius Goueanus, I.C.
Robertus Pinartius.

Go-

Godouardus Mauilleus.
MONTE ALBANO.
Rainhardus Tironæus, Canonicus.
Matirinus Osgetius, Theologiæ Licentiatus.
TOLOSAE.
Ioannes Corasius, Consiliarius.
N. Corniardus, Consiliarius.
Stephanus Forcatulus, I.C.
Isebrandus Schallerius, I.C.
Fabianus Cantillonus, I.C.
Antonius Guibertius, I.C.
Franciscus Londetius, Medicus.
CONDONAE.
Carolus à Pisseleu, Episcopus Cōdonensis
BAIONAE.
Antonius à Borbon, Rex Nauarræ, Dux Vendocin. & Borbonij, &c.
Ioanna de Albret, Regina Nauarræ, &c.
Ioannes Fraxinæus, Archiepisc. Baionēsis.
Renatus Cambilinius, I.C.
Clemens Habillonus, I.C.
Gulielmus Banterius, Doctor Medicus.
BVRDEGALAE.
Andreas Tiraquellus, Præses.
N. de la Chastagne, Consiliarius.
Iacobus Traullerius, I.C.
Germanicus Hallyus, I.C.
Ingelramus Marquetus.
Apud SANTONES.
Matthæus Gomboutius, I.C.
Polycarpus Meluinius, Canonicus.
Henricus Gliterius.
PICTAVII.
Laurentius Higlonus, I.C.
Hadrianus Mompinius, Iuris V. Licētiat.
Apud TVRONES.
Remigius Lauilæus, Canonicus.
Lambertns Aretinius, Canonicus.
Ioannes Brechæus, I.C.
Paschalis Malignyus.
AMBOSIAE.
Franciscus Valesius II. Francorum Rex.
Carolus à Lotharingia, Cardinalis, Archiepiscopus, & Dux Remensis, tt. s. Apollinaris.
Carolus à Borbon, Cardinalis, Archiepiscopus Rothomagensis, tt. s. Grisogoni.
Franciscus à Turnone, Cardinalis, Episc. Ostiensis, & Veliternensis Decanus.
Odetus de Castilion, Cardinalis, tt. s. Hadriani.
Georgius de Arminiaco, Cardinalis, tt. s. Laurentij in Lucinæ.
Claudius de Giury, Cardinalis, tt. s. Agnetis in Agone.
Ioānes Reumanus Vasco, Cardinalis, tt. s. Priscæ.
Franciscus à Lotharingia, Dux Guisiæ, primarius Oeconomus, & supremus Cubicularius.
Iacobus ab Albon, Marschalcus de Sancto Andrea, &c.
Gaspar de Coligni, Dn̄s à Chastillon, Admiralius Franciæ.
Claudius à Lotharingia, Dux Aumalius.
Franciscus de Coligni, Dn̄s à Dandelot.
Guido de Schabot, Dn̄s de Iarnac.
Ludouicus Gōzaga, frater Ducis Mantuæ
Marcus Antonius de la Melza, Italus.
Ioannes Philippus, Rheni Comes.
Fridericus à Reiffenberg, Germanus.
Christophorus à Perwel, Germanus.
Damianus Dorgonius, I. C.
Rufinus Ratenius. I.C.
Cornelius Londarinus, I.C.
Cyrillus VVolfgangus Dietler, Germanus, vtriusq; Iuris Doctor.
Albertus Mallerius, Medicinæ Doctor.
BLOSII.
Diana Pictauiensis, Valentinatū Ducissa.
Valerianus Forassius.
Arsenius Borineus.
Gysbertus Allonnius.
AVRELIAE.
Ana Burgius, Iuris V. Doctor, & Legum Professor primarius.
Ioannes Gracchus, I.C.
Gregorius Cortenius, I.C.
Antonius Foquelinus, I.C.
Archelaus Abretinius, I.C.
Hugo Chambletonus, I.C.
Ioannes Robertus, I.C.
Godefredus Lisignyus, I.C.
Philippus Molinetius, I.C.
Claudius Retierus, I.C.
Anastasius Retierus, Doctor Medicus.

Baptiſta Angelus Oglinoza, Italus, I.C.
Vlrichus à Braitenbach, Germanus.
Sigiſmundus VVerlinger, Germanus, Iuris V. Doctor.
Carolus Billartius.

IARGOLII.

Iuſtinus Roſilletius.

GENNABI.

Seuerus Vallytius.

Apud SENONES.

Ludouicus à Guiſia, Cardinalis, Archiepiſ. Senonenſis, tt. s. Thomæ in Parione.
Stephanus Penonius, I.C.
Criſpinus Lamborinius.
Iacobus Vterus, Doctor Medicinæ.

NEMVRCI.

N. à Sabaudia, Dux Nemurcenſis.
Medardus Harigerius.

FONTE BELLAE AQVAE.

Catharina Medices, Regina Franciæ, vidua, Regis mater.

ESTAMPES.

Lucianus Rifettius, I.C.

CARNVTIBVS.

Marcellus Corybriſius, Canonicus.
Henricus Bouallius.

PARISIIS.

Ioannes Grollierius, Quæſtor Regis.
Michael Hoſpitalius, Cancellarius Regni Franciæ.
Emarus Ranconetus, Præſes.
Bartholomæus Fayus, Conſiliarius.
Gulielmus Abotius Iunior, Conſiliarius.
Iulius Caliſtanus, Italus, Parmenſis.
Gabriel Symeon, Italus, Florentinus.
Hadrianus Turnebus, Græcarum litterarum Profeſſor.
Ioanues Auratus, bonarũ litterarũ Profeſ.
Dionyſius Lambinus, bonarũ litterarum Profeſſor.
Alexius Sanguius, Doctor Theologus.
Philibertus Augonius, Doctor Theolog.
Valerius Ladorlæus, Theologiæ Licẽtiat.
Sanctius Dongez, Hiſpanus, Theologiæ Licentiatus.
Carolus Molinæus, I.C.
Iacobus Labittius, I.C.
Barnabas Briſſonius, I.C.
Ludouicus Charondas, I.C.
Hadrianus Puluæus, I.C.
Nicolaus Gruchius, Rothomagẽſis, I.C.
Theodolphus Hartmannus à Schirfel, Germanus.
Georgius Albertus à Thungẽ, Germanus.
Lutgerus ab Hedorff, Germanus.
Gebehardus Linſinger, Germanus, vtriuſque Iuris Doctor.
Otho Stepflinger, Germanus, vtriuſque Iuris Licentiatus.
Auguſtinus Poignerius, Medicus Doctor & Mathematicus.
Gulielmus Morlayus.
Iacobus Andronetius, de Cherceau.

In ESCOVAN.

Annas Dux Montmorenſianus, Coneſtablius Franciæ.

CLAROMONTE.

Germanicus Borginæus.

BELLOVACI.

Paullinus Grantanus, Doctor Theolog.
Lotharius Sallyus, Canonicus.
Criſpus Mangilonus, I.C.

AMBIANIS.

Gilbertus Carolomontius, Medicus.
Florianus Aullerius.

ATREBATIS.

Hieronymus Ruffaldus, Abbas Diui Vedaſti.
Carolus Cluſius Doctor Medicus.
Antonius Villerius, Statuarius.

DVACI.

Ioannes Venduilius, Iuris V. Doctor, & Legum Profeſſor.
Hadrianus Peiſſius, Iuris V. Doctor, & Legum Profeſſor.
Ioannes Ramus, Iuris V. Doctor, & Legum Profeſſor.
Boëthius Epos, Phriſius, I.V. Doctor, & Profeſſor.

CVRTRACI.

Raynerus à Milgenuoort.

XVIII. KAL. DECEMB. ANNO M. D. LX.
REDII BRVGAS.

HVBERTI GOLTZII HERBIPOLITAE
HODOEPORICVM.

Diuersis studijs hominum mens apta sequendis
  Naturæ varias tentat, initque vias.
Illum agit extremos animus mercator ad Indos,
  Vt permutandis mercibus æra paret.
Illum AEgyptiacis diuinum quærere in oris,
  Et iuuat in longas pro Sophia ire vias.
Illum sola oculos pascendi cura fatigat
  Extremis Asiam sollicitare fretis.
Me clarum ingenij votum, & mens conscia veri,
  Edocuit veteres ire per historias,
Et varia Ausonij monumenta inquirere regni,
  Si qua iacent claras sparsa per orbis opes.
Hinc etiam effigies, veterumq; numismata Regum,
  Cura fuit doctis sculpere in ære notis.
Istis audacem in rebus me fecerat esse
  LAVRINVS prompto promptus in officio,
LAVRINVS Phœbi lauro tam dignus, vt inde
  Traxerit excellens nominis augurium.
Ibam per varias Germani syderis oras,
  Subuectus fluuio Rheno vetuste tuo.
Hîc ego Romanosque duces, Romanaque bella,
  Et veterum exsculpsi clara trophæa patrum.
Nilq; adeò visu dignum, antiquumq; notabam,
  Quod non in similes iret ab arte notas.
Hinc nostram Herbipolim qui præterlabitur amnis,
  Excepit flauis aduena Mœnus aquis,
Qui me vitiferi deductum Neccaros vnda,
  Imposuit magni flumine Danubij.
Hîc quoque consimili studio, assuetamq; per artem
  Omnigenas hausi posteritatis opes.
Sic mihi descriptis Germano ex orbe tabellis,
  Ausonias vrbes visere cura fuit.
Hîc demùm fœcunda istis sunt omnia signis,
  Hîc demùm istorum copia larga iacet.
Hîc videas sculptum, veteri de more, Senatum,
  Plenaque Romanis atria Cæsaribus.
Quinetiam ex istis surgunt ibi mœnia signis.
  O infausta huius copia luxuriæ?
Hoc tamen ignosci poterat, ni instrata plateis
  Sordenti populus stringeret illa pede.
Hîc ego quidquid erat vetus, antiquumq;, notabam
  Assimulans doctis signa reperta notis.
Quodq; alij ingenio clari, & virtute politi
  Ducebant nullo posse iuuare more,
Illud ego legique illis, feciquo probari.
  Tantum ista felix vsus in arte valet.

Sic tandem Italicæ peragratis finibus oræ,
Gallica ab Alpinis collibus arua peto.
Hîc etiam quidquid tota regione videndum
Esset, id æratis scripsimus in tabulis:
Iulius Alpinis quæ gessit Cæsar in oris,
Quæq; olim à Gallis ille trophæa tulit.
Hæc vbi victuris inscripsi singula chartis,
In patrios abij, nil remoratus, agros.
Laurinique domum, & bene nota palatia visens,
Castra VVatervleti nomine clara peto.
Hic ego Phœbæum vatem prope Thetidos æstus
Inueni ambiguo stringere prata pede.
Vt vidi obstupui, lacrymasque in gaudia verti,
Hæc referens grato dulcia verba sono:
LAVRINE Aonij celeberrima gloria cœtus,
Idemque ingenio nobilis, vt Genio,
Accipe maturos propria tibi ab arbore fructus,
Accipe ab officijs nomina ducta tuis.
Hæc tibi ab antiquis expressa numismata signis,
Pro accepto reddit GOLTZIVS officio.
Suscipe pacato tibi debita munera vultu,
Sic faciat Pylium te tua laurus auum.
His ego tum verbis multùm gratantibus vsus,
Talibus accepi laurea dicta sonis:
GOLTZI animo dilecte meo, dilecte Camœnis,
Cuius Apellæa certat in arte manus,
Tam mihi gratus ades, quàm vel mihi gratus abibas,
O bene pro meritis officiose meis!
Plus etiam voto effecit tua dextera nostro,
Dextera sculpendis ingeniosa notis.
Quod desiderium vxori, natisque, mihique
Addideras, longis per freta vectus aquis,
Illud idem à reditu viuusq; vidensq; reducis,
Nosque iubes curis inuigilare nouis.
Vna tibi est tanti solamen nata pericli
Filia, cui nomen rapta Sabina dedit.
Illa statim discet non visum noscere patrem,
Teque adeò risu commodiore sequi.
Tu modò quem tantis iam subduxisse periclis
Diuini voluit Numinis arbitrium,
Viue diu felix, Pyliosque abiture sub annos
Nomen ab æterna posteritate trahe:
Et veteres tabulas, clarorum nomina Regum,
Sumptibus in lucem protinus ede meis:
Vt bona posteritas antiquæ Numina Romæ,
Sumptaq; cum varijs gentibus arma legat,
Et Romam in Flandris discat mirarier oris,
Ingenuoque illos laudet ab ingenio.

Hac

Hæc mihi LAVRINVS: tu lector Iulia vultus
Gesta verecundo suscipe, & ore lege.
Sic tibi, sic doctis post me se commodet alter,
Seque tibi adiungat pluribus officijs.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΛΔΡΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ πρὸς τὸν φιλιστοροῦντα.

ΠΟΙ δὴ πολυπτύχων ἐρασὰ βιβλίων,
Περὶ τῶν παλαιῶν πράξεων γεγραμμένων;
Εφ᾽ ᾧ πεποιθὼς ἐντροπαῖς μακραῖς λόγων,
Εν ποικίλοις διατρίβεις συντάγματι,
Τοῖς ξυμπλακεῖσι πολλάκις πολλοῖς γνόφοις;
Τῶν ἱστορουμένων ἐρωτικῶς ἔχεις,
Καὶ πλεῖστα βούλει συντόμως μαθεῖν σάφα;
Εξαρκέσαι σοὶ ῥᾳδίως δυνήσεται
Τῷδ᾽ ἔμπλεῳ νομισμάτων συγγράμματι,
Ενταῦθα τεχνικῇ τυπωθέντων χερὶ,
Πολλῶν ὁ μέν τις ὢν ἀνὴρ ἀντάξιος,
Ον λανθάνει δῆτ᾽ οὐδὲν ἱστοριῶν μέρος,
ΟΥΒΕΡΤΟΣ ὄντως χρύσιός γ᾽ ὁ ΓΟΛΤΖΙΟΣ,
Πάμπολλά σ᾽ εὖ τούτοις διδάξων ἐκτύποις,
Συνελὼν ὑπερφυῶς ἅπανθ᾽ ὧδ᾽ εἰς βραχὺ
Πολλοῖς παρ᾽ ἄλλοισιν διεσκιδασμένα,
Υπερμέτρως μακρηγοροῦσιν ἄλλοτε:
Ως οὐκ ἀνάγκην ἔμμεναί ποθ᾽ ὕστερον
Ανελιττέμεν πολλὰς βίβλους ἀπορούμενον.
Ος μὲν παρορμηθεὶς ἑκουσίως ποτὲ,
Επειτα δ᾽ ἂρ ΛΑΥΡΙΝΕ τῇ σου προτροπῇ,
Ευβουλίαις τέ σου σφόδρ᾽ ἐστηριγμένος,
Πολὺν χρόνον συχνάς τε καὶ σκληρὰς ὁδοὺς
Ηδ᾽ ἐγκόπους ἐυγνωμόνως ἐπορεύετο,
Πολλοὺς θ᾽ ἱδρώσας, καὶ κόπον παθὼν μέγαν,
Πράγματά τε πολλὰ καὶ ὀχλήσεις μυρίας.
Πᾶσαν δ᾽ ἐπῆλθεν ζητέων Γερμανίαν,
Καὶ τὴν ἀνωτέραν γε καὶ κατωτέραν,
Φλάνδρων, Βαταύων, καὶ Βραβάντων τὴν χθόνα,
Χώραν Σικάμβρων καὶ Μεναπίων ὡρέων,
Ηδ᾽ οὓς περιῤῥεῖ ἡ θάλαττα, καὶ βρέχει
Ρήνου βαθυῤῥόου, καὶ θοοῦ Δανούβεως,
Μοσοῦ τε καὶ τοῦ Νεκκάρου τὰ ῥεύματα:
Εἶτ᾽ Αὐσόνων πόλεις ἀγαυῶν τὰς ὅλας,
Ρώμην ἀρηΐαν τε καὶ Νεάπολιν:
Τέλος δὲ τῶν Κελτῶν μέρη τὰ τέτταρα:
Καὶ ταῦτα ΛΑΥΡΙΝΟΥ γε δαπάνῃ τοῦ κλυτοῦ,
Ον Φοῖβος ἔστεψ᾽ ἀξίως δάφνης κλάδοις.
Καὶ τὸ μὲν ὅλον, πόνου ἐφείσατο μηδενὸς,
Ως ταῦτά σοι τὰ συλλεγέντα πάντοθεν,
Πάρος διασπασθέντα καὶ πεφυρμένα,
Νῦν δ᾽ εὖ τεθέντα τῇ μεγίστῃ φροντίδι,

Εὔχρηςʼ ἂν εἰς χρῆσιν διδῷ κειμήλια,
Τῶν γνωρίμων περικλέκοντα Καισάρων,
Τάξει πρεπώδει καὶ καλῶς ἡρμοσμένη,
Βίους, πρόσωπʼ, ἀριπρεπῆ τε πράγματα
Τὴν δῆτα Ρωμαίων ὅλης τῆς συγγραφῆς
Αναγραφὴν ἄλλων ἁπασῶν ἔξοχον,
Η ποτνίας Ρώμης ἀνέζησεν καλῶς
Αλκὴ, κλέος τε, χʼ ἡ πάλαι μοναρχία.
Παντὸς μὲν ἔργον ἄξιον καὶ τίμιον,
Οἷον γεμὴν μέλιττα τοῦ θέρους πονεῖ,
Καθημένη πᾶσιν μὲν ἐν βλαςήμασι,
Μόνον δʼ ἕκαςα λαμβάνουσα χρήσιμα,
Γλύκιςά τʼ εὐώδη τε καὶ μελίπνοα:
Ηδʼ, ὡς ἔπος γʼ εἰπεῖν, Αμαλθείας κέρας,
Ωδʼ ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρον.
Δεῦρʼ οὖν φίλιςι, μὴ πάρελθʼ ὀνήσιμον,
Μᾶλλον δʼ ἀναγκαῖον νέον τὸ βιβλίον:
Ω σοι τόσος θησαυρὸς ὧδʼ ἀνοίγνυται,
Οὐ χρημάτων μὲν μεςὸς, ἀλλʼ ἀμεινόνων,
ὥςʼ οὐδὲν εἶναι τοῦδε τιμιώτερον.

AEGIDII WIITSII BRVGENSIS I.C. ad Hubertum Goltzium Herbipolitam Antiquarium vicinum & amicum ſuum, contra illud Philippi Beroaldi ſenioris:

Veras eſſe imagines ex litteris, vanas & ocioſas ex nomiſmatib. CARMEN.

CVM tua tam multi ſtudia admirentur, amentque
Signa, quid infami hic carmine ſigna notat?
Non hic qui ante diem, teneris nempe occidit annis,
Haud etenim hic ſcripto notus in orbe libro eſt.
Sed tibi narro hominē doctum celebremq; Philippum,
Et clarum eulogijs inclyta Roma tuis.
Quæ illum cauſſa mouet? multis è milibus vnus
Carpit mordaci cur ſimulachra ſono?
Paſcere tantùm oculos ſine fruge numiſmata dicit,
Et negat antiquis commoda meſſe notis.
Nil, ait, vſus habent depicti in imagine vultus:
Pondus ineſt ſcriptis vtilitaſque libris.
Quare agè pro fictis veras viuaſque figuras
Accipe, ſit ſtudium pagina ſcripta tuum.
Effigies hæ ſolæ animum mentemque redudunt,
Et referunt veterum fortia facta patrum.
Noſſe cupis cauſſam cur picta coloribus ora
Non amet? in promptu eſt optima cauſſa mihi.
Velle ſuum cuique eſt, & agit ſua quemque libido, *L. Quia poterat. ¶. Ad Senatuſc. Treb.*
Nauigat & ventis in freta quiſque ſuis.

Non

Non regit vna omnes ratio, nec idem quoque pectus:
Nec ſimplex anima eſt omnibus, atque eadem.
c. Quia diuerſitatem. de cōceſſ. prebend.
Sed cuique vt mens eſt & forma, ita ſentit agitque:
Hinc capit ex ſtudijs commoda quiſque ſuis.
Hinc petit hoc, aut illud: amat deſueta Philippus
Verba, placet multis priſca moneta magis.
Rancida Sydonij, proauitaque lingua Apulei
Nempe fuit ſtudijs vnica norma ſuis.
Tu mage amas pictos vultus monſtraſſe priorum,
Signaque Muſæo compoſuiſſe tuo.
Ille bibit fraces, vappamque, flocesque propinat,
Apludam ſcriptis inſeruitque ſuis.
Nempe ita Romanæ calcata vocabula linguæ
Diligit, vt pulchras non amet ipſe notas.
Tu magè rancidulis pro verbis, tecta figuris
Ora, & pro vano flamine pectus amas.
Diligis antiquos (non priſca vocabula) ritus,
Non linguam, antiquas ſed magè relliquias.
Viuendum morib. præteritis, loquendū verbis præſentibus.
Gell. lib. xj. cap. vii: & lib. j. cap. x.
Atqui vnum hoc doctos habuit ſemper coryphæos,
Huic ſtudio celeri dant ſua ſerta pede.
Quippe voluptatem quæ ſcripſit habere Philippus
Signa, negans vllis illa iuuare modis:
L. Numiſmatū. ¶ de vſuf. & quemad. quis vtatur.
Nomiſmata vetera gēmarū vicem implent.
Illa operæprecium, fructumque nomiſmata habere
Lex ait, & gemmis comparat eximijs.
Non tantùm cùm ſint precioſa, vt Accurſius inquit,
(Quòd capiant iuſti pignoris illa vicem)
c. Cum cauſſ. & ibi ſcribēt. De probat. et L. Statuæ & imagines. ¶ de vſufructu
Aut ſpecioſa ornant vt cuncta monilia corpus,
Verum eſt & pictas commoda habere notas.
Ecce dat ars oculos, atque ora ſimillima veris,
Quid rogo de viuo plus Cicerone feras?
AEthere quæ ſummo eſt animæ diffuſa per artus
Effigiem æthereo fomite corpus habet.
Animi mores corporis temperaturam ſequuntur.
c. Cū de tua. De corp. vit.
Exteriusque notis animi ſecreta reuelat
Natura, in vultum pectora ſenſus agunt.
Et quæ ſunt oculis ſubiecta fideliter, aure
Demiſſa, alterna cognitione iuuant.
L. j. & iij. de vete. nom. poteſt. C. li. xi.
Quare agè viuaces facies, formasq; perennes
Cæſareas, varijs pingere perge modis.
Pinge acies, loca, regna, ſitus: penetralibus effer
Quæ tibi parturiunt nunc vada nunc ſcopuli:
Simpuuia, & depeſta Numæ, nigrosque catinos,
Et reliqua in tenebris quæ iacuêre ſuis.
Nec te hominum præceps moueat cenſura: trahuntur
Pectora diſparibus mirificisque modis.
Deſpiciunt tabulas, fragmenta, & marmora, & arcus,
Cùm illarum aſſidua ritè iuuentur ope.
Lamprid. in vita Alexandri. & Laert. in vita Mened.
Nempe hinc Romuleæ gentis generoſa propago
Noſcitur, hincque fidem magnam habet hiſtoria.

Tacit. Ann. lib. xj. & Platina in vit. Pontif. Gregorij. I. & Paulli. II.

Hinc è fornicibus, magnis sub molibus vrnas,
Signaque (quæ certis composuisse locis
Creditur, auspicijs seclis fugientibus, ætas
Prisca) iuuat venis elicuisse cauis,
Atque cauernosas veterum penetrasse lacunas,
Eque feri medio signa tulisse maris.
Cùm tibi sint curæ hæc GOLTZI, cùm signa fatiges
Abdita, vix ipsis inuenienda feris:
Cumque eadem incisis præstes depicta figuris,
Inque oculos prisci temporis acta voces,
Quis tua non laudet studia, admiretur, ametque
Artificesque manus, articulosq; leues.

Fundamentis ædificiorũ nomismata inijciebantur, vt hodie adhuc.

EIVSDEM.

Quum GOLTZI eximios laudat mea Musa labores,
Et calamo infami carmina scripta notat,
Carmina quæ quondam fellito splene Philippus
Lusit compositis in simulachra iocis:
Vnà etiam LAVRINI animum, mentemq; celebrat,
In signa, antiquis sculpta nomismatibus.
Laus capit vna duos, debetur maxima vtrique
Gloria, fert operas alter, & alter opes.
Vox, manus, ingenium, veterũ vt monumẽta Quiritum
Palladis extrema perpoliantur ope,
Signaque quæ varijs iacuêre sepulta ruinis
Vt postliminio conspicienda fient.
Et breuiter, quicquid seclo inuidiosa vetustas
Abstulit, vt priscæ hoc induat artis opus.
Iampridem (hoc meminisse iuuat) communia in vsum
Communem studia hæc composuêre sua.

EIVSDEM,

Nomina licet simplicem tantùm designationem personarum, non substantiam & naturam significent, respondere tamen plerunque rebus vnde sunt deriuata.

L. Ad recog. C. de inge. manumissis. — Nomina significare nihil, sed prodita tantùm
Vt designentur corpora, iura docent.
L. Si in nomine. C. de test. — Scilicet vt nihil intersit, si corpora nòris
Qua appelles cunctos voce, vocesque homines,
Platina in vita Pauli. II. — Non si fœniculum, vel cæpe vocentur, vt olim
Pontifici lætus carcere clausus ait.
L. Vnica. C. de muta. no. — Nomina pro arbitrio fas est recudere, nec non
Fingere: iudicium Maximiane tuum est.
Vnde fit vt penè horum operosa industria possit
Vana videri, aliquid qui tribuunt etymis.
Plato in Cratyl. seu de recta nominũ impositione. — Ast verum est animi mores genitiua referre
Nomina, & indicium singula habere suum.
Numen & omen habent, neq; enim sine numine Diuûm
Cyp. epi. 63 — Nomina dant, rebus consona nempe suis.

Ad-

Genes. 27. & 1. Reg. 25. Adprimè hoc multi vita docuêre priores,
Aut quibus infame, aut nobile nomen erat.
L. f. nu. 71. de Quæstio. cap. Ne tibi Marsilium Lector narrem aut Benedictum,
Res est euentis sæpe probata suis.
Remut. verbo. 1. nu. 52. de Testa. Vnde fit, vt nequeat mihi non semper celebrari
GOLTZIVS, ex auri nomine nomen habens.
Cuius & hubertas præconia nominis implet,
Nam huberiùs nulli prouenit ista seges.
AVREVS illi animus, mens aurea, & aurea forma,
Hubertum HVBERTO GOLTZIO & ingenium.
Ergo quid est mirum, quum nomina ducat ab auro,
Auro si donet quæ preciosa magis.
Mactè HVBERTE, tuum nomen post fata manebit,
Nam tua tam fructus, quàm bona Floris habent.

GVIDONIS LAVRINI BRVGENSIS I.C.

In thesaurum antiquorum aureorum numismatum sub Vespasiano Aug. depositum, Anno M. D. LXI. *in Aubrocicourt pago Flandriæ repertum, Plutonis & Telluris dialogus.*

PLVTO. QVID me tot sæclis cariem, tenebrosaq; passum
Terra parens orbi restituisse iuuat?
Scilicet hoc voluit, qui me tibi credidit, atque
Inuoluit cæcis, heu miserum, tenebris.
TELLVS. Iudaicis quondam cùm Roma superba trophæis
Te ferus his miles sedibus occuluit,
Cùm Flauij imperium leuibus toleraret habenis,
Vindice quo pœnas gens recutita dedit,
Hinc te secreti cura seruauimus omni,
Iussimus integris & superesse locis:
Pressaque barbarie quum Roma caduca lateret,
Nolebam indoctis te rapier manibus.
At nunc quando omnes Romæ monumenta vetustæ
Scriptis ac nummis marmoribusque colunt,
Necnon HVBERTVS Romam, Fastosque celebres,
Fascesque augustos restituit Latio,
Tungrique, Attrebatesque, & Belgica castra, Bauaci,
Romanas certent prodere relliquias.
Et pater Oceanus refugis se fluctibus abdens,
Iam retegat Batauis castra Britanna feris.
Certè ego, vt immeriti partem laudisque venirem,
Nolebam inuiso te retinere sinu.
Et cùm Dis totus sis AVREVS, obsecro quæ'nam
Vnquam te meliùs prodere sæcla queant,
Quàm cùm te totus tractaret nomine, & actu
AVREVS, ingenio GOLTZIVS, arte, manu?
PLVTO. Si verùm est quod ais, Tellus, quid nunc vetat ergo
Quin totus latebris effodiar Stygijs?

IOAN. DAMASII GANDENSIS
In laudem M. Laurini Domini de VVatervliet, & Huberti Goltzij Herbipolitæ Antiquarij.

ROMA potens, mecum quoties tua fata reuoluo,
Vix teneo lachrymas: miror sub Sole perenne
Esse nihil: nam quis duratas frigore gentes,
Ignotasq; priùs, post tot tantosq; triumphos
Struxisse excidium imperio, turpemq; ruinam,
Crederet? hoc timuit dudum præsaga futuri
Diuini mens Scipiadæ, cùm feruere flammis
AEmula tecta tuis vidit Chartaginis altæ.
At ne pone animos, scriptis tua gesta leguntur
Tot celebrata virûm, neque quid longæua vetustas
In te iuris habet: iam prisca numismata terræ
Condita visceribus promsit, cælumque tueri
Germanus dedit HVBERTVS, cognomen ab auro
Cui fecit dia Herbipolis, quòd sæcla redire
Aurea sub tali præsaga videret alumno,
LAVRINI auspicijs, quo Mecœnate triumphat.
Iam vultusque ducum, iamque ora minantia cernis
Pugnacis Iuli, generique in bella ruentis.
Ecce etiam, ne quæ sunt digna labore relinquat,
Ille tuos recolit fastos, quo quæque geruntur
Consule dinumerat: felix cui præmia digna
Cælicolæ optatum dederunt contingere finem.
Hoc erat, hoc tota cupidus quod mente petebat,
Cùm varias gentes latè, & te matre superbum
Tenderet ad Latium, tandem & tua mœnia linquens
Parthenopen, qua se felix Campania iactat,
Viseret, illa viri dedit ædes cernere docti, *Hadrianus*
Cui vel adoptiuus Traiani Cæsaris hæres, *Gulielmi.*
Vel superi dedit ora maris memorabile nomen.
Qui multa antiquis saxis insculpta reuelat,
Qui Venerem Cypro profugam post tempora longa
Hospitio excepit, diuumque Oenotria tellus
Praxitelis nunc cernit opus, præbetque videndum
Hospitibus: certè hæc illi non parua voluptas,
Cùm bene præclarum HVBERTO cessisse laborem,
Et te qua potis es, rediuiuam Roma videbit.

IN IDEM,

MELCHIORIS BARLAEI ANTVERP.

FATA viros Decios, Fabios, acresq; Metellos,
Abstulerat Paulos, Cæsara, Scipiadas.
Exierat gelido grauis ex Aquilone procella,
AEneadum strarant barbara tela genus.
Iam Gothus, iniecto fremuit iam Vandalus igne:
Corruit vrbs tandem Martia mole sua.

Cælo-

Cælestes pauor vnus agit, non tartara Plutum,
Consum aqua, defendunt nec satis astra Iouem.
Æque Palatino bellans ter magnus Apollo,
Sensit vt vlteriùs spicula posse nihil,
Fugit & ipse, petens montem viridantis Olympi:
Sed minimè tutos præbuit iste lares.
Vidit enim Graio suspensa tonitrua cælo,
Atque locus castris mons Heliconis erat.
Barbara Thessalicas violarant fulmina lauros,
Non erat vnde suum protegeretque caput.
At miserè Europæ tota regione vagatum
Suscepit tandem Belgica terra Deum.
Hîc vbi in occasum vergit gens Flandrica, Clodi
Cui dedit hoc Regis nomen habere nepos:
Hîc vbi suppostæ Zephyri felicibus auris
Occiduum Brugæ prospiciuntque mare,
Luxuriabatur gleba prædiuitis agri
Laurus apud ripam lenifluentis aquæ.
Tum Deus, alta Rhodos, Tenedos, Gortyna, Terapnæ,
Et valeat tellus est vbi Daphnis, ait:
Hæc mihi pro multis laurus datur vnica, nobis
Ista diu cinget spicula, scuta, lyram:
Crescito, Romanis ducibus deberis, habebis
Auro qui cingat teque, tuasque comas.
Cedet Peneus, Permessus, Heraclea, Phocis,
Et Sicion plantæ quicquid olentis habet.
Fons tuus argenti signatum pondus, & auri,
Flumine Romanos vberiore vehet.
Cedent Pactolus, Ganges, Tagus, Hebrus, Iberus,
Amnibus hic cunctis clarior vnus erit.
Audin'? habes LAVRINE tuæ præsagia famæ.
Audin'? & hæc GOLTZI te sacra verba petunt.
Vos rem Romanam egregiè curatis: Iulo,
Penè intercisis prospicitisque viris.
Iam redeunt magni AEneadæ: iam pristina virtus,
Ordine procedunt signa Latina suo.
Plus sibi vicinam Rhenus magis horruit vrbem,
Territus exemplis Ariouiste tuis.
Cæsare iam nihil intereà mutatus ab illo
Rursum Caius aquas contabulare studet.
Occupat Herciniós noua contrepidatio saltus.
Mosa, Visurgis, Arar, diriguêre gelu.
Vos manet ob Romam laus indefessa reductam,
Facta quòd est similis scilicet illa sui.
Res, nisi visa, mihi, neque cuiquam credita, tantum
Coniunctis possunt viribus Ars & Opes.

EXEMPLA PRIVILEGIORVM,

Pontificis Maximi, Imperatoris Cæsaris, Catholici Regis Hispaniæ, & Christianiss. Gallorum Regis.

PIVS .IIII. PONT. MAX.

MOTV *proprio.&c. Cùm sicut accepimus, dilectus filius noster Hubertus Goltzius Herbipolensis numismata antiqua, quæ in varijs Principum & antiquitatis studiosorũ musæis reperiuntur, tanta diligentia, arte, & industria hinc inde ab vtraq; parte penicillo expresserit, nouoq; cõmento repræsentauerit, vt numismata ipsa ante oculos posita videantur, eaq; in ordinẽ suis quæq; locis redacta, & in plures libros distributa, in æs referre & incidere cæperit, & eadem additis pro cuiusq; varietate historiarũ argumentis, explicationibusq; ad publicam vtilitatem excudi facere, ac in lucem edere intendat, & iam primũ librum sub titulo: Historia Imperatorum Cæsarumq; Romanorum ex antiquis numismatib. restitutæ: additis illorum numismatum q; verissimis exactissimisq; delineacionib. edere, ac insuper alios ex ordine Imperatorum, tum etiam Consularium, ac Græcorum numismatum libros edere præparet, Nos ne ipse post immensos huiusmodi labores atq; expensas, libri ipsi postquam editi fuerint, ab altis excipiantur, ac etiam in vulgus edantur, ipseq; proinde calcographi fructu, in magnam sui iacturam priuetur, eius indemnitati consulere volentes, motu simili, & ex certa scientia eidem Huberto concedimus, quòd intra decennium post singulorum eorundem librorum impressionem & editionem, nullus nisi dictus Hubertus in toto vel in parte, vbique per vniuersam Italiam imprimere, aut alibi impressos venum exponere, habere, vel tenere, vel transmittere, seu mutare possit, districtiùs inhibentes vniuersis Impressoribus, Bibliopolis, ac quibuscunque alijs, quocunque priuilegio suffultis, tam in alma vrbe, ac alijs ciuitatibus, terris, & prouincijs, ditioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis, quàm quacunque alia parte totius Italiæ, sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, alijsq; sententijs, censuris. &c. Et vlteriùs quoad eos qui nobis mediatè vel immediatè subiecti sunt in temporalibus, vt præfertur, tam coniunctim q; diuisim sub pœnis quingentorũ ducatorum auri de Camera, pro vna Cameræ Apostolicæ, & alia medietatib. ipsi Huberco, vel ab eo causam habentibus applicandis, ac distractionis & perditionis omnium librorũ, toties quoties contrauentum fuerit, absq; alia declaratione incurrendis, ne per decem annos præfatos, ab eo tempore quo singuli libri ipsi imprimẽtur & edentur, dictos libros aut quamuis huiusmodi operis partem, etiam sub nomine præfati Huberti imprimere, excudere, vel imitari seu imprimi aut imitari procurare, vel ibi aut alibi impressos & excusos transferre vel aduehere, seu præmissa aut quauis alia inscriptione, additione, transpositione, mutatione, vel alia excogitata via edere, habere, vel producere audeant quoquomodo seu præsumant, ac mandantes vniuersis venerabilib. fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis eorumq; vicariis in spiritualib. generalibus, & in statu temporali S. Ro. Ecclesiæ, etiam Legatis & vicelegatis sedis Apostolicæ, ac ipsius status gubernatoribus, quatenus ipsi quoties pro ipsius Huberti parte fuerint requisiti, Eidem Huberto ac pro eo agentib. efficacis defensionis præsidio assistentes, ad executionem præmissorum etiam manu regia procedant, inobedientes & rebelles per prædictas aliasq; censuras & pœnas ceteraq; iuris & facti remedia quacunque appellatione remota compescendo, easq; sæpiùs aggrauando, inuocato. &c. secularis. Non obstantibus præmissis ac constitutionib. & ordinationibus Apostolicis, necnon similibus vel dissimilibus, ac quibuscunq; aliis specialibus vel generalibus priuilegiis & indultis quibuslibet in contrarium quomodocunq; concessis & concedendis, ceterisq; contrariis quibuscunque. Et quia difficile esset præsentes ad quælibet loca quibus opus erit deferri, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd earum transsumptis vel exemplis etiam in ipsis operibus impressis, plena & eadem prorsus fides vbiq; tam in iudicio quàm extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ: ac etiam volumus, quòd præsentis nostræ cedulæ motus proprij, etiam absque illius registratura, sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, in iudicio & extra illud, regula in contrarium edica non obstante. Datum Romæ anno à natiuitate Domini M. D. LXII. Indictione quinta, die verò .XII. mensis Maij, Pontificatus nostri anno tertio.*

Placet motu proprio. I.

FERDINANDVS *Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ. &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ. &c. Marchio Morauiæ. &c. Comes Tirolis. &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium vniuersis, quòd quum nobis humillimè significandum curauerit noster & sacri Imperij fidelis dilectus Hubertus Goltz wirtzburgensis, pictor & incola oppidi Brugensis, se parare editionem Historiæ Imperatorum Cæsarumq; Romanorum ex antiquis numismatibus restitutæ: additis quoq; verissimis ipsorum numismatum delineationibus, quas summo labore, periculo, & sumptu, peragratis diuersis prouinciis, consequutus sit, à diuersis tam Reuerendiss. Sanctæ Ro. Ecclesiæ Cardinalibus, q̃ nonnullis Illustriss. Principibus Italiæ, aliisq; nobilibus atque præclaris viris, qui per vniuersam Germaniam, Galliam, Neapolim, & inter primarios Illustriss. Reip. Venetæ homines, hoc excellenti studij genere delectentur, & propterea nobis supplicauerit, vt dignaremur ipsum Cæsareo ac firmo rescripto munire contra artes & imposturas æmulorum. Nos sanè qui hoc eius institutũ honestum esse animaduertimus, id non modò clementer probandum, verumetiam auctoritate nostra Cæsarea promouendum esse duximus. Itaq; scienter & animo bene deliberato, atq; ex auctoritate nostra Cæsarea disertè vetamus omnibus iis, qui in sacro Romano Imperio imprimendis vel vendendis libris, seu quacunq; alia ratione librariam negociationem exercent, ne quis prædictum opus intra decem annos ab editione numerandos, intra fines sacri Imperij, absque consensu & voluntate dicti Huberti auctoris cudere seu imprimere, impressum vendere vel distrahere ausit palàm vel occultè. Quisquis verò aliter fecerit, & interdictum hoc nostrum neglexerit, is debebit non modò priuari libris contra hoc nostrum interdictum impressis, quos etiam dictus Hubertus aut hæredes eius, siue mandatum ab alterutro habituri, per se ipsos apprehendere & sibi vendicare poterũt, verùm insuper etiam decem marchis auri puri nostro Imperiali fisco, & parti læsæ ex æquo soluendis & numerandis multari. Proinde mandamus vniuersis & singulis nostris, & Sac. Ro. Imp. subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis quàm secularibus, cuiuscunq; gradus, ordinis, status, conditionis, & dignitatis extiterint, præsertim verò iis, qui in magistratu constituti sunt, vel superiorum suorum, aut suo ipsorum nomine ac loco iuris & iustitiæ administrationẽ exercent, ne quenquã hoc priuilegium seu interdictum nostrum impunè violare, spernere, vel negligere patiantur, sed si quos contumaces cõpererint, præscripta pœna plecti, & quibuscunq; rectè fieri modis coërceri curent; quatenus & ipsi grauissimam indignationẽ nostram ac eandem mulctam incurrere noluerint. Quòd enim hæc rata & firma fient, hisce litteris nostris testatum esse volumus, quas dedimus manus nostræ subscriptione, & sigilli nostri appensione roboratas, in arce nostra Regia Pragæ die. xviij. mensis Martij Anno Domini M.D.LXII. Regnorum nostrorũ Romani tricesimo secundo, aliorum verò tricesimo sexto.*

Ferdinandus.

Ad mandatum sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium.

Vt. seld. *M. Singkhmoser.*

PHILIPPE *par la grace de Dieu Roy de Castille, de Leon, d'Arragon, de Nauarre, de Naples, de Secille, de Maiorcque, de Sardaine, des Isles, Indes, & terre ferme de la mer Oceane: Arthiduc d'Austrice, Duc de Bourgoingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg, de Geldres, & de Milan: Conte de Habsbourg, de Flandres, d'Arthois, de Bourgoigne: Palatin de Haynault, de Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zuphẽ: Prince de Zwaue: Marquis du sainct Empire: Seigneur de Frize, de Salins, de Malines, des cites villes & pays d'Vtrecht, Oueryssel, & Groeningen: & Dominateur en Asie & Africque. A tous ceulx qui ces presentes verront, Salut. Scauoir faisons Nous auoir receu l'humble supplication de Hubert Goltz wirtzburger, demeurant en nostre ville de Bruges, contenant comme à son grand trauail, estude, & despense, il at composé & faict certain œuure en Latin, contenant la vie des Empereurs Romains, commençant des Iulius Cæsar premier d'iceulx, prinse tant hors des histoires que medailles antiques desdictz Empereurs, Les desseingz desquelles medailles en confirmation de ladicte histoire ledict Hubert à grand paine & industrie taille en cuyure, & adiouste en son dict œuure, les digerant en tel ordre que le cours de l'histoire le requeroit, selon le temps & la diuersité des*

 matie-

matieres. Lesquelles medailles par ce qu'elles estoient en grand & quasi inestimable nombre, mesmement dispersées quasi par tout le monde entre les mains d'vnchascun, a esté besoing audict Hubert se transporter en plusieurs lieux & places, mesmement es pays loingtains, qui ordinairemẽt de telles antiquitez sont le plus pourueuz que n'estoit le lieu de sa residence, comme es pays & Royaulme des Gaules, es Allemaignes tant haulte q̃ basse, es Itales, mesmement es pays de nostre Royaulme de Naples, s'absentant à ceste occasion de sa maison & demeure ordinaire par l'espace de deux ans, cheminãt tousiours de pays en pays, & ville en ville, non sans grandz despens, trauaulx, perilz, & dangiers de sa personne, prenant par tout auec vne diligence extreme copies & dessaingz de toute sorte des medailles antiques, d'or, d'argent, & de cuyure, qu'il a peu rencontrer esditz pays, mesmes es cabinetz & estudes des antiquaires, gens scauans de toute sorte de profession & qualité, iusques aux Princes mesmes, grandz personnages: Hors desquelles medailles, ensamble hors des escriptz des plus anciens & approuuez histoires, ledit Hubert apres son retour desditz voiages, à grand estude & trauail tant de corps que d'esprit, a fait ledit recueil de ladite histoire ou vie desditz Empereurs, auec la vraye molure desditz medailles, lequel œuure sera intitulé: Historia Imperatorum Cæsarumq; Romanorum ex antiquis numismatibus restituta. *Toutesfois d'autant que le volume seroit trop grand & excessif en despens, qui le voudroit mettre tout en vn liure, ledit œuure sera diuisé en plusieurs liures, selon que le cas & la matiere le requerra, desquelz ledit Hubert pour le present pour vn cõmencement est d'intention de mettre en lumiere le premier liure qui sera intitulé* Iulius Cæsar, *premier desditz Empereurs, contenant sa vie & histoire, auec toutes ses medailles qu'il a esté possible de recouurer, lequel sera imprimé en nostredite ville de Bruges par ledit Hubert, en vertu de noz lettres d'Octroy par luy à ceste fin obtenues. Mais par ce que ledit Hubert Goltz crainct, que contre tout droict & equité il pourroit demeurer frustré de ses labeurs mises & vacations, ensamble du prouffit & vtilité que à bonne raison il attend de ce present œuure en recõpense & soulagemẽt de sesdites paines & despenses, si (cõe il aduient souuent) quelque autre sur le double & exemple de sesditz liures les vouloit ou faisoit semblablement contreimprimer & contrefaire, ou que ailleurs ainsi contreimprimez & contrefaitz les apportast en noz pays de pardeça, pour illec les vendre, ou à quelque autre intention, à ceste cause & à fin que par autres practiques & moyens directement ou indirectement il ne luy soit fait quelque preiudice à son bon zele, estude, & labeur qu'il a prins au prouffit & bien publicque de tous vrays amateurs de l'antiquité, il nous à supplié sur ce le pourueoir de remede conuenable. Pource est il q̃ nous ces choses considerées, audit Hubert Goltz suppliant, inclinans à sadite requeste, auons octroyé, permis & consenty, octroyons, permectons, & consentõs par ces presentes, qu'il puist & pourra imprimer ou faire imprimer par autre Imprimeur iuré son œuure & liure cy dessus mentionné, & icelluy vendre & distribuer en & par tous noz pays de pardeça, là & ainsi que bon luy semblera, sans mesprendre. Et à fin qu'il ne soit frustré du guerdon & prouffit de son labeur, auons deffendu & interdict, deffendons & interdisons par cesditz presentes bien à certes & estroictement à tous noz subiectz & autres de quelle qualité ou condition qu'ilz soient, tant Libraires & Imprimeurs, que autres Marchans, que nul ne s'auance de cõtreimprimer ou cõtrefaire lesditz œuures & besoingues du Hubert en nosditz pays de pardeça, ne en iceux apporter, vendre, ne distribuer lesditz liures ailleurs cõtrefaitz & imprimez directemẽt ne indirectemẽt, publicquement ne secretement, en aucune maniere, par l'espace & terme de dix ans prochainemẽt venãs, à compter dés la date de cestes, sans le sceu & consentemẽt dudit Hubert, à paine & confiscation desditz liures, sculptures, & impressions, & pardessus ce de dix Carolus d'or pour chascun d'icelles en particulier, applicables par prompte execution moictie à nostre prouffit, & l'autre moictie au prouffit dudit Hubert ou ses aians cause. Pourueu que ledit Hubert se riglera & obseruera en ce que dessus noz ordonnances faites sur le fait de l'Imprimerie. Si mandons à noz amez & feaulx les chief Presidens, & gens de noz priué & grand consaulx, President & gens de noz consaulx en Luxembourg & de Geldres, ensemble de noz consaulx en Flandres, Arthois, Haynault, Hollande, Zelande, & Namur, & à tous autres noz officiers & subiectz cui ce appertiendra, qu'ilz facent, seuffrent, & laissent ledit Hubert de nostre presente grace & octroy par la forme & maniere que dit est, plainemẽt & paisiblement ioyr & vser. Et le cas auenant procedez promptement à l'execution des amendes & paines dessusdits, reallemẽt & de fait, sans dissimula-*

mulation & toutes cõtradictions cessans. Car ainsi nous plaist il. En tesmoing de ce nous auõs fait mettre nostre seel à cesdits presentes. Donné en nostre ville de Bruxelles, le.xiij.iour de Iuillet, l'an de grace M. D. LXIII. *de noz regnes, assauoir des Espaignes, Secille, le huictiesme, & de Naples le dixiesme. Dessoubz estoit escript: Par le Roy en son Conseil.* *De Langhe.*

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, Au Preuost de Paris, Seneschal de Lyon, & à tous noz autres Baillifz, Seneschaulx, Iuges, & Officiers, qu'il appertiendra, & chascun d'eux salut. Nostre bienaymé Hnbert Golez Alleman nous a fait entendre q̃ auec grand peine, trauail, fraiz, & despens il a recherché toutes les medailles des anciens tant Grets, Consuls, & Empereurs Romains, que autres. Et ponr cest effect s'est transporté p toutes les Allemaignes, Italles, & nostre Royanme, ou il a fait grãds despens fraiz & mises. Et estant de retour à Bruges en Flandres, il les a mesmes taillez & grauez en cuyure. Lesquelles medalles ledit Hubert Golez desireroit voluntiers ponr le bien publicq les mettre en lumiere euidente, auet la declaration d'icelles, & des histoires anciennes en faisant mention: Mais il doubte q̃ les ayant imprimées, plusieurs autres personnes les voulsissent semblablement contrefaire & imprimer, qui seroit p ce moyen le frustrer de sesdites peines, labeurs, fraiz, & despens: s'il n'auoit sur ce noz lettres, qu'il nous a fait humblemẽt supplier & requerir luy impartir. Nous à ces causes, ne voulans les labeurs fraiz & despens que ledit Hnbert a fait pour le recouurement desdites medailles & histoires anciens, luy estre tolluz & ostez, & le releuer de pertes & dõmaige, A icelluy pour ces canses, & antres à ce nous mouuans, anons permis & octroyé, & de noz grace speciale, plaine puissance, & anctorité Royal, Permectons & octroions, qne pendant & dnrant le temps & terme de dix ans ensuiuãs consecutifz, à cõmancer du ionr & date qu'il aura acheué d'imprimer, il puisse & luy soit loisible faire lesdites medailles imprimer, auec lesdites histoires anciennes, par telles personnes que bon luy semblera, les mectre en vente & distribution pendant & dnrant ledit temps. Durant lequel nous auons deffendu & deffendons à tontes personnes de quelque estat, qualité, ou condition qu'ilz soyent, d'icellny ny lesdites histoires & emprintes imprimer, sur peine de confiscation d'iceux, & d'amende arbitraire. Si voulons, & vous mandons, que de noz presentes grace, permission, & cõtenu cy dessus, vous faites ledit Hubert Golez ioyr & vser plainemẽt & paisiblement, cessans & faisans cesser tous troubles & empeschemens au cõtraire, Car tel est nostre plaisir, Non obstant quelconcques lettres, restructions, mandemẽs, deffences, & lettres à ce cõtraires. Donné à S. Germain en Laye, le.xij.ionr de Feurier, l'an de grace M. D. LXII. *& de nostre regne le deuxiesme.*

IMPERATORI MAXIMO FERDINANDO AVGVSTO
IOAN. SAMBVCVS PANNONIVS TIRNAVIENSIS.

QVANTA sit monimentorũ vetustatis vtilitas, atq; etiam voluptas, non solùm memoria litterarum, sed quoq; antiqui operis numorum studium, & cum historijs contentio satis ostendit. Quot enim historiæ & præclara exempla aut valde obscura essent, aut nisi horũ testimonio ac lumine accenderentur, prorsus laterent? vt meritò *ἀντίςροφος* cognitio *ταῖς ἱςορίαις* esse videatur. Ea re T. M. in cogendis omnis generis numismatum, nõ leu[illegible]uram, maximos sumptus ponit, multosq; suo exemplo ad has cogitationes indies excitat. Quos inter hic Hubertus Goltzius est, homo Germanus, sed voluntate ac industria, media in Roma natus: qui ingenio, longinquis itineribus, singulari industria, manuum facilitate, vsuque, plurimùm est consecutus. Offert T. M. specimen illustre, & (nisi me indulgens amor fallit) hoc in genere adhuc præcipuum, longeq; maiora daturus est, si vita illi, tuæque M. gratia, ad quam hoc suo opere nititur, commodè suppetat. Varium est studium & amplissimum, sed quod à priuatis, nisi T. M. similes accedant, sustineri vix queat. Commendo igitur M. T. Goltzium, vtq; patrocinio iusto comprehendat, supplico: ac spondeo, multis partibus rem ac inuestigationem antiquitatis Hubertum breui cumulaturum, cuius ego sensus, & conatuum indicia non pauca nuper Brugis apud nobilissimum & vetustatis amantiss. Marcum Laurinum Dn. à Watervliet, ipse vidi. Tuam M. Deus nobis conseruet, vtque perpetuus sit erga *τὰ παλαιὰ καὶ ἀξιομνημόνευτα* fauor, Deum comprecor. Datum Brugis .IIII. Idus Septemb. M. D. LXIII.

ADOLPHI MEKERCHI I.C. BRVGENSIS
in ſymbolum Huberti Goltzij, ſiue Aurei.

ΓΟΛΤΖΙΟΣ ἄμμ' ἀνέγειρεν Ἀμαλθείας κέρας ἀγαθοῖσι
Aurea nunc ætas, en pleno Copia cornu
Fundit opes: hæc noſtri HVBERTAS AVREA SAECLI.



HVBERTAS AVREA SAECVLI

BRVGIS FLANDRORVM
Apud Hubertum Goltzium Herbipolitam Venlonianum,
Menſe Septembri An. Sal.
M. D. LXIII.